IOAN. BERTACHINI FIRMANI
I. V. D. præstantiss.

REPERTORIVM,

OLIM QVIDEM
IO. THIERRY LINGONENSIS
IVRIVM INTERPRETIS CLArissimi opera locupletatum:

NVPER ETIAM
AEMILII MARIAE MANOLESSI I. V. D. excellentiss. studio magna parte auctum:

NVNC VERO
ab innumeris erroribus atque mendis doctiss. uirorum industria & labore ita repurgatum, ut iam nihil ferè in eo magnoperè Studiosi desiderare possint.

QVINTA PARS.



BASILEAE
APVD AMBROSIVM ET AVRELIVM
FROBENIOS FRATRES.
M DLXXIII.

TABVLA VOCABVLORVM, QVAE IN HAC QVINTA PARTE REPERTORII DO. IOANNIS BERTACHINI continentur.

Tabula uocabulorum V. Partis.

Finis Tabulæ quintæ Partis.

REPER.

REPERTORIVM DO. IOAN. BERTACHINI FIRMANI,

Iuris utriusq; Doctoris præstantisſimi, olim auctum opera D. Ioan. Thierry Lingonenſis, Iurium interpretis celeberrimi:

Nunc verò induſtria diligentiaq; excellentiſs. I. V. C. Aemilij Mariæ Manoleſſi adeò cumulatum, ut planè ſtudioſus nil amplius deſiderare queat.

Quinta pars.

De litera S.

SAbbatum, ſeptimus dies in omne æuum ieiunio ſacratus à Moyſe in monte Sinay, ſecundum Iuſtinum lib. xxxvj. uer. itaq; Moyſes.

* Sabbato ob ſepulturæ Dominicæ reuerentiam ieiunare debemus. c. ſabbato uerò. de conſecrat. diſt. iij. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sabbato operari licet. c. peruenit. de cõſecrat. diſt. iij. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sabbatum Hebraicè, Latinè dies quietis. Æmilius Maria Manoleſſus.

† Sabbatum dies ſeptimus Hebræorum ſacratus erat, in quo nec ad ueſcendum licebat operari: ut in hiſtoria Scholaſtica, Exodi c. iterum dixit Dominus. in fi. & in text. Bibliorũ Exodi xvj. c. archi. de conſe. diſt. iij. ieiunia. in fin. ubi ſecus dicit de die Dominica, licet ea ſit loco ſabbati de conſuetudine, non de præcepto.]

Sabbato poſſum comedere carnes. cap. de eſu. de conſue. diſt. iiij. per gloſſ.

Sabbato non eſt ieiunandum de præcepto, ſed de conſilio. de conſe. diſt. iij. ſabbato. xij. diſt. illa. & ibi per gloſſ. uide de conſe. diſt. iij. ieiunia. cum glo.

Sabbatum nõ eſt feriandum, nec obſeruandum, ſed in eo põteſt operari quilibet. de conſe. diſt. iij. peruenit. cum glo.

Sabbati loco eſt dies Dominica de conſuetudine Chriſtianorum, non de præcepto. Arch. de conſe. diſt. iij. ieiunia. in fi.

† Et per Fel. in c. olim. de excep. in iij. col. quòd Dominica eſt ſubrogata ſabbato. & dicit extra glo. in c. licet. de fer.]

† Sabbato ſurrogata eſt Dominica: & rationẽ iſtius ſurrogationis ponũt Theologi relati per fratrem Robertũ in Quadrageſimali ſermone xlvj. incipit, Erat proximum Paſcha.]

Sabbati ſancti miſſa. uide ſ. Miſſa. uer. xiiij.

† Adde, quòd die ſabbati non eſt prohibitus de iure eſus carnium, imò ſine peccato illo die comedi poſſunt: de honeſtate tamen & conſilio abſtinendum eſt. De quo uide tex. cum gl. in c. de eſu carnium. & in c. ſabbato. de conſe. diſt. iij. Abb. in c. ij. de obſer. ieiu. Adde tex. iuncta glo. xij. diſt. illa. & peccant Cathalani, qui comedunt in partibus Italiæ carnes in die ſabbati, licet in eorum partib. utantur, ſecundum Abb. d. c. ij. in fin. Sed audiui dici à pluribus nobilib. Cathalanis, quòd ipſi comedunt hepar die ſabbati. Ego dicerem in hoc attendendam eſſe loci conſuetudinem, per d. c. illa.

Saccus non uenit in confiſcatione farinæ. Bald. in l. iij. in ij. col. uer. ſed pone, quòd per ſtatutum. C. de nau. fœno. Argumentum contrà in l. qui ſaccum. de furtis.

* Saccum qui reſignauit, in quo erat pecunia, pecuniam ipſam ſubtraxiſſe præſumitur. Inn. S. P. in c. ſuper eo. de eo qui mitti. in poſſeſs. rei ſeruan. cauſ. Guid. Pap. in tract. de Præſumptio. num. 109. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Saccum, in quo eſt triticum, non amittit exportans triticum contra ſtatutum, etiamſi amittit triticum. Bald. in l. iij. C. de nau. fœn. Bertachi. in tract. de Gabel. ix. part. num. 16. Æmilius Maria Manoleſſus.

† Saccus quis ſit, & quot modis ſumatur, uide Bald. in conſi. cclvj. in iij. parte.]

Saccum cum farina furans, tenetur actione furti pro ſacco, ſicut pro farina. l. qui ſaccum. ff. de furtis.

Saccum paratum habere non tenetur quis, cùm uenit. in Spec. de contu. §. iiij. uer. ſed quid

Sacco pro ueſte in pœnitentiam uſus fuit prior Achab, cui Deus pepercit. de pœn. diſt. iij. §. ecce. & cap. ſeq. & uide 50. diſt. in capite.

Saccumanni ſi furantur boues, tenent actione furti, & crimine abigeatus, etiam ſi alius furetur eis eoſdem boues. Bald. in l. fin. in fin. C. de condi. ob tur. cauſam.

Saccumanatio dicitur caſus fortuitus. Bald. in l. in his. in fine principij. ff. ſol. ma.

Saccumanni rapientes pueros pro regatijs, non tenentur ad pœnam, imò poſſunt eos retinere inuitis parentibus de cõſuetudine rei militaris, quæ ſeruanda eſt. j. diſt. ius militare. ſecundum Barth. Cæp. in l. Marcellus. iij. col. ff. de uerb. ſig. ubi dicit ſic uidiſſe iudicari in ciuitate Bononiæ, per Nicolaum Picininum, tunc capitaneum illuſtrem.

Saccumanni recipientes ſtipendium pro tempore belli, debent illud habere etiam pro tempore treugæ: ut plenè per Ioan. Andr. ſingulariter in rubr. in Specul. de treuga & pace.

Succumannorum materiam ſupple ſ. Miles. & j. uerb. Stipendiarius. per diſcurſum.

Sacerdos dicitur etiam diaconus, & ſubdiaconus dicitur. c. ij. de cohabita. cle. & mul. c. ſanè. de cle. coniu. & Spec. de inſtr. edi. §. nunc aliqua. in xv. char. uerſi. quid de præpoſitis.

* Sacerdos dicitur, quaſi ſacrum dans. cap. cleros. diſt. xxj. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sacerdos uerè non eſt omnis, qui appellatur ſacerdos. c. multi. diſt. xl. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sacerdos uerus non ſacramento tantùm, ſed & iuſtitia eſt ſacerdos. c. Dominus declarauit. j. q. j. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sacerdotibus reges ſubiecti ſunt. c. ſuſcipit. diſt. x. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sacerdotes ante iudicem laicum accuſandi non ſunt. c. relatum. xj. q. j. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sacerdotes caſtitatem ſeruare debent. c. ante. c. ſacerdotibus. c. epiſcopos. c. tenere. c. nam ſicut. c. eos. c. ſi laicus. diſt. xxxj. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Sacerdos nemo est faciendus, nisi continentiã profiteatur. diaconus. dist. xxvij. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdotes diuinis literis operam dare debet. c. j. & per tot. dist. xxxviij. Æmilius Maria Manolessus.
Sacerdotib. canones inorare non licet. c. nulli. dist. xxxviij. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdotibus aliquid aduersus canones agere non licet. c. nulli. dist. xxxviij. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdotem proprijs studere diuitijs, turpissimum est. c. gloria. xij. q. ij. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdos non obtinuit delinquendi facultatem, sed bene recteq; uiuendi sibi legem imposuit. c. j. c. ij. dist. xl. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdos qui cõfitentes peccata sua audit, ab omni peccato immunis esse debet. c. j. de pœn. dist. vj. Æmil. Maria Manolessus.
Sacerdos curatus potest excommunicare de consuetudine, aliàs non. Abb. Sicu. in c. si sacerdos. de off. ord. ubi dicit uerum nec in genere, nec in specie.
† Adde, quòd sacerdos est is, qui Deo dicatus est ad sacrificia facienda: & habet nomen compositum, quasi sacrum dans. c. cleros xxj. dist. & dicitur Græcè ἱερεύς.]
† Sacerdotis proprius curatus est officialis uniuersalis ecclesiæ, in concernentib. animã, & spectantibus ad officium suũ: per Innoc. & Abb. in c. dudum. de conuer. coniu. Et cura est uigil, onerosa ac solicita custodia animarũ, ut sacerdos curet, ne peccent, sed saluent: quod cõpetit ex lege & constitutione, canonica cõsuetudine, seu præscriptione per sedem Apostolicã non improbata: cuius diffinitionis uerba ponit Host. in Summa, de pœ. & remis. & Io. An. in c. omnis. eo. ti.]
† Sacerdos quantumcunq; sit malus, ex potestate officij prophetare potest, prout prophetauit Caiphas. nam dicitur in Euangelio: Prophetauit dicẽs, &c. Idem sentit Saul. Dauid persequens. j. q. j. dictũ. & c. prophetauit. no. Abb. in rub. de uita & hone. cle. in ij. col.]
† Sacerdotes possunt dici largè omnino, qui sunt Deo sacrati. xxxij. dist. in summa. Ideo diaconus uocatur sacerdos: ut in c. xv. q. v. Vnde in materia fauorabili appellatione sacerdotis cõprehenduntur omnes existentes in sacris ordinibus: sed in materia odiosa, nisi aliud exprimatur appellatione sacerdotis uenit tantùm presbyter. De etymologia sacerdotis, & presbyteri uide xxj. dist. cleros. & xciiij. dist. c. porrò. & Abbas in c. j. de coha. cle. & mu. & in c. ij. de pecu. clerico. ubi de uerb. Presbyter. & in c. j. de pigno. ubi dixit, q̃ appellatione presbyteri ueniunt quandocunq; clerici inferioris ordinis. & allegat d. c. ij. Quod dicit esse uerum, quando prohibitio non solũ concernit sacerdotes, sed omnes clericos habentes administrationẽ ecclesiæ, & uide Abb. in c. nõ pôt. de re iudi. an appellatione sacerdotũ ueniãt episcopi.]
† Sacerdos potest celebrare licitè coram excommunicando, & ei corpus ministrare, quando scit eum excommunicatũ esse tanquam homo, uel tanquam Deus, exemplo Christi, qui sacramentum non denegauit Iudæ, sed ei ut alijs contulit. j. q. ij. cap. Christus. no. in c. sacerdotes. & ibi no. Abb. de offic. ordi.]
* Sacerdos de altari uiuere, nõ luxuriari debet. c. j. dist. xliiij. Bart. Soci. consi. xxxij. num. 3. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdos non debet prodere peccata cõfitentis, aliàs deponitur. c. sacerdos. de pœniten. dist. vj. & non probat. c. si sacerdos. ubi doct. de offi. ord. Iason consi. cxxxj. uol. j. Maria. Soci. Nep. cõsi. clxxxiij. nu. 21. uol. ij. Æmilius Maria Manol.
* Sacerdos potest in genere reuelare dicta sibi in cõfessione, cùm de crimine committendo agitur. Inno. S. P. & alij, in c. omnis utriusque sexus. de pœnit. & remis. Hip. Mar. consi. cxxvj. nu. 14. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdotem ne sum. quidem Ponti. cogere potest, ut prodat ea, quæ delinques sibi in confessione cõfessus est. Abb. in c. dilectus. de excessi. prælat. Ang. Aret. in addi. ad Ang. in tract. Malef. in uerbo, & hai tradito. nu. 18. Æmilius Maria Manolessus.
* Sacerdos si ei aliquis in confessione dixerit se insidias aduersus principem parare, & ipse non admonuerit principẽ, nõ propterea ulla est pœna mulctandus. c. omnis. ubi doct. de pœnit. & remissio. Hipp. Marg. in l. utrum. num. 5. ff. ad l. Pompe. de parrici. Æmilius Maria Manolessus.
† Sacerdos si producatur in testem de his, quæ scit ut Deus, an debeat securè respondere, se nihil scire: & quid si aliquis dicat sibi aliquid, & utatur istis uerbis, Dico tibi in pœnitẽtia: an possit reuelare. Abb. in c. si sacerdos. de of. or. & in c. qualiter & quando. j. de accu. & in c. omnis utriusq; sexus. in fi. de pœni. & remis. & in c. dilectus. de exces. prælat.]
† Si confessus dicat sacerdotem reuelasse suam confessionẽ, sacerdos uerò confitetur se dixisse delictum illius, sed negat se habuisse illud in cõfessione, quid iuris. Abb. in d. c. omnis utriusq;. in fi. de pœni. & remis.]
† Quidam fuit confessus sacerdoti, quòd intendebat interficere Sempronium, uel aliud maleficium committere, & nõ poterat abstinere, an peccet sacerdos reuelando. Abb. ibi.]
† Sacerdos, etiam curatus, nec in genere, nec in specie potest excommunicare, cùm hoc pertineat iurisdictioni contentiosæ, quam sacerdos non habet. Abb. contra Anto. in c. sacerdos. de offi. ord.]
Sacerdotes etiam mali, sunt uenerandi. cxiij. dist. Dominus noster.
Sacerdos dicitur scire ut Deus id, quod peccator sibi reuelat in confessione, quærens salutem animæ, non si aliter secretò. Abb. in c. si sacerdos. de of. ord.
† Sacerdos si fecit uotum de nunquam iurando, & postea cõpellitur se purgare, uel super cõtractu ueritatem dicere, debet iurare: quia superioris authoritas est excepta, secundũ Barth. Brix. q. xxix. & sequitur Domi. de sancto Gemi. post Io. And. in c. quia pleriq;. ad fi. de off. ord. in vj. & similiter sequitur Fel. in c. constitutus. in vj. col. uersi. per istã ampliationem. de rescrip.]
Sacerdos non debet celebrare missam in præsentia excommunicati publicè, sed debet cessare. c. episcoporum. de priui. in vj. & in c. is, qui. de sent. excom. in vj. gloss. xj. q. iij. si certa apostoli. Quod uerum est, si nondum incipit communionẽ, uel communicare, quia eam debet perficere. Inn. in c. iiij. de sen. excom. & Geminia. in d. c. episcoporum. etiam dicit uerum in publicè excommunicato, secundum tex. ibi. non in occultè excommunicato: quia eo præsente debet sciens tacitè recedere. Item uerum, etiamsi excõmunicatus non intret in ecclesiam, sed extrà manens audiat missam. Inno. ubi s̃. item uerum, ut alij astantes recedant à missa, quando sacerdos incipit communionem, quo tempore solus scholaris adiuuans in missa remanere potest cum sacerdote, secundum Innoc. ubi s̃. sing. ubi etiam secus dicit, in uesperis cœptis, quia superueniente excommunicato cessandum est, ut alibi finiat. Quod nota: & intellige excommunicatum publicè, id est, in iudicio condemnatum. glo. in cle. j. de sepul. secundum Gemi. ubi s̃. non tamen sacerdos est irregularis, si celebrat præsente excommunicato. d. c. is, qui. & in d. c. episcoporum. in glo. & doct. & j.
† Sacerdos excõmunicatus non tenetur ad censum, uel collectas. do. Barth. Soc. in consi. ccxvij. inci. Circa hanc q. uer. xj. confirmatur. in ij. parte.]
† Sacerdos factus ab episcopo, & ab eo successiuè promotus ad duo curata, an repelli possit à tertio curato ex insufficiẽtia detecta: uide Fel. in c. cùm uenerabilis. ult. col. circa medium, in uer. amplius dixit. de excep.]
Sacerdos habet iurisdictionem fori pœnitentialis tantùm, nõ fori iudicarij. Abb. in c. si sacerdos. de of. ordi. ubi dicit uerũ, si sit curatus. & no. xj. q. j. de persona.
Sacerdos de parochia eligi debet, si reperiatur. lxx. dist. homo tantum. glo. xvij. q. iiij. si quis suadente.
Sacerdotes, & monachi non debent apparere delicati. Car. in cle. ij. §. dignitatem. iiij. q. de ui. & ho. cleric.
Sacerdos primus fuit Melchisedech. s̃. uerbo, Melchisedech. uersi. unico.
10 Sacerdos cum soluta coiens tenetur pro simplici fornicatione. s̃. uer. Clericus delinquit. uer. xxxvj.
Sacerdos confitentem peccata absoluens tenetur, si procurat sibi aliquid in testamento relinqui ab eo, quem in confessione audiuit. Inn. in c. requisisti. in fi. de testa.
Sacerdos potest breuiare tempus pœnitentiæ. s̃. Pœnitentia. el j. uer. viij. & per Abb. in c. sicut. de testi.

Sacer-

Sacerdotes sunt de uniuersitate. Old.consi.xxxij.inci. Quæstio est,utrum sacerdos.

Sacerdos nullo tempore præscribit sacerdotium. Bald. in l.j. iiij.q.C.de emanci.lib.

† Sacerdos spoliatus corpore mortuo iá sepulto, ante omnia non est restituendus, ut euitetur uexatio corporis humani. aliàs secus.Fel.in c.sicut Iudæi.in j.col.uer.item no.ibi:corpora. de Iudæis.]

Sacerdos an possit esse arbiter.s̃.uer. Arbiter. uer.clv.& uerb. Compromissum in quos.uer.xj. in Spec.de arbi.§.sequitur. in xiiij.col.uer.sed quæro,quòd sic.

Sacerdos non præsumitur pati metum.s̃. uer. Metus.uer.j.

Sacerdos an possit esse notarius.s̃.uer. Notarius quis.uer.cxl. & Alex.post Bart.& Bal.in l.j.§.huius.de iusti.& iu. ubi etiá dicit,quòd potest facere testamentum.

Sacerdotibus an debeantur primitiæ à rusticis,& an ante tempus.gloss. & doct.in l.stipulatio ista.§.inter cætera.de uerb. oblig.quòd sic.

Sacerdotium an liberat à patria potestate.s̃.uerb. Patria potestas.uer.xij. Addo Bal.in l. apud hostes.in ult.col.uer.extrà quæro.C.de suis & legi.quòd sic.

* Sacerdus si in confessione audierit aliquid aduersus principem parari, potest ipsum certiorem facere,& monere,ut ab insidijs caueat: sed non debet personas, quæ ei insidias parant,exprimere:sec.com.opi. Archi.in c.sacerdos.de pœnit.dist.vj. Io. And.in c.omnes. de pœnit.& remiss.Angel.in tract. Malefi. in uerb. & hai tradito.nu.18. ubi dissentit.August.in addi.Æmilius Maria Manolessus.

20 Sacerdos degradatus an conficiat uerum corpus Christi. glo.& Ioan. And.in ij.c.de pœnis.in vj.in glo.ult.in fi.quòd sic. Dixi in tract. de Episcopo, ult.parte. Addo Panor. in c. iij.in ij.no.de re iudi.

Sacerdos degradatus mortuus, si miraculosè resuscitatur, ut Lazarus,non esset iterum ordinandus. Abb.Sicu.in c.iij.in ij.no.de re iud. per glo.xxxiij.q.vij.c.ij.

Sacerdotis filius an dicatur, qui natus est ante sacerdotium.s̃. uer.Filius clerici.uer.ij.

Sacerdotis filius per quẽ potest legitimari. Pau.de Cast.consi. ccxxvij.quod incipit,Videndum est.quòd primò per papá, uel per habentem authoritatem ab eo.s̃. uer. Legitimatio à quibus.uersi.xx.

Sacerdotium probatur etiam per testes singulares, ut ꝙ unus dicit de missa celebrata una die, & alter de altera. Ang.in l. ij.ff.quemad.test.ape.in §. diem.ij.col.

† Sacerdos an quis præsumatur ex eo, quòd uocatur dominus. Ioan. Soci.iij.uol.]

Sacerdos celebrans pręsente excommunicato, an debeat eam dimittere.s̃.uer.Missa.uer.antep.Dixi in tract.de Episcopo.

Sacerdos simplex potest in articulo mortis absoluere excommunicatum. Inn.in c.decæterò.in glo. in uer.diœcesano.in fin.de sen.excom. Abb.antiqu.in c.fi.de sepul.Bal.in Marg. uer.Sacerdos.uer.ij.Addo Spe.in tit.de prola.sen.§.ut autẽ. in xix.col.in uer.illud quoq; notandum.

Sacerdos pauper non potest locare operas spirituales in precium denariorum,sed pro eleemosynis sic. Innoc.in c.quoniam. in gl.in uer.regimen.ne præla.ui.su.Bal.ut s̃.uer.iij.

* Sacerdos nõ est publica persona.Fortuni.Gar.in l.j.§.huius studij.nu.18.ff.de iusti.& iur. Æmilius Maria Manolessus.

† Sacerdos nõ potest esse tabellio.c.sicut. ne cleri.uel mona. Spec.in tit.de fide instr.§.restat.uer.quid si tabellio. Bart.& alij,in l.seruus.ff. de testa. Quòd limita nouẽ modis,ut pulchrè per do.Ias.in l.j.§. huius studij.ff.de iusti.& iu.]

* Sacerdos non potest esse tabellio, sed si confecerit instrumenta,uires obtinebunt.c.sicut. an cler.uel monach. Bart. in l.uniuersos. C. de decurio.lib.x. Ludo.Roma.sing.ccclj. Æmilius Maria Manolessus.

Sacerdos non debet reuelare confessionem sacramentalem. s̃.uer. Confessio sacramentalis.uer.xlij. Bald. in Marg.uer. testis.ix.col.& uerbo, Sacerdos.uer.ij.etiam papa cogente:

† quia non potest papa.s̃.uer. Papa. uer.ccxx. † Et per Felin. aliquid in c.de excep.]

Sacerdotes electi à capitulo, an dicantur habere curam animarum.Inno.in c.cùm non ignores.in glo.sua,in uerbo,unius. de præben.quòd sic.

30 Sacerdos dicitur scire ut Deus, id quod sibi dictũ est in confessione,non id,quod dictũ est ei in pœnitentia,etiam cum iuramento de non reuelando:quo casu potest ut testis reuelare impunè. Inn.in c.qualiter & quando.de accusa. Abb.in c.si sacerdos.de of.ord.& in c.dilectus.de exces.prælat.

† Sacerdos receptus in testẽ,si reuelauerit peccatũ sibi ab altero in pœnitentia confessum, eius testimonium non facit fidẽ:quia alter non fuit illi confessus ut homini,sed ut Deo, secundum Bal. & Pau.de Cast.in l.archigerontes.C.de epi.audien.sequitur Fel.in c.j.in j.col.de excep.]

Sacerdos non debet solus missam celebrare,sed coadiutorem habeat, qui expleat sacra, si sibi casus contingat.vij. q.j.illud.& c.seq.

Sacerdote præsente non præsumitur falsum cõmitti. Bal. in l. fi.j.col.in fi.uer.no.pro statuto Venetorum.C.de fideicom.

Sacerdotium non tollit suitatem, nec impedit transmissionẽ hæreditatis nõ aditæ. Bal.in l.apud hostes.in ult.col.in uer. ex̃.quæro.dicit Host.C.de suis,& legi.

Sacerdos põt alteri stipulari, sicut notarius, maximè in foro pœnitentiæ,id est,in confessione sacramentali, qua quis cõfitetur se debitorẽ alterius: quia non uelit eum absoluere: nisi ꝓmittat sibi soluere creditori suo: quo casu actio datur creditori ex promissione facta sacerdoti. Ber. & Alex.in l.j. §.huius.ad fi.de iusti.& iur.& tenet Spe.de instr.edi.§.nunc uerò aliqua.in iiij. char. uer. item pone,cũ quidam.ubi plenè.& c.quanquam.de usur.in vj. Innoc. in c. parochiano.in glo.sua,in uer.hæredes.de sepul. Bal.in Mar. Sacerdos.uer. fi.contra Abb.in c.pastoralis.§.præterea. de of.ord. dicit sacerdotem non posse alteri stipulari, nisi in concernentibus officium suum. Item nisi prælatus habens iurisdictionem: quia dicit publica persona, & potest alteri stipulari, & per But.in prin.Decreta.& Alex.in l.non solùm.§.j. de iniur.

* Sacerdos põt stipulari pro fœneratore,restituturum usuras omnib. à quibus. accepit,& sec.com.op. ualebit stipulatio. c.quanquam.de usur.in vj.c. dudum.ubi Innoc. S.P. Illust. Card.Host.& Abb.de conuers.coniug.Io.And.in c.sicut.ne cleri.uel monach.Ant.Butr.in proœ.Decret.col.pen.Abb. in cap.fin.de sepultur. Bart.in l.j.§.huius studij.ff.de iust.& iur.Tho.Gram. consi.xxix. num.8. Æmilius Maria Manolessus.

Sacerdotium non facit præsumi alios ordines præcessisse. s̃. uer. Ordinare.uer.xlij.& seq.

Sacerdos legatarius quomodo consequitur legatum.s̃. Legatum ecclesiæ.uer.xxij.

Sacerdos carnaliter cognoscens filiam spiritualem à se baptizatam, uel chrismatam, uel habitam in confessione sacramẽtali,priuandus est officio,& beneficio, & in monasteriũ retrudi debet pro duodecim annis ad pœnitentiá.xxx.q.j.si quis sacerdos. Si uerò est episcopus quindecim annis,debet agere pœnitentiam.ea. causa & quæst.c. non debet.& s̃. Episcopus deponitur.uer.vij.paulo post medium.

Sacerdos, si dum celebrat, recordatur de peccato mortali. s̃. uer.Missa.uer.vij.cum uer.prece. Et infirmus non celebret. s̃.uer.Infirmatus.uer.xij.

Sacerdos debet scire canones pœnitentiales, & alia, sine quibus expediri non potest officium sacerdotale. xxxviij. dist. nullus.& c.omnes.xx.dist.si decreta.cle.j.§.j.& ibi Card.de celeb. mis.

40 Sacerdos non celebrans missam,non conficit corpus Christi, etiam per uerba consecrationis. Card.in cle.j.§.hoc est. iiij.q.de reli.& uen.sanc.

Sacerdos etiam non ieiunus conficit corpus Christi. de cele. mis.ex parte.& glo.de consec.dist.ij.liquidò.

Sacerdos sciens ut homo,uel ut Deus, id est,ut cõfessor, quòd Titius est excõmunicatus, potest sine peccato ministrare, etiá eo præsente,ex quo probare non potest. Abb. Sic.in c.si sacerdos.de offi.ord.ubi dicit uerũ in celebratione necessa-

† ria:ut ibi. non in uoluntaria.arg.xxiiij.q.j.c.fi.† Et Fel.in c. ij.de excep.qui remittit se ad Abb.in d.c.si sacerdos.]

Sacerdos excommunicatus minori excommunicatione celebrans, non fit irregularis.c. si celebrat. & ibi Abb. de cle. excom.minist.

Sacerdos in infirmitate sumens eucharistiam, debet tenere stolam in utroq; humero.xxiij.dist.ecclesia.cum glo.Sed an ea utatur,

ea utatur, quando legit Euangelium, sicut diaconus. glo. in d. c. ecclesia, quòd consuetudo inspicitur.

† Sacerdos simplex præfert militi seculi, & sacerdotes dicuntur patres regum, & principum. Fel. in rub. de maio. & obe. in ij. col. uer. simplex sacerdos.]

Sacerdos potest in genere, non in specie, palàm redarguere peccatorem sibi confessum peccata sua in confessione pœnitentiali. no. in c. si sacerdos. & ibi Abb. de of. ord. ubi ponit exemplũ de Christo, qui Iudam reprehendit in genere, dum dixit, Melius erat, si natus non fuisset homo ille.

Sacerdotes sunt legati Christi Dei nostri. Vnde

Sacerdotum iniuria ad Christum pertinet. in Spec. de legato. §. j. in uer. sed & nuncij.

Sacerdotes summi dicuntur episcopi. in Spec. de iurisdi. om. iud. in iij. col. uer. secundum canones.

Sacerdotes dicuntur aduocati. Item,

50 Sacerdotes debent habere uestes suo officio congruentes, quas sine causa non deferant. in Spec. de aduo. §. ij. uer. præterea.

† Sacerdos, cui non dantur decimæ, an licitè possit sacramenta denegare, uide Fel. in c. cùm inter. de excep. in pe. col. uer. in quantum. post prin. ibi: & dum dicit.]

Sacerdotij ordo est Romæ quędam dignitas secularis. in Spe. de renun. & conclu. in v. col. uer. cui autem.

Sacerdotium à Iudæis translatũ est, & qualiter. in Spe. de æta. & qual. uer. quæro, utrũ Iudæus. Dixi in tract. de Episcopo.

* Sacerdotis filium legitimare secularis princeps potest, sec. com. opi. Bal. in l. & si contra. circa fi. C. de nupti. Sign. cõsi. cxxvij. Calde. consi. iij. qui filij sint legiti. Dec. consi. cl. cõsi. cclviij. An d. Alci. cõsi. ccxiij. nu. 2. Æmilius Maria Manol.

Sacerdotis materiam supple s. uer. Clericus, per totum.

* Sacerdotia ad hæredes non transmittuntur, iccirco in legitimam nõ imputantur, sec. com. opi. Bar. in l. j. §. nec castrense. ff. de collat. bono. Bald. in l. omnimodo. §. imputari. ubi Paul. de Castr. C. de inof. testa. Ripa. in l. in quartam. nu. 166. ff. ad leg. Fal. & I. C. ætatis nostrę illu. Ay. Cra. consi. cxxxvj. nu. 3. uol. j. Io. Ceph. cõsi. xlij. nu. 12. uol. j. Æmil. Mar. Manol.

Sacra res non fit sola destinatione, sed solùm per pontifices. Bal. contra gl. in l. nondum. C. de furt. per l. in tantum. §. facta. ff. de rerum diui.

Sacra uendicari possunt adiecta causa. Bart. in l. j. §. per hanc. el j. ff. de rei uen. & in l. in rem. §. loca sacra. eo. tit. ubi Barto. dicit de iure canonico secus esse. Vide Bar. in l. sancimus. in j. opp. & in uer. uenio ad quæstionem. C. de sac. san. eccle. Et est uerũ, etiamsi res sacra facta sit de argento, uel auro meo, cùm æstimatio debeatur. xv. q. vj. apud antiquos. in fi. secundum Lud. Pon. in fin. uer. sacra. uer. si de argento.

Sacra pręscribi non possunt. Insti. de usuc. §. sed aliquando. nisi fiant profana. glo. ibi in uerbo, sacram.

Sacra in stipulationem deduci non possunt. l. multum. de uer. obl. & ibi doct. & l. liber homo. & l. inter stipulantem. §. sacram. de uer. obl.

Sacra non sunt cõmodanda ad ornatum nuptiarum de conse. dist. j. ad nuptiarum. Car. in cle. j. de cele. miss.

† Sacramẽta largo modo possunt appellari omnia spiritualia. Ita probat textus, & ibi Panor. in ultimo notab. in c. cùm in ecclesiæ. de simona.]

Sacramentum dicitur, quasi sacræ rei signum. Card. in cle. j. §. nos. de iureiu. & in cle. j. ix. q. de priui.

Sacrum, & religiosum, differunt. s. Locus. §. j. uersi. xiij.

Sacra necessaria sunt, baptismus, pœnitentia, & extrema unctio, secundum Car. in cle. dudum. §. uerum. de sepul.

Sacramenta quare sint instituta. Car. in cle. j. in fi. principij, de reli. & uen. sanct.

Sacramentorum quod sit maius, no. Car. in cle. j. §. ij. j. opp. de reli. & uen. san. ponit uersus, uidelicet:

Maior in effectu baptismus, corpus in esse,
Coniugium signo maiori chrisma ministro.

Sacramentum eucharistiæ quare Christus dedit, & instituit post cœnam. Card. in d. §. ij. j. q.

Sacramẽta per religiosos ministrari non possunt. clem. j. de priui. ne fiat præiudicium curato. ut ibi,

Sacramentum corporis Christi non conficitur pane frumentitio, sed azymo, de quo micæ cadunt difficilius, nec cum aqua rosacea, nec de farina mista: ut plenè Card. in d. §. ij. ubi etiam dicit panem, uinum, & aquam, esse eius substantialia. Vide plenè ibi. nec cõsumitur. d. cle. j. §. ò singularis. & ibi Card.

Sacra tangi nõ possunt, nisi à personis sacratis. de cõsec. dist. j. in sancta.

Sacer non desinit esse locus occupatus ab hostib. Card. in cle. † in plerisq;. ij. q. de elect. † Et Dy. in reg. semel Deo.]

Sacra legari non possunt. not. in l. j. C. de cadu. tol. & no. in d. l. multum. & in d. §. sacram.

Sacra non sunt in dominio alicuius. Instit. de rerum diui. §. sacra. & §. nullius.

Sacro uase destructo, nihil sacri remanet, & uendi & æstimari potest tanquam profanum. Bart. post glo. in auth. præterea. C. de sac. san. eccle. uide no. per doct. in l. inter stipulantem. §. sacram. de uerb. oblig.

* Sacra uasa redimendorum captiuorum uel pauperum alendorum causa alienare licet. c. aurum. xij. q. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Sacramenta ecclesiæ sunt septem: quinq; necessaria, & duo uoluntaria. no. gl. in c. ueniens. de transact. & j. q. j. §. notandum. & laicus in necessitate nõ potest conferre, nisi duo sacramenta, scilicet baptisma, & pœnitentiam. alia autem non potest laicus etiam necessitatis tempore ministrare: ut no. Abb. in d. c. quanto. & in d. c. ueniens. & in c. pastoralis. §. præterea. de offi. deleg.

* Sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibilis forma. c. sacrificium. de consecra. dist. ij. Æmilius Maria Manolessus.

† Sacramentum ordinis dicitur sacramentũ dignitatis: nam promotus ad ordinem consequitur dignitatem. iiij. dist. c. deniq;. in prin. & nulla dignitas secularis similis est sacerdotio. xcvj. dist. c. duo sunt. Abb. in c. ueniens. de transact.]

† Sacramenta si ignoranter ab hæretico, fuerunt recepta, nõ solùm confertur essentia sacramenti, sed etiam gratia: nam & Iudas fuit hæreticus: j. q. j. eos tamen baptizauit, & tenuit eius baptisma: j. q. j. sed si scienter, tunc non confertur gratia: ut j. q. j. etiam Inno. in c. j. de chrisma. & idem Inno. in c. fraternitatis. & ibi Abb. de hæreticis.]

† Sacramenta non sunt deneganda quantumcunq; facinoroso in uita, in morte contrito, & an istis, qui propter facinora sua suspenduntur in patibulo, uel aliter morte uiolenta afficiuntur, sacramenta ecclesiastica sint concedenda. Abb. in c. ij. de furtis.]

* Sacramentum baptismatis collatum in forma ecclesię, prodest tam paruulis, quàm adultis, & propter necessitatẽ potest à quocunq; recipi, & per sacramentum corporis Christianis remittuntur peccata uenialia tantùm: ut no. j. q. j. interrogo. sed per baptismum remittuntur & pœna peccati. Abb. in c. j. in §. una uerò. de sum. Tri. & fid. cath.]

* Sacramenta omnia indignè tractantibus obsunt. c. omnia sacramenta. j. q. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Sacramenta quanquam obsunt indignè tractantib. dignè tamen sumentib. prosunt. c. quod quidã. c. per Esaiam. j. q. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Sacramenta Dei opt. max. Virtus sancta reddit, non sacerdotum merita. c. multi. j. q. j. D. Laur. Iustinia. in sermo. de euchari. Æmilius Maria Manolessus.

Sacrarium appellatur illa pars, quæ est prope altare, in qua sunt clerici ad celebrandum, propter sacramenta, quę ibi conficiuntur, & quia in altari maiori, cùm soleat esse sacratum, includuntur reliquiæ: de conse. eccle. uel alta. per totum. Abb. in c. j. in glo. fi. de ui. & ho. cleri.

* Sacrarium ingredi, & sacra uasa attingere subdiaconis non licet. c. non oportet subdiaconos. dist. xxiij. Æmilius Maria Manolessus.

Sacrificia ritu paganorum sunt prohibita sub pœna capitali, de iure Ciuili. l. j. & per totum tit. C. de paga. sacrif. & maximè diuinationes per inspectionem extorum animalium. l. ij. eod. tit.

† Adde, quòd sacrificium propriè est aliquid factum in honorem debitum soli Deo ad eum placandum, secundum beatum Tho. ij. ij. q. lxxxj. arti. iiij. & dicitur Græcè. θυσία.]

* Sacrificium appellatur quasi sacrum factum. c. multi. j. q. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Sacri-

* Sacrificium Deo opt. max. non offerat qui uitijs est maculatus. §. hinc etenim. dist. xlix. Æmilius Maria Manolessus.

Sacrilegium dicitur quasi sacrilædium, id est, sacræ rei uiolatio, uel usurpatio. Bal. in l. si nondum. C. de furt. in uersi. quæro, quot requirantur.

† Sacrilegium quid est. gloss. xvij. q. iiij. sacrilegium. † Vide Fel. in c. cùm sit. in ij. col. uersi. de multiplici. de foro compe. ubi quid sit, & an, & quando, & à quo pro eo excommunicatio imponatur.]

† Sacrilegium dicitur crimen mistum. Dec. in c. at si clerici. col. lx. in prin. ex. de adulter.]

Sacrilegiorum genera multa sunt. no. in cle. j. secundum Car. ibi in prin. de pœnis. & ibi ponit omnia in j. q.

* Sacrilegium est, ecclesię iura usurpare. c. conquestus. de fo. comp. c. eccl. S. Mariæ. de constitutio. Carol. Rui. consi. iiij. num. 5. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Sacrilegium est, de S. P. potestate disputare. l. ij. C. de crimi. sacrileg. §. nemini. xvij. q. iiij. Illust. Card. Pari. consi. lxviij. num. 165. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

* Sacrilegium est, de Imperatoris, & summi Principis potestate disputare. l. ij. C. de crim. sacrileg. Dec. consi. dlxxxviij. num. 2. Æmilius Maria Manolessus.

* Sacrilegium committit, qui dubitat, an ille, quem princeps ad honoris aliquem gradum euexit, eo dignus sit. l. iiij. C. de crimi. sacril. Bonifa. Vital. in tract. Cri. in rub. de pœna commit. sacrileg. nu. 1. Æmilius Maria Manolessus.

* Sacrilegij crimē admittit, qui authoritati, uoluntati, & dispositioni Imperatoris resistit. l. ij. C. de crimi. sacril. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. l. j. C. ut dignitat. ordo serue. lib. xij. c. si quis. §. pen. & fin. xvij. q. iij. Dec. consi. dlxxxviij. in prin. Maria. Soci. Nep. consi. lxviij. num. 15. consi. cxxxiiij. nu. 21. uol. iij. Æmilius Maria Manolessus.

Sacrilegium est, alienare res ecclesiæ, uel eas recipere, & consentire. xvij. q. iiij. omnes ecclesiæ. & c. qui rapit. Item deuastare ecclesias. ea. q. sicut qui. Itē insequi sacerdotes, & prædia ecclesiæ inuadere: ut c. conquestus. de foro competen. uel spoliare: ut ibi. Item dare officia publica Iudæo. ea. q. c. nemini. & seq.

Sacrilegium propriè dicitur furtū rei sacræ de loco sacro publicè consecrato, ut ecclesia. Sed quasi sacrilegium dicitur furtum de loco consecrato priuatim, ut capella in domo ciuis, uel fraternitatis. Bart. in l. sacrilegi. la ij. ff. ad legem Iul. pecul. Addo eundem Bart. in l. diuus. eo. tit.

Sacrilegium dicitur, siue auferatur sacrum de sacro, siue sacrū de non sacro, siue non sacrum de sacro. xvij. q. iiij. quisquis. & c. si quis contumax, secundū canonistas: licet secundum Legistas dicatur, cùm aufertur sacrum de sacro, secundum Bart. in l. diuus. ff. ad legem Iul. pecul. & in l. si nondum. & ibi Bal. in uer. quæro, quot requirantur ad hoc, ut sit sacrilegiū. C. de fur. & ibi Sali. in rub. C. de cri. sacrileg. post Old. in l. capitalium. §. famosos. de pœnis. qui dicit sacrilegium esse furtum rei sacræ. & Inst. de pub. iud. §. lex Iulia peculatus. & l. sacrilegi. ff. ad leg. Iul. pecu. & est tex. de iure canonico, xviij. q. iiij. quisquis. De hoc, an sacrilegium sit furtum, † addo Bal. in d. l. si nondū. in uer. sed nunquid. † Et per Fran. Are. in d. l. ij. C. de iudi.]

Sacrilegium dicitur, maculare imaginem Christi per l. j. C. ne lice. sig. Salua. no. & per l. sacrilegij. uersi. cæterùm. & l. sacrilegi. ff. ad leg. Iul. pec. & Alex. l. apud Labeonem. §. ait prætor. de iniur. no. in c. cùm canonici. §. fin. & ibi doct. de offi. ordin. Item uerberare clericum. xvij. q. iiij. si quis suadente. Bald. in d. l. si nondum. uer. committitur autem. xvij. q. iiij. si quis contumax. Cuius pœnam uide xvij. q. iiij. si quis deinceps. † Et per Felin. in c. parochianos. in fi. de sen. excom.] Item coire cum moniali sacrata. Bald. ibidem in uer. item si quis coeat. p c. impudicas. xvij. q. j. Itē uiolare cœmiteria, priuilegia, & immunitates ecclesiæ. cap. frater. xvij. q. iiij. & Bald. in d. l. si nondum. circa medium. uer. quandoq; ratione loci. l. placet. & ibi Bald. in ij. col. in uer. ultimò not. C. de sacrosanct. eccle. Item dicere non esse idoneum, quem princeps elegit. l. disputari. C. ad leg. Iul. pecu. & de sacrileg. Itē retinere relicta ecclesiæ facta: xvij. q. iiij. sacrilegium. Item reuocare, quod ecclesiæ dedit quis etiam tumultuario impulsu mentis. xvij. q. iiij. sunt qui opes.

Sacrilegium est grauius, quàm fornicatio. xvij. q. iiij. sicut qui. sed non homicidio. glo. ibi,

* Sacrilegij crimē admittit qui ecclesijs & sacris locis relicta soluere detrectat. c. sacrilegium. xvij. q. iiij. Alb. in l. habebat. nu. 3. C. de sacros. eccle. Æmilius Maria Manolessus.

Sacrilegium committitur ex coitu cū moniali, qui dicitur incestus, & adulterium. vij. q. j. uirginibus. cum glo.

10 Sacrilegium non est, uiolare ecclesiam non consecratam. arg. xvij. q. iiij. si quis. el iiij.

Sacrilegium committere dicitur etiam, qui retinet res ecclesiæ, nisi restituat. xij. q. ij. quisquis. xvj. q. j. in canonibus. glo. xj. q. j. si tributum.

Sacrilegium licet sit grauius furto, tamen debet puniri pœna statuti loquentis de furto. glo. Bald. in l. si nondum. uer. sed nunquid sacrilegium. C. de fur. Sed uide Alexan. de Imo. in addi. ad Bart. in l. de his. C. eod. tit.

Sacrilegiū in statuto ciuitatis intelligitur secundū ius ciuile, sed in constitutione episcopali intelligitur secundū ius canonū. Bal. in d. l. si nondum. uer. sed dubitatur. C. de furtis.

Sacrilegium augetur ex persona eius, in quem committitur. Bald. in d. l. si nondum. circa medium. uer. si quis coeat. & de pœ. dist. j. serpens. l. si quis in hoc genus. de epi. & cle.

Sacrilegi familia prohibetᵣ à legitimis actib. Bal. in d. l. si nondum. paulo ante uer. sed dubitatur. Inno. in c. uenerabilem. de elect. & Alex. in l. diuus. & in l. penul. ad leg. Iul. pecu.

Sacrilegi familia repellitur ab ablationibus, non à sacramentis, nisi & ipsa sit sacrilega. Abbas post glo. in d. c. uenerabilem. de elect.

Sacrilegus punitur pœna extraordinaria. l. sacrilegij. in princ. & l. sacrilegi. in prin. ff. ad leg. Iul. pecu. Et quòd dicitur eum capite puniri, in d. l. sacrilegi. in prin. intelligitur, id est, capitali, quæ multiplex est: & non mortis, sed ex arbitrio, pro qualitate personę, & rei, iuxta d. l. sacrilegij. Et hæc est communis opinio, secundum doct. & Sali. in rub. C. de cri. sac. & facit glo. no. in uer. ultrix. in d. c. si canonici. §. fi. de offi. ord. in vj. quod punitur ex arbitrio citra mortem. & facit l. j. C. ne. lice. sign. Sal. no. & in l. quoniá nōnullis. de Iudæis. Et ita hoc anno iudicaui in Capitolio urbis contra minorem, quē ratione ætatis puniuimus in membri mutilatione: aliū uerò ratione duplicati sacrilegij, quem ætas non excusabat, imò etiam furtum aliud commiserat, fecimus furca suspendi. Bal. autē in l. placet. in ij. col. in uer. ultimò no. C. de sacr. san. eccle. dicit sacrilegum esse excōmunicandum, & in exilium mittendum, scilicet quando uiolauit ecclesiam, & priuilegia eius. & ĩ. uer. xxiiij. † Vide Chassa. in commen. consuetu. Burg. in tit. des iustices. §. v. fol. 34. col. iij.]

Sacrilegus confugiens ad ecclesiam, quá læsit, non est tutus in ea. xvij. q. iiij. ad episcopos. & glo. in c. frater. ea. quæstione. quæ tamen hoc non firmat. per c. inter alia. de immu. eccle.

Sacrilegus uiolator ecclesiæ extrahens confugientem ex ea, punitur pœna extraordinaria, & ultra in noningentis solidis, episcopo applicandis. xvij. q. iiij. si quis contumax. cum glo. & c. quisquis inuentus. in fi. cum glo.

Sacrilegus uiolator ecclesiæ, uel furans in ea, uel frangēs ostia eius, quomodo puniatur. d. c. quisquis inuentus. in fi.

20 Sacrilegium est crimen mistum, non merè ecclesiasticum, cûm etiam puniatur à laico. Abb. in c. cùm sit generale. de fo. compe.

Sacrilegus an sit excommunicatus. Abb. in c. conquestus. de fo. compe. Et an ipso iure, uel per sententiam. Card. in cle. j. ij. q. de pœ. & ĩ. proximo uer.

Sacrilegus est ipso iure excōmunicatus, quando deliquit in personam ecclesiasticam, uel ipsam ecclesiam frangendo, non aliter: non si in bona, uel animalia, scilicet auferendo: ut tenet Card. in cle. j. ij. q. de pœ.

Sacrilegium est, si prælatus de bonis ecclesiæ impinguet consanguineos. Abb. in c. inquirendum. de pecu. cle.

Sacrilegij iudex esse potest tam ecclesiasticus, quàm secularis. c. cùm sit generale. de foro compe. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. & est locus præuentioni. c. proposuisti. de foro compe. Sed Bal. in auth. clericus. in ij. col. C. de episc. & cleri. dicit, ꝙ principaliter pertinet ad iudicium ecclesię. Io. And. in addi. Spec. in rubr. de maio. & obe. quòd ecclesiasticus iudex laicum puerū de tali crimine non punit: ideo debet capi

bet capi per iudicem secularem ad instantiam episcopi, qui de causa cognoscet, & ultricem sententiam proferet, imponendo arbitrariam pœnam citra mortem, secundum glo. in c.si canonici.in §.fi. in uerb.ultrix. de offic.ord.in vj.ubi loquitur de eo, qui crucem proijcit in terram, & uituperat.ita dicit ad literam domi.Angel.de Cast.filius do.Pau.in consi. In Christi nomine, amē: uenerabiles imagines Christi,&c. & Ant.Rosel.in consi. Iudæus ad fidem conuersus,&c.uide xij.q.ij.nulli.& c.qui abstulerit.xvj.q.in canonibus.

* Sacrilegi pœna mulctantur arbitrio iudicis: interdū enim laqueo suspenduntur, interdum igni comburuntur, bestijs nonnunquam etiam obijciuntur: sed & cum ijs mitius aliquoties agendum est. l. sacrilegij pœna. ff. ad l. Iuli. pecul. Boni.Vital.in tract.Cri.in rub.de pœna.cōmit.sacrile.nu.2. Æmilius Maria Manolessus.

† Sacrilegi, & derobatores rerum ecclesiasticarū, an possint ubique capi, & an debeant remitti ad iudicem delicti: uide Bal.in consi.ccccclix.in iiij.parte.]

Sacrilegus repellit ab accusando.in Spe.de accusatore.xvij.q. col.v.uer.item quod est homicida.

Sacrilegij materiam supple,xxvj.q.iij.igitur.& c.non oportet. xxviij.q.v.xxvj.q.ij.illud.

* Sacrilegus est, qui Iudæis publica committit officia,& ut sacrilegus excōmunicandus. c. constituit.xvij.q.iiij. Æmilius Maria Manolessus.

Sacrista contrahens pro ecclesia, non obligatur. Bald.in rubr. C.de instito.v. col.in uer.ex hoc apparet.

* Sacristæ si pro labore suo, & ut habeat unde se alat, dimidia prębenda assignata sit, in impetratione beneficij eius mentionem facere non tenetur. Calde.consilio xxx.de præben. Æmilius Maria Manolessus.

Sagittans de uno territorio existentem in alio territorio, potest puniri per iudicem loci, in quo stabat sagittans. Flor.in l. ait lex.in prin.ff.ad legem Aquil.qui allegat Pet.Anch.& limitat uerum, quando statutum punit sagittantem, non quando punit percutientem: quia tunc locus, in quo stabat percussus, inspicitur:ut no. Bart.in l.libellorum.ij.col.in uer. ulterius quæro.ff.de accusa.& l.j.C. ubi de pos.agi oportet.

Sagittamentorū appellatione ueniunt etiam balistæ.Bart.in l. qui penum.ff. de penu.lega.

Sal fisci uel communitatis, quilibet emere tenetur, etiam non indigens.Bart.in l.j.C.ut ne lice.in emp.specierum.lib.x. Quod facit contra regnicolas. Caue tamen, quia non loquitur in sale, sed in frumento.

† Adde, quòd sal terræ dicuntur prælati & sacerdotes. c. sacerdotes. xciij.dist. unde sal infatuatū dicitur de malis prę-latis, sicuti hodiernis temporib. sunt tenentes focarias meretrices. c.sacerdos.iij.q. viij. Et istud sal infatuatū à porcis conculcatur.c.secuti.§. quia.ij.q.vij.& dicitur Græcè ἅλς.]

Sal uendi potest à quolibet priuato de iure communi. no. in l. magis puto. in prin.ff. de rebus eorū.& in l.si quis.de uecti. & comis.nisi consuetudo sit in contrarium, secundum And. de Iser. & Ia.Alua. & in c.j.quæ sint rega. & no.in cap.super quibusdam.§.præterea.de uerb.sig.& Barth. Cæp.in l.inter publica.§.j.de uer.sig.& ibi seruatur.

Salinaria dicuntur, quando datur aliquid principi, ut permittat emi, & uendi sal, secundum Inno.in c.super quibusdam. de uer.sig.Sed Host.ibi dicit ea dici domum, in quibus princeps facit poni sal,& uendi à præpositis in officio, non alijs, secundum Abb.Sicul.ibi.

Salinarij debent interesse mensurationibus, & uenditionibus salis, aliàs non tenet uenditio, uel mensuratio.l. si quis. & ibi Bald. C.de uecti. & commis.

Salina reperta in fundo priuati, est domini fundi. l. forma. §. salinæ.&ibi Albe.de Rosa. de censi.& Barth.Cæp.in l.inter publica.de uerb.sig.

† Salinaria sunt domus, in quibus domini terrarū faciunt poni sal,& uendi, & emi à præpositis illius officij, ita quod alij non liceat. Abb.in c.super quibusdam. de uerb.sign.]

* Salinarum redditus inter regalia & principi reseruata censentur.§.j. quæ sint regalia. l. si quis. C. de uectigal. c. super quibus. d.§. præterea. de uerb.sign. Dec.consi.ccxcij.nu.1. Æmilius Maria Manolessus.

* Salinæ à principe locari, & simpliciter concedi possunt.l. sed & hi. qui uel salinas. ff. de publica.l.si quis. C.de uectig. c.super quibusdam.§.pręterea.de uer.sig.Dec.consi.ccxcij. num.1.Æmilius Maria Manolessus.

* Salinæ etiam ueniunt sub generali concessione prouentuum & redituū generalibus uerbis facta. Paul.Cast.consi. lxiij.uol.j.Maria Soci.Nep.consi.lxxx.nume.40.uolum.iij. Æmilius Maria Manolessus.

Salarium famulo, uel officiali recedenti ante tempus, non debetur pro rata temporis, quo seruiuit. Bal.in l.ij.j.col.uer.sed si quis promittit. & in l.ædem.C.loca.in uer.quęro, nunquid colonus.& per Alex.in l.si uno.§. item cùm quidam.ff.locati.

Salarium nuncio debetur, facta ambasiata.Item & procuratori.Bald.post Cyn.in l.j. C. mandati.in ij.col.in prin.uer.sed quæro quid in nuncio. & ibidem ponit quid in aduocato, & quid in assessore.

Salarium procuratoris non potest excedere centum aureos. glo.& Bald.in d.l.j.in ult.q.C.mandati.& Spe.in tit.de salari.§.ij.uersi.sed nunquid.

Salarium procuratoris dicitur aduenticium, in quo patri debetur ususfructus. Bal.in l.cùm oportet. pe.col.uer.de tertio genere peculij.C.de bo.quæ lib.

Salarium magnum debetur pro causa status. uel dignitatis. Bald.in l.j.in fi.C.mandati.

Salarium tutori constitui debet per iudicem. l. à tutoribus.§. principalibus.ff.de admi.tut. Bald.in l.sumptus. C.mandati. Puto quòd uoluerit allegare ff. de pact.sed mihi dicit de hoc: ideo aduertatur. Vel fortè uoluit allegare. C.de admi. tut.ubi etiam nihil de hoc. Glo.in uer.gratuitum.& Barto. in l.j.§.fi.ff.eod.tit. Bart.in d.l.à tutoribus.§. principalibus. in j.opp.& in l.in eos.ad fi.ff.de tutel. ubi dicit uerum per d. l.à tutoribus.§.fi.de admi.tu.

Salarium curatori constitui potest per iudicem ex causa. l. j. §. si pupillus. de tu.& ra. dist.

Salarium aduocato pauperum non debetur. Bal.in l.si furiosi. uer.no.quòd aduocati. C. de nup.nisi ex publico.Bal.in l.j. ij.col.uer.tu tene glo. C.de suffra.ubi idem dicit in aduocato fisci, per l.petitionem.C.de aduo.diuer.iudi.

† Salarium ratione incertitudinis si non est efficaciter promissum, regulariter non debetur: & fortius, quando nullo modo est promissum.d. Bar. Soci.in consi.cxcvj.inci.Circa prin.ibi: tamen à communitate.in ij.parte.]

10 Salarium quando nullum certum promissum est, debetur secundum cōsuetudinē seruientis. Bart.in l.j.§.illud quoq;. ad fi.ff.de uar.& extraor. cogni.

Salariati sunt ciues loci, in quo salarium habent, & seruiunt. Bar.in l.filij.§.miles.ff.ad municip.

Salarium totum debetur doctori legenti, etiamsi ante tempus moriatur:non autem artifici artis mechanicæ:quia ei debetur pro rata laboris.Bald.in l.j.ij.col.in fin.in uersic.sed ego dico, quòd in salario. C.de suffra. Vide glo.magnam in uer. personis. & Bart.in l.si uno.§.item quidam.in iij.col. in uer. ut tamen appareant.ff.locati. & plenius per Bart. in l.j.§.diuus.el ij.in antepe.col.in fi.uersic.quæro, aliquis est conductus ad legendum.in vj.col.uersi.quæro, quid si stat per electum.ff.de uar.& extraordi.cog. ubi idem dicit in Potestate mortuo in officio suscepto, uel non, dummodo ingressus sit in prouinciam, uel non ingresso, si alium loco sui miserit ad officium. Bart.in l.diem.ff. de asses.in iij.col.uer.sed quæro de Potestate.& ĩ.eod.uer.xxxiiij.

Salarium non potest sequestrari.ĩ. Sequestratio.uer.xxxix.

Salarium pro passagio debet prius præstari, quàm passagium. Bal.& Flo.in l.uenditor.§.si constat.ff.communia prædio.

Salarium manigolto constitui potest. s. uerbo, Manigoltus. uersic.iij.

Salarium illicitum non potest peti. l. si contra. & ibi Bald. C. mandati.

Salarium aduocato debetur etiam pacto nudo, licet stipulatio non accedat, nec etiam scriptura in rebus mobilibus, in stabilibus scriptura requiritur in promissione. l. j. & ibi doct. & Bal.in ij.col.in uer.secundò quæro.C.de suffra.

Salarium

Salarium aduocatis debetur triplici iure, scilicet ex ꝓuisione hominis, si prouidit sibi per stipulationem. Secundò, ex mista ratione hominis, & legis, si ꝓuidet, scilicet ex pacto nudo. Tertiò, ex mera prouisione legis, scilicet quando nihil † promissum est. Bal. post gl. no. in l. j. ij. col. C. de suffra. † Vide do. Bar. Soc. in s. allegato consi. cxcvj. in uer. secundo principaliter. ea parte ij. quòd salariũ aduocatis & notarijs debetur, etiamsi nihil conuentum est, & promissum.]

Salariũ aduocatis, nutricibus, obstetricibus, medicis & similibus personis debetur officio iudicis. in Spe. de offi. om. iud. §. j. in iij. col. uer. item cùm aduocatus.

20 Salaria militibus olim dabantur de cõmuni. in Spe. de procur. §. j. in xv. col. uer. item quod est miles.

Salaria iudicis ordinarij, uel delegati, ponuntur in Spe. de salarijs. §. j. in prin.

Salaria procuratorum, negociorum gestorum, & notariorum, ponuntur in Spe. eo. ti. §. ij. per totum.

Salaria aduocatorum ponuntur eo. tit. §. sequitur uidere. per totum. ubi etiam, an aduocato pro causa appellationis debeatur nouum salarium. De quo per gl. ultimam, uer. itẽ potest quæri. & doc. maximè Bal. in ult. col. uer. ulterius quæritur. in l. j. C. de suffra. & s. uer. Aduocatus. uer. vij.

Salaria medicorum, & mercenariorum ponuntur in Spec. eo. tit. §. iiij. & ti. de magistris. Addo aliquid per Bal. in l. j. in antepe. q. C. mandati. & in l. liberti. in iiij. colum. magna. C. de oper. libert.

Salarij positiones qualiter formentur. in Spec. de posi. §. vij. in ix. col. uer. sed pone.

Salarium debetur secundum seruitium, & laborem. eo. uer.

Salaria magistrorum, doctorum, geometrorum, medicorum, rectorum, aduocatorum, obstetricum, ponuntur in Spe. de magistris. in j. col.

Salarij promissio facta in instrumento confecto eadem die cũ alio instrumẽto, præsumitur anterior. Bal. in l. j. in fi. sol. ma. sicut in instrumento dotis: ut ibi dicitur.

Salarij præstatio non potest per tertium prohiberi. auth. sed iam cautum. & ibi Bal. C. deposi.

30 Salarium prędonibus non debetur, etiamsi promissum fuit. l. si fideiussor. per Bal. C. mandati.

Salarium decem librarum taxatum iudici ab utraque parte per statutum, debetur pro dimidia ab utraque parte. Ray. de For. per glo. in l. si duas. §. maiores. sed ibi Bar. in §. grammatici. in lect. Nico. de Neap. in ij. col. in prin. in uer. notetis dictum ex ista gloss. de excusa. tuto. Bald. in l. j. §. sin autem disiunctim. quem legit cum §. ut autem. in ij. col. in uersic. not. in §. sin autem. in princip. C. de cadu. tollen. tenet contrarium.

Salarium nuncio eunti per iter non rectum quomodo debeatur. s. in uerbo, Nuncius. uer. lxxxvij.

Salarium debetur Potestati pro doctore, quem ex dispensatione non tenetur retinere. Ange. & Bald. in l. administrantes. in prin. ff. de excus. tut. sed Phanenses hoc mihi nõ seruauerunt.

Salarium capitaneo belli, uel cõductori, uel connestabulo totum pro toto tempore debetur, quia propter prudentiã debetur. Bart. in l. j. §. diuus. el ij. in v. col. in uer. iij. casu dic sic. ff. de uar. & extraor. cognit.

Sententia in cauſa euictionis debet ferri ad inſtantiam rei, id eſt, emptoris. glo. & Bart. in l. utiq;. ff. de rei uend.

70 Sententia contra diffamantem quomodo feratur. Bald. in l. diffamari. in ij. col. uerſic. modo quæro. C. de inge. manu. Inno. in c. cauſam, quæ inter. in ij. col. qui fil. ſint legi. Bal. in Marg. uer. Sententia

Sententia poteſt ferri conuentione partium. l. ſi conuenerit. de re iudica. Bart. in l. j. in ij. col. in prin. uerſi. præterea. ff. de actio. empti.

Sententia eſt nulla, quando atteſtatio teſtis non fuit, ſcripta. Bald. in l. prolatam. in ult. col. ſuper glo. in uerſi. conſcribantur. C. de ſenten.

Sententia etiam ſcripta, mente recitata nō ualet, cùm legi debeat. Bartol. Raph. & Imol. in l. j. in princ. ff. de his, quæ in teſt. delen.

Sententia contra exigentes indebitè pedagium, negatiuè cōcipitur. Bal. in c. j. ult. col. in uerſi. & nota, quòd actiones de mil. uaſal. qui contu. eſt, ubi dicit formam eſſe, Pronuncio non habere ius colligendi pedagium, & impono ei perpetuum ſilentium. Dixi in tracta. de Gabel. iiij. parte, iiij. quæſtione. Item,

Sententia uerbis negatiuis concipi poteſt, etiam ſuper tali iudicio. Baldus in l. j. C. de his, qui pri. credi. lo. ſuc. Item ſuper ſtatu: ut, Pronuncio te non eſſe liberum. l. empti. & ibi Bald. C. de euic. Item in perſonalibus: ut Pronuncio te non eſſe debitorem. l. Iulianus. & ibi Barto. iij. colum. de condi. indeb.

Sententia contra defenſorem quomodo formetur. Bart. in l. ſolutionem. in fin. col. in uerſic. quæro qualiter. ff. de ſol. & in l. j. in ult. colum. uerſi. quæro quid in defenſore. C. de ſentent. & Innoc. in cap. cùm ſuper. in iij. col. de re iudi. quòd forma eſt, Condemno talem defenſorem talis defenſorio nomine. & eodem modo debet libellus concipi, ſecundum Bart. ibi & plenius ſ. uerb. Defenſor. uerſi. lxv. adde j. eod. uerſic. lxxxv.

Sententia re perempta ferri poteſt ſuper re, & æſtimatione rei. Bart. in l. ſi ſeruum. §. fi. uer. quæro qualiter formetur ſententia. ff. de uerb. obl. & ibi etiam ponit formam libelli. in uerſi. quæro, qualiter formabitur libellus.

Sententia quomodo formetur in cauſa appellationis. j. uerb. Sententia in cauſa appellationis. uer. xxx.

Sententia diffinitiua contra procuratorem non probat eū eſſe procuratorem. j. uer. Sententiæ effectus. uer. clxvj.

80 Sententia in perſonam aduocati non poteſt concipi. Bald. in addi. Spe. de procu. uerſi. procurator debet eſſe.

Sententia alternatiua poteſt ferri, & ualet in c. cùm inter. & ibi doct. de re iudicata.

Sententia, Condemno te, ſaluis exceptionibus tuis, an ualeat. per Bald. in l. peremptorias. iiij. col. in uer. quæro iudex. C. ſent. reſcin. non poſ. quòd ſic, ſi faciat ex cauſa.

Sententia contra confeſſum ferri poteſt, etiam ſine ordinato proceſſu. Inno. in c. qualiter & quando. el grande. in penul. col. de accu. Bald. in Marga. uerb. Sententia. uer. xvij. Bald. in l. confeſſus. de cuſto. reo.

Sententia præſumitur ſcripta, ſicut legitur. Bald. in l. fi. in iij. col. uerſi. quæro qualiter. C. de re iudi. & j. Sententia præſumitur. uerſi. x.

Sententia ſuper querela formatur ſic, Pronuncio teſtamentū inofficioſum: uel ſic, Reſcindo, uel infirmo teſtamentum tanquam inofficioſum. Bart. in l. qui repudiantis. §. qui contra teſtamentum. in prin. ff. de inoffi. teſta.

Sententia ferenda ex iudicio peritorū artis ſuper uulnere ex forma ſtatuti ualet, lata ſine iudicio peritorum, qui haberi non potuerunt: ſi tamen ex euidentia facti conſtet de cicatrice. Bald. nota. in l. j. C. ut quæ deſunt aduoca. partium. Alexan. in l. j. ff. de libe. & poſthu. Ang. in l. iiij. §. tot. de damno infecto.

Sententia uerbis negatiuis concipi poteſt. l. filio. §. Seia. de adi. lega. l. ſi pater. & ibi Baldus in tertio not. C. de actio. emp. l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbi. & ſuprà eodem, uerſic. lxxv.

Sententia per uerbum, Videtur, ferri poteſt. d. l. quid tamen. §. ſi arbiter. & ibi doct. de arbi.

Sententia ſuper intereſſe quomodò formetur. Cyn. in l. j. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, profe. & ibi doct. & in Spec. de fruct. & intereſſe. §. uiſo. uerſi. ſed qualiter formabitur.

90 Sententia in perſonam prælati agentis pro iniuria uel damno eccleſiæ, poteſt, & debet concipi in perſonam eccleſiæ. Archid. in c. olim. de iniur. & dam. dato.

Sententia diffinitiua quæ, & quot debeat continere. in Spec. de ſenten. §. fi. & j. per diſcurſum.

Sententia in ſcriptis nō dicitur, quando iudex profert uerbo, & deinde dicit notario, quòd ſic ſcribat. Bald. in addi. Spec. de app. in ſecundis additionibus. uer. dubium fuit. & in tit. de ſen. uer. ſententia non dicitur. ubi dicit uerum in diffinitiua tantùm. & no. in l. ij. & Bal. in l. fi. in uer. quæro, pone. C. de ſent. ex peri. reci. & Lanfran. in d. c. quoniam contra. uer. ſententia. v. col. de proba. Bald. in d. l. prolatam. in ij. col. uer. quartum exemplum. C. de ſent. quòd per Bart. in l. contractus. in ij. not. & ibi Bald. iij. col. de fide inſtru.

† Sententia, ꝙ feratur in ſcriptis, quo iure inductū ſit, uide do. Pet. Phi. Cor. in conſi. ccxliij. in litera A. in iiij. parte.]

Sententia conditionalis an ualeat. j. uerbo, Sententia conditionalis. per totum.

Sententia per iudicem cæcum quomodo feratur. in Spec. de ſent. §. ſequitur. uer. j. & no. in l. hac conſultiſsima. §. at cùm. C. qui teſta. fa. poſ. & in l. fi. C. de ſen. ex peri. reci.

Sententia quomodo concipiatur, quando reus cadit à poſſeſſione, ſiue in reali, ſiue in perſonali iudicio. Inno. in c. abbate ſanè. in glo. uer. donationis. de re iud. in vj.

Sententia quibus uerbis debeat formari. Inno. in c. Apoſtolicæ. glo. in uer. ſempiternam. de re iud. in vj.

Sententia ſuper reſtitutione in integrum aduerſus contractum, quomodo formetur. Abb. in c. ad noſtrā. ad fi. de reb. eccle. non alie.

Sententia quando agit maritus, quomodo formetur. Inn. in c. dilecto. de præb. Caue, quia licet ibi ad finem aliquid dicat de ſententia, non tamen ponit in ſpecie de iſto caſu.

Sententia debet concipi in perſonā procuratoris, qui cauſam agitauit.

agitauit.not.in l.j.& ibi Bart.in iij. col.in princ.uersi.quæro quid sit. C.de sen. Bart.& Bald.in l.si quis cùm.in prin.ff.de procura.per Spe.in tit.de sen.§.qualiter.uersi.porrò.& §.vj. uersic.si autem agatur.& seq.& per Feder. de Sen. qui aliter loquitur in consi. ciiij. nisi sit causa, in qua procedatur simpliciter,& de plano. Bar.in extrauag. ad reprimendam.uer. sine figura. Sed de iure canonico potest indistinctè concipi indifferenter in personam domini, & procuratoris, nisi in causa matrimoniali electionis, uel alia spirituali, & in causa criminali, & in causa, in qua à principio dominus comparuit: quia in his,in personam domini concipi debet. gloss.in c.querelam.in uersi. œconomi. de elect.ubi plenè per Abb. & Ludo.Pon.sequitur in sing.uer.sententia.uerbo,sententiæ. Bart. uerò in l.licet.§.si plures.in iij.nota. ff. de procur. dicit simpliciter concipi in personam procuratoris actoris, & rei. Et de causa criminali & matrimoniali quod dictum est,dicit gloss.in uer.interesse. & Bartol.in l. nihil.in j.col.in uersi.quid enim. C. de procu. & Alexan.in l.penul. de pub. iud.& not.in l.ij. C.de accusa.Et dicit uerum,etiam in absolutoria.gloss.no.in l.si uerò non remunerandi.§. Marcellus. in uer.pactus.ff. man. secundum Bal. in l.j.in ij.col.in fin.in uer. quæro,lex nostra. C.de sen.& no.in c. inter dilectos.de fide instru.Lud.Pon.in sing.uer.sententia.uersi.dicit tex.in l.j.&c. Item uerum,etiam in procuratore constituto post litem contestatam,ut ipse debeat condemnari.Bart.post glo. in l.qui proprio.in prin.de procurat.& in l. si quis cum procuratorio.in princ.& ibi Bart.eod.tit.ubi Bart. dat formam sententiæ,uidelicet,Condemno talem procuratorio nomine Titij. & in d.§.si plures. ubi idem dicit in procuratore actoris,& rei. & j.eod. uersic. cij.& seq.Item uerum etiam in defensore comparente post litem contestatam. Innoc. in c. cùm super.in iij.col. de re iud. Barto.in l.liberto.§.litem.de neg.gest.quem etiam uide in l.j. in ult. col. uersi.quid in defensore.C.de sent.& in l.cùm apud.in penul.col.uersi.quæro, utrum defensor. ff. iud. solui. qui tamen loquitur in alia materia. Secus,si allegat causas absentiæ: quia ipse principalis,non defensor, debet condemnari,licet sententia contra absentem lata sit nulla, si causa absentiæ probetur uera. d.§. litem. & ibi Bart. Item si principalis est mortuus,debet sententia concipi contra procuratorem quondam talis defuncti,secundum Raph. Fulg. post Barto.in l.nulla.in ult.q. Sed ibi Bald.etiam in ult.q.tenet contra.C.de procu.q imò concipiatur contra procuratorem tanquã hæredis, uel hæreditatis.De quo uide ibidem do. Alex.in uersi.ultimò quærit Bart. cum concor.ibi per eũ adductis. Itẽ uide Alex. in l. † eius,qui.si cert.pet. † Vide do.Pet. Phi.Cor.in cõsi.lxxxix. incip.In hac.in litera N.in ij.parte.]

100 Sententia an concipiatur in personam domini præsentis tempore sententiæ,si procurator agitauit iudicium.Bart.in d.l.j.in ij.col.in uersi.modò procedo.C.de sen.& in l.si procuratori. de uer. obl. & ibi Alex. quòd sic.ubi limitat,ut per glo.in c.penul.de procu.in vj. & secundum Ang. in l.si procurator. quòd sic,declarando tamen, ut ibi per eum.& in l. si procuratori. in uersi. quid si tempore sententiæ.ff.de uer. oblig. Item non ualet contra dominum citatum, & contumacem,si iudicium est agitatum per procuratorem. Bar.in l.j.in iij. col. uer. item quæro.& in l.si furioso.in j.col. uersi. quæro extra gloss.ff. de re iud. & Abb.in d.c. querelam.uer. ex his infertur.Addo Bar.in l.mutari.in fi.ff.de procu.& per do. Alex.in d.l.furioso.in iij.col.cum seq.in uersi. extra glo. cum concor. ibidem per eum signatis.

Sententia in personam cuius concipiatur, si dominus tempore sententię mittit nouum procuratorem ad iudicium. Bar. in d.l.j.in iij.col.in prin.in uer.iuxta prędicta quæro.

Sententia an ualeat concepta in personam procuratoris, qui non fuit contestatus litem.glo. in c.querelã. in uerbo,œconomi.de elect.tenet quòd non.& Pau.de Cast.consi.cccxx. incipit,Circa primum.in iij.dubio.Item,

Sententia concipi potest in personã domini, & procuratoris simul,scilicet condemnatoria contra reũ:ut, Condemno T. & B.eius procuratorẽ. Bart.post glo.in d.l.j.in penul.col.in uer.uenio ad illud. C. de sent. Sed quid si procurator est uiuus,& principalis mortuus,& credebatur uiuere.uide Pau. & Alex.in l.eius qui.si cer.peta.quòd sententia est nulla.

Sententia pro actore cõcipitur sic, Condemno reum tali procuratori ad soluendum domino eius. Barto. in d.l.j. in pen. col.uersic. quæro, quid si econtrà. ubi etiam ponit formam libelli.Item,

Sententia in personam coniunctam concipitur,ut condemnatio sonet in personam coniuncti, sed exceptio in personam principalis.Bar.in d.l.j.in penul.col.& in d.uer.quęro,quid si econtrà. Item,

Sententia in personam ecclesiæ debet concipi, & potest, licet syndicus iudicium agitauerit. Bart.in d.l.j. in fin. & Bald.in Marg. uer. Sententia.in princ.

Sententia debet concipi contra pupillum,& eius personam,si ipse agitauit iudicium, uel in personam tutoris, etiamsi libellus concernat personam pupilli. Bart.in l.j. §. sufficit. in pe.q.ff.de admi.tuto. Sed Bar.in l.licet.§.plures.uersi.quærit gl.ff.de procur. dicit, quòd in tutorem de necessitate nõ profertur sententia,licet possit. Sed Bart.in d.l.j.in ult.col. uer.quæro quid in tutore.C.de sen.dicit,quòd in personam pupilli,licet iudicium sit agitatũ per tutorem.& tenet Bart. & Alex.post glo. quæ loquitur in stipulatione.in l. stipu.§.si stipuler.de uerb.oblig.& ibi Imo. & But. in c. querelam. de elect. Pau. de Cast.in l.ex contractu.de re iud. Bart. Ang.& Bald.in d.l.j.per l.sed ideo.in princ.de euict.& uide Bald.in l.si quando.ix.q.C.de testi.

Sententia non debet dari per iudicem partibus leganda.Bald. post glo.in d.l.j.in iij.col.uer.deinde super uerbo, ipse quęro. C. de sent.ex peri.reci. & Lanfr.in d.c. quoniam contra. uer.sententia. de proba.

Sententia ualet cum clausula, Lata per talem iudicem, & lecta per me notarium.Bart.in l.fin.in ult.quæst.C.de senten. ex peri.reci.

110 Sententia contra sententiam latam contra matrimonium concipitur sic: Præcipimus coniugibus simul manere in matrimonio.c.consanguinei.& ibi doct.de re iudi.

Sententia contra nuncium concipi non potest. Bald. in d.l.j. C.de sen.in iij.col.

Sententia contra tutorem, uel curatorem concipi potest,licet minor in iudicio interuenerit in principio litis tantũ. Bald. in l.cùm & minorem.in fi.C.si aduer.rem iud.

Sententia debet concipi cõtra minorem defensorem alterius. Bart.in l.exigendi.in ij.col.C.de procur.

Sententia inter uulgares debet pronunciari uerbis uulgaribus.Alex.in l.j.§.fi.de uerb.oblig.post Bald. in l.decreta.ibi allegat.in gloss.

Sententia super exceptione contingente negotium principale,ferri potest.no.per Bar.in l.ij.§.si publica.de adul. & Ale. in l.j.§.si in operis.de ope.no.nunc.

Sententia non præsumitur lata secundum consilium sapientis à statuto requisitum.s. Consilium sapientis.uer.vj.

Sententia ferenda secundum consilium sapientis, debet ferri eo aperto,alias est nulla. Bald.in l.j.in j.col.super gloss.ij.C. de senten.ex peri.reci. Quod uerum,si feratur à iudice,non si ab arbitratore. Bald.in d.l.j.in ult.col.uer. porrò puto. & ibi Ang.Lanfran.in c.quoniam contra.uer.sententia. Inno. in c. Quintauallis. in ij.col. de iureiur. Vide Pau. de Cast.& Petrũ de Sun.in l.si præses. C. de sent. & Pet.de Sun. in l.j. C.de relat. & per Bald. in l.j.in uersi. item est argumentum. C.si aduer.liber.& ibi Bart.in uersi.facit ad q.dicit,quòd nõ est condemnatoria sententia, quæ fertur secundum consilium,in quo concluditur esse condemnandum.secus,si consultor utitur uerbo, Cõdemnamus:uel secus,si dicit iudex, Condemnamus secundum consilium. & plenius per Alex. post Bald.& Ang.in l.j.§.si quis ita.de uerbo.oblig.quòd cõmunis opi. est, quòd dicta sententia ualeat, & intelligatur condemnatoria. Item uide Ludo.in l.j.de iud.& in rubr.de arbi.& Bart.in l.fundus.uersi.ultimo.& ibi Bar.ff.de rescin. uen.qui dicit ualere.Idem tenet Bald.in l.cùm iudex in uer. no. quòd hic But. C. de sent. Vide etiam Lanfr.in tracta.de arbi. vij. parte, xl.q. & Barth. Cæp.in c.j.vij. col. de cogni. feu. Et an dicatur conditionalis, Pau.de Cast. consi.xv.in- † cip.Pro clariori. † Et per Fel. uide ad materiã in c. cùm uenerabilis.de excep.xviij.col.]

Sententia secundum consilium habendum à consultore eligendo,an ualeat. Alex.in consi.clxxxiiij.ij.parte,ad fi.

Sententia

Sententia ferenda de consilio sapientis, si feratur sine eo, non ualet. Bart. in l.j.§.plures.vij.colum.in uersic.quartò quæro. ff. de exerci. plenius per Alexand. consi.lj. iiij. parte, & in l.j. de liberis & posthumis. But. & Imo. in cap.cùm olim.de arbi. Bald. in rubr. C. de exercito.& s̄. Consilium sapientis. uersic. iiij.

120 Sententia debet cōformari cum uerbis statuti, in quo fundatur, aliàs est nulla. Bal.sing.in l.qui se dicit.ff.de iudi.

Sententia super rei uendicatione pro actore, qui probauit ius suum, id est, dominium: non tamen probauit possessionem conuenti, formatur sic: Declaramus T. dominum talis rei, & reum absoluimus. Alex. post Bart. & post glo. in l.si à te. §.j.ff.de exce.rei iudi. Sed certè non dicit hoc, si bene inspiciatur. Bald.in consi. An non probata possessione.& Bar.in l.is. qui se.de rei uen. Bald.in rubr.ff.eod.tit. in ij.col.uersi. quæro hîc. & in l.j.in j.col.in uer. conclusio prima est. C.de aliena. iud.mu.causa fac. ubi allegat gloss. in d.l.si à te.§.j. & Bald.in l.cogi. C.de peti.hæred.in ult.col. ubi etiam allegat gloss.in d.§.j.doct.in c. Raynaldus.de testa. Angel. in l. non alias.de iudi. Pet.de Sun.in l.officium.de rei uendi.& s̄.Litigans.uersi.viij.Idem in petitione hæreditatis, in qua actor probat se hæredem, sed non probat reum possidere.d.l.si à te. in gloss. & tenet Bald.in l. licet.ff. de peti. hæreditatis. & Alex.in l.j. ff. de eden.adde j̄.eod. uer.ultimo. Si uerò actor non probat dominium, sed reus sic, forma est, quòd absoluatur reus, & declaretur dominus, & res ei adiudicetur. Abb. Sic. in c. cùm causa.in ij.col.de re iudi.no. in c.ex conquestione.de resti.spo. & in l.circa.de proba. Bald. & Alex.in l. sed & si possessori.in princip.de iureiur.Ioan.de Pra.in l.Papinianus.§.sed his.de procur. Adde no.in Spec.de interro. quæ fi.in iudi.ante lit. contesta.§.ij. uersic. sed qualiter. ubi ponit multas formas sententiarū in rei uendicatione.& per Alex.in l.j.§.in operis.de ope.nun. & per Bald. & Alex.in l. fi.de fideicom.lib. & in l.cùm Papinianus. C.de sen.& in l.j. per glo.Bart.& Bal. C. uti pos. Et adde, quòd talis sententia pro actore habet executionem contra reum absolutum, qui pòst incipiat possidere.d.l.si à te.§.j. quæ est sing.secundum Bart.ibi & Alex.in l.si constante.§. fi.sol.matri. & in l.naturaliter.§.nihil.commune.de acq.posses.& j̄. Sententiæ effectus.uersi.clxvj.

Sententia debet potius ferri secundum æquitatem, quàm secundum rigorem. in Spec. de offi.omnium iudi.§. deseruit. uer.in sententia quoq;.

Sententia non est præcipitanda.eod.tit.§. postremo. uersi.secundò uidendum. & j̄.eo.uer. post duos seq.& cle.iiij.§.deniq;.& ibi Card.de re iud.

Sententia antequam proferatur, nō debet per iudicem pandi. in Spe.de excep.§.iiij.uer.quid si reus.

Sententia de quibus debeat facere mentionē.in Spec.de instr. edi.§.fi.& de sen.§.v.per totum.

Sententia cū deliberatione ferri debet.in Spe. de requi.consi. uersi.quid si est.

Sententiæ interlocutoriæ uarias formas ponit Spec. de sen. §. ut autem. per totum.

Sententia qualiter feratur, quando diuersæ sequi possunt sententiæ ex facto resultante ex libello. in Spe. de libel.conceptio.§.nunc.uer.sed cùm.

Sententia quoq; non requirit expressionem in libello necessariam.eod.tit.§.iuxta.uer.item debet.

Sententia in iuramento in litem qualiter proferatur. in Spec. de iureiuran.uersi.ut autem.in iij.parte.

Sententia cùm petitum est unum excommunicari, qualiter feratur. in Spec. de obl. & sol. §. sequitur uidere. uersic. sed quo iure.

Sententia, Condemno te ad uiginti, nisi probaueris intra mēsem soluisse, ualet. Bald.in Spe.de sen.iij.col.Alex.in l.si arbiter.ff.de arbi.

Sententia pro actore possidente nō debet ferri in iudicio reali, quando reus non est conuictus, & actor probat de dominio, & possessione sua. Casus sing.secundum doct.in c.examinata. de iud. Lud.in l.naturaliter.§.nihil commune.pen. char.de acquir.poss.& Alex.in l.si à te.§.j.de excep.rei iud.

Sententia necessaria quando sit, uel non, uide j̄. eod. per totum.

Sententia non est necessaria in priuatione, quæ fit ipso iure, uel penitùs, uel omnino: ut plenè per Alex.in l.Imperator. ff.de iure fis.

Sententia rescissiua testamenti an requiratur.j̄.Testamentum nullum.uer.xxvj.quòd sic.

Sententia in notorijs requiritur. Bart.in l.emptorem.in prin. ff. de act. emp. per c. cùm sit Romana.§.j. de appel. Baldus in l.cùm fratrem. C. de his, qui.ut indig.in iij.col.uersic.sed dubitari consueuit, nisi delictum sit graue. cap. proposuit. & ibi Philip. Franch. de appel.uide s̄.uerb. Notarij processus.uer.pen.

Sententia requiritur, quando partes litigant in contradictorio iudicio: sed quando altera pars confitetur, requiritur præceptum, & non sententia. Bal.in authen.hoc amplius.j. col.in ij.oppo.C.de fideicom.

Sententiæ duæ requiruntur in actione de dolo, una condemnatoria ad restituendum, altera ad interesse, si non restituatur. Bar.in l.arbitro.in prin.ff.de dolo. Item in actione, quòd metus causa, ad pœnam. Bar.contra glo. & ibi Alex.in l.metum.§.licet.quod metus causa. Vide Bald.in l.Imperator.& ibi Alex.de iure fisci.

Sententia non requiritur in publicatione instrumenti, uel testium examinatorum, ad perpetuam rei memoriam. Bal. in l.publicati.j.col. in fi. C. de testa.ubi dicit sufficere interlocutoriam, quòd redigantur in publicam formam.

Sententia nō requiritur in causis, in quibus de plano proceditur, ut contra repertos de nocte, uel cum armis. Bart.in l.leuia.in ij.col.in uersi. quæro, quomodo debet intelligi.ff.de accu. Lanfr.in cle.sæpe.uer.de plano.de uerb.signifi.

Sententia in bonorum possessione non requiritur, quando cōtradictor non apparet, aliàs sic. Bald.in l.j.j.col. C. de bono. posses.secundum tabu.

Sententia super desertione appellationis an requiratur. s̄.uer. Desertio.uer.xij.& xiiij.

Sententia contra confessum an requiratur. Bald. in l.j. & in l. centum.§.fi. de confes.quòd sic declarando, ut ibi per eum. & s̄.Confessus.uer.xij. quòd sic in criminalibus.in Spec.de confessionibus.§.j.uer.pen.

Sententia ad interesse contra uenditorem non cauentē de euictione, ferri debet: sed an statim mereatur executionem. gl. & Bar.in l.ex empto.§. ex empto.distinguit, de act.emp.

Sententia super incidenti ferri debet, quando exceptio incidens opponitur ad processum: secus, si opponatur ad merita causæ, nisi iudex uelit, quia tunc potest. Bar.in l.j.ij.col.in uer. quæro tertio. C.de ordi.iudi.in l.à procedente.in secunda oppo.C.de dilatio.

Sententia priuationis an requiratur, quando quis renunciauit beneficio: secus, si ex delicto uel contumacia quis priuari debeat. Inn.in c.accepta.in uer.imò plus est.de resti. spol. Bal.in Marg. uer. sententia.v. col.uide Bald.in c.j. pen.col. uer.quæro, cùm ciuiliter.quib.mo.feu.amit.

Sententia interlocutoria quibus casibus requiratur. s̄.uer. Interlocutoria.per discursum.

Sententia diffinitiua dicitur ea, per quam partes à lite recedunt, & nō quando absoluitur pars ab instantia iudicij.l.dicere.& ibi Bar. in primo no.ff.de arbi.s̄.uer. Absolutio.uer.cxix. & per Card. in clem.sæpe.§.& quia.xv.no.de uerb.signi.& per Alex.in l. iij.de iurisd.om.iudi.& consi.50.ij.parte, j.colum. Item quæ diffinit principale negotium.gloss.in cle.j. de seque.poss.l.j. ff.de re iudi.

Sententia diffinitiua dicitur duobus modis. Bartol.in l.si cum exceptione. §. hoc autem.in j.colum. in fin. in uersic. item quæro. ff. quod metus causa. & ibi Alexand. uidelicet uno modo, quòd diffiniat controuersiam: secundo, in quantum requirat libellum, litis contestationem, & similia. & Butr.in rubr.de re iudi.

Sententiæ diffinitiuæ duæ in eadem causa an ferantur.j̄.uerb. Sententiæ plures.uer.xj.

Sententia diffinitiua dicitur declaratio dominij. Bald.in addi. Spe.de sen.uersi.sententia declaratoria.el ij.

Sententia diffinitiua dicitur, quæ lata est super reductione ad arbitrium boni uiri contra laudum. Bald. in l. fin. §. sed & si quis.j.col. uersi. secundò fuit quæsitum, C. communia de leg.

de leg. Item lata super possessorio. gloss. j. Bart. & Bald. in l. post sententiam. in ij. col. uer. quæro, an sententia. C. de sen. l. j. in uer. quæro, utrum sententia. C. si de mo. pos. & Bald. in l. j. in ij. col. in prin. ff. de iur. om. iud. Quod est uerum, quando principaliter agitur de possessorio: ut in casu l. si quis in tantam. C. unde ui. probatur in c. j. de re iudi. Sic debet intelligi d. glo. & dictum Bart. in d. l. j. & in l. post. & in c. accedens. ut lite non contest. Secus, si accessoriè ad petitorium: quia dicitur interlocutoria. gloss. in cle. j. Puto quòd uoluerit allegare in uer. diffinitiua, quæ non dicit hoc. de sequest. pos. & fru. & sic debet intelligi c. consultationibus. & c. cùm dilectus. de ord. cog. Vide in c. cùm uenissent. de Insti. Inno. in j. col. & But. in d. c. fi. & Bart. in l. ij. in ij. col. in uer. quæro. quæ est ratio. ff. de app. reci. & per Pau. de Cast. consi. ij. incip. Causa, quæ uertit. & per Car. in cle. j. ij. opp. de sequest. pos. & per Alex. in d. l. ij. & Moderni in rub. de re iud. Addo de hoc, quòd sententia super possessorio lata sit diffinitiua. not. per Modern. in rub. ff. de re iudi.

† Setẽtia diffinitiua probari potest per testes. Ita do. de Rota, deci. ccccix. in nouis.]

Sententia diffinitiua dicitur etiam pronuncia de mittendo in possessionem. gloss. & doct. in l. j. ff. de iurisdict. om. iud. Quod uerum, si ex secundo decreto, aliàs contrà. per gloss. in l. præsenti. de his, qui ad eccle. confu. Vide omnino Alex. in d. l. j.

Sententia diffinitiua esse potest, etiam super possessorio. not. Card. in cle. j. de seq. pos.

Sententia absolutoria, quia actor non probauit, dicitur diffinitiua. s. uerb. Absolutio.

Sententia de exequendo an dicatur diffinitiua. Ang. in l. quinta. de uerb. oblig.

10 Sententia diffinitiua, succedens loco banni, non transit ad hæredem, & est ad instar interlocutoriæ, nisi sit facta executio. Bal. in l. pen. x. col. in uer. quæro, dictum est superius. C. de condi. inser.

Sententia diffinitiua uenit appellatione sententiæ. s. uer. Sententia. el j. uer. xxj. Neq; fertur in processu summario. Ang. in l. iij. de iurisd. om. iud. & ibi Pau. de Castr. & ibi Alex. ubi infert ad statutum de diffinitiua, ut non habeat locum in illa. Et ꝙ iudex non teneatur sedere in sententia super causa summaria, uide omnino per Alex. consi. l. ij. parte, in j. col. & in pe. col. ubi dicit, quòd statutum de sententia habet locũ in interlocutoria, quando subest eadem, uel maior ratio, uel † in materia indifferenti. † Et per Fel. in rub. ex. de senten. & re iud.]

Sententia diffinitiua dicitur de cõseruando indemnem, & ualet etiam incerta. Bald. in addi. Spe. de sen. uer. sententia conseruationis.

Sententia declaratoria alterius non liquidè uidetur diffinitiua, si petita sit executio per libellum, non si de plano per iudicis officium. Bald. in addi. Spec. de sententia. uer. sententia declaratoria. el j.

Sententia imponens silentium dicitur diffinitiua. Bald. in addi. Spec. de senten. uer. impositio. Et per Fel. in rub. ex. de re iud. in pen. col.

Sententiæ diffinitiuæ materiam supple s. in uer. præcedenti. & j. per totum.

Sententia interlocutoria. De ea uide plenè s. uer. Interlocutoria. per totum. & j. per discursum.

Sententia præsumitur iusta, nisi cõtrarium probetur. l. Herennius. §. Caia. de euictio. l. Beblius. de pac. dota. l. ab ea. de proba. But. in c. sicut. pen. charta, de elect. c. bonæ. el j. & ibi Innoc. in pe. col. in gloss. in uersi. præsumitur. & doct. eod. tit. c. cùm inter. & c. consanguinei. & c. sicut. de re iud. Ioan. And. & doct. in c. in præsentia. de renuncia. Innoc. in c. quoniam contra, in ult. colu. in gloss. in uer. processu. & ibi per Anto. de But. & Lanfran. de proba. & Innoc. in c. quia plerique. in j. col. de immu. eccle. Ioan. de Imo. in l. ex hac. de dona. & in l. iiij. §. condemnatum. de re iud. Bartol. in l. acta. & Angel. in l. de unoquoque. ubi Ioan. de Imo. & l. si cùm nulla. per Ioan. de Imo. de re iud. & s. uerb. Præsumitur. uer. iiij. Fran. de Capi. list. in authen. si quis. de eden. Quod uerum, nisi sit appellatum. Compost. in d. c. in præsentia. Ioan. And. in d. c. in præsentia. Addo Inn. in d. c. bonę. in d. gl. in uerbo, præsumit. dũ dicit præsumi pro sententia, quæ transiuit in rem iudicatã. & Sicu. in c. causam, quæ. de re iudica. in ij. col. ad fi. Sed in c. causam, quæ. in d. ij. col. ad fi. & ibi doct. & do. Balio. de Perusi. dicit, quòd imò pro ea præsumitur, nisi iustificetur in causa appellationis. & j. eod. uer. ibi: item nisi appellatione, &c. Adde Panor. in c. cùm inter. in iij. col. uer. no. ultimò. de re iudi. ubi inquit, quòd sententia postquã transiuit in rem iudicatã, præsumitur quòd fuerit ritè & rectè lata. Item uerum, nisi in sententia excommunicationis, pro qua non prę sumitur. Inno. & Abb. in c. quoniam contra. in ult. col. in gl. in uer. processu. de proba. & Bald. in Marg. uer. Sententia v. col. Quod uerum, si ab ea est appellatum. glo. in d. c. dilectis. in uerbo, suspendendum. de appel. & secundum Innoc. in c. bonæ. el j. in pen. col. in uerbo, præsumitur. de elect. Sed do. Phi. no. text. & glo. in d. c. dilectis. in uerbo, suspendendum. ꝙ prę sumatur pro ea. & glo. in c. ad reprimendam. in uerbo, suspendatur. de offic. ordi. & Alex. contrà in §. duo fratres. xj. col. de uerb. oblig. sed nec pro processu excõmunicationis præsumitur, nisi quatenus constet. s. uerb. Præsumitur. uersi. xxxiiij. Item uerum, nisi in sententia, quæ non transiuit in rem iudicatam. glo. in d. c. quoniam contra. in uer. prę sumitur. & in d. c. in præsentia. per Ioan. And. & Inno. in d. c. bonæ. el j. in penul. col. in glo. in uerbo, præsumitur. Spec. de prola. sen. §. ut autem. uersi. & nota secundum quosdam. & §. fi. uersi. in summa. de instru. edit. §. restat. uer. in summa. ubi uide. & per Pau. de Cast. consi. iij. ubi plenius. Pro sententia uerò, quę transiuit in rem iudicatam, prę sumitur certitudo & rectitudo, ut sententia sufficiat, etiãsi acta nõ producantur. not. in c. cùm inter. & ibi doct. & Panor. in iij. col. uersi. nota ultimò. de re iudi. Abb. Sicu. in c. sicut. in ij. col. in uersi. ex his uerbis. eod. tit. ubi dicit pro ea præsumi, etiam quo ad iurisdictionẽ iudicis, si lata est parte præsente, & nõ reclamante. Inno. in d. c. bonæ. el j. in d. glo. in uer. præsumitur. Bened. Capra, in d. c. cùm inter. Quod uerũ, etiamsi sententia probeĩ per testes, nisi cõtra probetur, secundũ Sicu. in d. c. sicut. in j. col. in uersic. ex his uerbis. & omnino uide Rot. in decisi. ccciiij. si petatur. in nouis. & melius per Alex. consi. xxij. ij. parte. Item uerum, quòd pro ea præsumitur, quæ transiuit in rem iudicatam, etiamsi pendeat appellatio ab executione. Bald. in l. j. ij. col. in uersi. interdum pendente iudicio. C. de prohi. seque. pecu. Item uerũ, si pars sciuit, & de nullitate non dixit. Sicu. in d. c. quoniam contra. in xj. col. super gloss. ultima. per d. c. cùm inter. & Lud. Pon. in l. sciendum. de uerb. oblig. Item nisi appellatione pendente, quia pro sententia non præsumitur, nisi iustificetur. glo. in uersi. locupletem. & Bal. in l. j. in j. col. in uer. quarti dicunt. C. si aduer. credi. Bald. in l. si præses. in j. q. C. quomodo & quando iud. ubi loquitur in decreto. Contrariũ no. in c. causam, quæ. de re iud. & Alex. plenè, in l. sciendũ. de uer. oblig. & s. eo. circa prin. & contrarium no. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel. & ibi doct. & Bart. quòd appellans succumbit, nisi probet appellationem iustam, quasi pro sententia prę sumatur. & s. uer. Appellãs. uer. vj. & xij. & uer. lxxxvij. & lxxxix. & tenet Spe. de expen. §. nunc uidendum. uersi. quid de appellato. quod etiamsi est appellatum, pro sententia præsumitur. Alex. contrà in d. §. Caia. & j. uerb. Appellationis effectus. per Alex. in l. sciendum. de uer. oblig. & in l. qui Romę. §. duo fratres. xj. col. eod. tit. quòd appellanti non incumbit onus ꝓbandi de iniquitate sentẽtię. † Et adde Fel. in c. quoniam contra. de proba. in col. xj.] Item præsumitur pro sententia in causa matrimoniali, licet in rẽ iudicatam non transeat, nisi probetur cõtrarium. c. consanguinei. & ibi doct. & Host. de re iudi. Vnde secundum Io. And. ibi, probare debet iniustam eam is, qui allegat. Item nisi pro sententia delegati, pro qua non præsumitur, nisi cõstet de eius iurisdictione, nisi lata sit partibus præsentibus, & non reclamantibus. Inn. in c. cùm in iure. in gl. in uerbo, de mandato. & ibi But. de offi. deleg. Inno. in c. innotuit. de eo, qui furt. ord. susce. & tenet Abb. in d. c. sicut. Item nisi quo ad acta, licet quo ad æquitatẽ præsumatur. Inn. in d. c. cùm in iure. in gl. in uersi. de mandato. & in d. c. quoniã contra. in ult. col. in gl. in uerbo, processu. sed etiam quo ad acta prę sumitur pro ea lata, parte præsente,

præſente, & non contradicente, licet de actis non conſtet, ſecundum Innoc. in dicto c. quoniam contra. in d. gloſſ. in uerſi. proceſſu. & Bald. in Marga. uerb. Sententia. v. colum. Item pro ſententia antiqua præſumitur, etiam quo ad acta, licet non conſtet de eis. Innoc. in c. cùm in iure. in gloſſ. in uerbo, de mandato. Bart. in l. admonendi. xij. col. in uerſic. quæro quid ſi reperiuntur. de iureiuran. Bald. in l. emancipatione. in uerſi. ulterius quæro. C. de fide inſtru. Pau. conſi. iij. & Inſti. de fideiuſ. §. fi. & Sicu. in c. cùm inter. in iij. col. in uerſi. nota ultimò. de re iudi. & Inno. in c. bonę. de elect. & ſ. Dicitur autem ſententia antiqua poſt biennium. Hoſt. in d. c. cùm inter. & Bald. in c. j. iiij. col. in uerſi. quæro, ſi apparet. de mil. uaſal. qui contu. eſt. ubi allegat Ioan. Andr. in cap. in præſentia. de renun. in Nouella. & Abb. in c. quoniam contra. xiij. de proba. & Bald. in l. j. quando prouo. non eſt neceſ. & Alexan. in l. illud. quando appel. ſit. ubi dicit tunc poſſe peti executionem ſententiæ, etiam non productis actis. Addo do. Iaſon. May. in ſua aurea repetitio. l. admonendi. in clxxiij. col. ff. de iureiur. Idem ſi eſt confirmata ſententia per papam: quia pro ea, pręſumitur, etiam quo ad acta. Ioan. de Imo. in c. ea, quæ. de re iudi. Item præſumitur pro interlocutoria, & pro arbitrio iudicantis. Bald. in authen. ſi quis. C. de teſtibus. credo quòd fortè uoluit allegare. in ij. col. ſed nihil facit ad propoſitum. Item pro laudo. ſ. uerb. Laudum. uerſi. xiiij. Item pro ſententia iudicis dati de conſenſu partium, præſumitur efficacius. Sicu. in d. c. cauſam, quæ. in ult. no. de re iudi. Item ſi tranſiuit in rem iudicatam, facit ius inter partes, quod non eſt intra tempora appellandi. d. c. cùm inter. & ibi doct. & eſt præciſè executioni mandata. ĩ. uerb. Sententiæ executio. uer. xij. & in uerſi. xiij. Item non præſumitur pro ſententia iudicis incompetentis. Bal. & Alex. in l. cùm ſeruus. de condi. ob cauſam. in fi. Item præſumitur pro ea. etiamſi cõtra eam ſit petita reſtitutio, uel nullitas. ſ. Appellationis effectus. uerſi. xxxiiij.

* Sententiam iuſtam & rectam præſumi, tradit etiam Ioan. Cephal. conſi. cclxiiij. nume. 17. uol. ij. adducit. tex. in l. iij. ff. de minori. in l. quoties. ff. de reb. dubi. Æmilius Maria Manoleſſus.

Sententia an præſumatur ſolenniter lata doct. & Ioan. de Por. in l. ſciendum. de uerb. oblig. Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. in j. col. ff. de offi. procon. & lega. Cy. in l. emancipatione. C. de fide inſtr. Bal. in Marg. uer. Sententia. iiij. col. & ĩ. eod. uer. vj. & ſ. eod. uer. j.

Sententia præſumitur lata ex cauſa leuiori, non infamatoria, quando ex pluribus cauſis ferri potuit. gloſſ. ſing. in l. hæc enim. de ſuſpec. tuto.

Sententia præſumitur lata cauſa cognita, ſi lata eſt poſt litem conteſtatam. Bart. in l. prolatam. iij. col. uerſi. quæro, iuxta prædicta. C. de ſenten. ubi uide.

Sententia præſumitur lata contra abſentem ex contumacia. ĩ. uerb. Sententia contra abſentem. uerſi. xix.

Sententia præſentibus partibus, & non contradicentibus lata, præſumitur ſolennis, prout in ea dicitur, lite conteſtata, examinatis teſtibus, &c. doct. & Bart. in l. j. uer. ulterius not. & ibidem per Pet. de Sun. C. de rela. Ang. in authen. ut ſpon. larg. §. & hoc inſuper. Bald. in Marg. uerſi. Sententia. v. col. & in addi. Spec. de appel. uer. & quando. & ſ. eod. uer. ij. & ſ. uer. Clauſula ſententiarũ. uer. uiſo libello. Inno. in c. quoniam contra. in ult. col. in glo. in uerbo, proceſſu. de proba. Bart. in l. fi. ff. quando app. ſit. & in l. cùm oſtendimus. §. fin. de fideiuſ. tuto. ſed nihil ad propoſitum: ſolùm dicit, quòd ſi quis fuit accuſatus, & unus eſt præſens, & ſcribit pro fideiuſſore, nec contradicit, quod obligatur.

Sententia in cauſa reductionis præſumitur lata, probando ex eo quòd petens reductionem nõ probauerit. Raph. & Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uerb. oblig.

Sententia pręſumitur lata abſolutoria, quia non ſit probatum. Bart. in l. duobus. §. à fideiuſſore. de iureiuran. Addo Bart. in l. ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. & in l. Iulianus uerum debitorem. ff. de condi. indeb. & in l. j. §. hoc relatiuum. ff. ui bo. raptorum.

Sententia præſumitur habere executionem paratam. Bald. in l. j. j. q. C. de execu. rei iudi.

10 Sententia præſumitur ſcripta talis, qualis eſt lecta. Bal. in l. fi. C. de re iudi. in iij. col. uer. quæro, qualiter. & ſuprà in uer. Sententia qualiter. uerſic. xciiij. Et Bal. in c. quæcunque. de Publiciana.

Sententiæ præſumptio quantum operetur. Bald. in l. conſtitutiones. C. de appellationibus.

Sententia an præſumatur lata præſentibus partib. Bal. in addi. Spe. de ſen. uerſi. ubi apparet, quòd ſic. Item,

Sententia præſumitur lata contra præſentem, uel legitimè citatum, ſi non eſt appellatum. in Spec. de prola. ſenten. §. ut autem. uer. & no. & ibi Ioan. And. in addi. & Sic. in c. tenor. in iij. col. in fi. uer. extra glo. quæritur. de re iudi.

Sententia confirmata præſumitur iuſta & ſolennis. infrà uerbo, Sententia confirmatur. uerſi. pen. Idem in confirmante. ibidem.

Sententia quomodo probetur per teſtes. ĩ. Teſtes deponunt. uerſic. xxxj.

Sententia præſumitur lata ex cauſa, de qua patet in actis. glo. fi. in c. ſi confirmationem. de elect. in vj. Alex. in l. ij. in princ. qđ quiſq; iur. per l. hoc enim. in prin. de ſuſpec. tut. & Alex. in l. creditore. in prin. de in litem iuran. no. in l. ſi quis ad exhibendum. de excep. rei iudi. & ibi Alex. Adde Bal. in l. ij. de manu. uind. ſed abſolutoria, ex qua cauſa lata præſumitur. ſ. uerb. Abſolutoria.

Sententia licet habeat per ſe præſumptionem, tamen poteſt dominus probare dolum, uel culpã procuratoris, pro quo lata eſt. Bal. in l. inuitus. C. de procu. & Alex. in l. Herennius. §. Caia. de euictio.

Sententia ſine libello uel eius tenore, ualet, etiamſi de uſu debeat inſeri. ſ. uerb. Sententia qualiter. uerſi. xlj.

Sententia ualet, etiam quo ad unum non nominatum in libello abſolutum. Sal. & Frane. de Are. in conſi. An ſententia ſit nulla, &c.

Sententia principis ſine libello ualet. Ioan. de Imo. in c. cùm ueniſſent. de inſti. & in Spec. de lit. conteſt. §. j. uer. pen. ubi dicit, quòd

Sententia ſine libello, etiam de conſenſu partium ferri non poteſt. Hoſtien. & Ioan. And. in c. j. de lib. obla. per glo. in c. fi. de re iudi. Alex. in l. ius publicum. de pact.

Sententia ſine libello ferri non poteſt, niſi à papa. per Spec. de lib. concep. §. nunc uidendum. uerſi. xxij.

Sententia diffinitiua in cauſa ferri poteſt, licet libellus non offeratur. glo. in l. ſi quis. in uerbo, finiatur. C. finium regund.

Sententia ſuper libello iepto, uel calumnioſo, non emendato, eſt nulla ipſo iure. Bart. & Bald. in l. edita. xij. col. C. de eden. c. cùm dilecti. de emp. & uend. & ibi Abb. & probatur in l. fin. uerſi. nihil agit. de liberis & poſthu. & in l. niſi. uer. nihil conſumitur. de tu. & ratio. di. & ibi Bal. not. in l. licet. de procur. & in l. fideiuſſor. uerſi. fruſtrà. de nego. geſt. Bald. in l. actori. ad fi. uer. quæro, nunquid. C. de iureiur. ubi etiã dicit, quòd non parit actionem in factum. & ſ. uer. Proceſſus. uer. xxij. & in l. ex hoc iure. de iuſt. & iur. & Ant. de But. in c. examinata. de iud. & gloſſ. no. Inſt. de obli. in prin. Cy. in l. j. C. ut quæ deſunt aduo. & Bald. in l. ex hoc iure. de iuſti. & iure. & in l. fi. eod. tit. quod fallit, quando in cauſa non requirebatur libellus, & tamen fuit productus ineptus, quia talis non uitiat, ſecundum Alex. in l. uinũ. ad fi. ff. ſi cer. pet. poſt glo. ibi.

† Vide Fel. in c. cùm ordinem. de reſcrip.]

Sentẽtia lata ſuper inepto libello pro actore debet caſſari per iudicem appellationis. Bald. in l. ij. x. col. in xiiij. q. C. de reſcin. uen. per c. cùm dilecti. de emptio. & uen.

Sententia ſuper libello nullo quandoq; ualet. Bal. in l. fin. in j. col. in uer. item quæro. C. de fideicom. liber.

Sententia ſuper libello tacitè inepto, ualet. Bald. in l. certa. C. quando prouo. non eſt neceſ. per l. poſthumus. in princ. ſecundum Alex. ibi poſt Bar. ff. de inoff. teſt.

Sententia ſuper inepto libello ferri non poteſt, etiamſi apta probatio ſuffragetur. in Spec. de of. iud. §. deſeruit. uer. quid ſi libellus. & Bald. in l. ij. x. colu. in xiiij. q. C. de reſcin. uen. Quod uerum, etiamſi pars non opponat ineptitudinem. Bal. in l. edita. xij. col. de eden.

Sententia ſuper libello inepto reſpuendo eſt interlocutoria. ſ. uerb. Interlocutoria. el j. uer. xv.

Sententia contra contumacem super inepto libello non ualet. Bald. in addi. Spe. uer. de consue. in tit. de accusatore. & in l. certi condictio. si cer. pet. & Alex. in l. absentem. de pœnis. Sed Alex. in l. senatus. de iure fisci. dicit ualere sententiam super libello inepto: quia in criminalibus non requiritur libellus, uel conclusio eius.

Sententia super libello continente expressum iuris errorem, an ualeat. Bald. in l. ij. in prin. C. de re iud. quòd non

Sententia super libello inepto, & iuri contrario, est nulla, sicut si libellus est præter legem, non si contra legem. Bald. in addi. Spe. de sen. uer. quòd si libellus.

Sententiæ super inepto libello latæ materiam supple s̄. uerb. Libellus ineptus. per totum.

Sententia super inepto libello debet continere causam ineptitudinis. j̄. uer. Sententia cū causa. uer. vij. post medium. ibi, item nisi sententia feratur super libello inepto. Dic quòd in casibus, in quibus non potest fieri missio ex primo decreto: ut si peto me liberari ab obligatione, uel in causa liberali, uel status, potest perueniri ad sententiam lite nō contestata cōtra contumacem. Bal. in l. j. in fi. C. de testa. & ibi Salic. & omnino Alexan. in l. si finita. §. Iulianus. uersi. causa. de dam. infecto.

Sententia sine litis contestatione quibus casibus ualeat. uide s̄. uerb. Litis contestatio in quibus causis. uersic. iij. iiij. vj. cum vij. seq. xv. & seq. & per discursum.

Sententia sine citatione partis, cuius interest, ferri non debet, aliàs est nulla. l. de unoquoq;. de re iud. l. nam ita diuus. de adop. Innoc. in c. dudum. el ij. in ij. col. in gloss. in uer. partibus. de elect. & plenius in clem. ij. §. deniq;. per Card. in j. opp. de re iud. ubi ponit, an sit nulla, uel rescindenda per appellationem, nisi præcesserit monitio iudicis. suprà, uerb. Monitio. uersi. x. Item nisi per papam contrà tenentem terras ecclesiæ, secundum Bald. in prælud. feu. xij. colum. in j. diuisione feudorum, in uer. potest etiam papa. Reliquos casus supple suprà uerb. Citatio requiritur. & uerb. Citatio ad sententiam. per totum. & s̄. uerbo, Interlocutoria quando ualeat. per discursum.

Sententia contra non legitimè citatum est nulla. Rota in deci. cccccxxix. sed pone. in nouis. etiam in causa matrimoniali. Host. Ioan. And. in c. tenor. de re iudi. Quod uerū, nisi pars citata nulliter sit præsens, & comparuit. glo. & Alex. in l. j. ff. de fer. & in consi. cxxiij. ij. parte, quia citatio non ualidatur per comparitionem.

Sententia sine citatione ualet contra appellantem ante diffinitiuam post litem contestatam, scilicet ab interlocutoria. not. in clem. j. & ibi Card. in iiij. not. & in ij. oppo. de dolo & contu. in c. eum qui. eod. titu. in vj. & plenius in d. clem. iiij. oppo. & s̄. Appellatio ab interlocutoria. & uerb. Appellans.

Sententia ualet in captum extra territoriū. Bal. in l. pe. xv. col. C. de excep. rei iud. & Alex. in l. si. ff. de iur. om. iudi.

Sententia contra actorem est nulla, si citatio rei fuit nulla. Bal. in l. properandum. §. & si quidem. C. de iud. & Alex. in l. accusaturus. de adulterijs.

Sententia sine citatione speciali an & quando ualeat, præcedente citatione generali ad causam. s̄. Citatio generalis. uersi. iij. ubi plenè. & omnino per Alex. in l. statuliberos. §. Stichus. de statuliber.

Sententia per principem ferri debet parte citata. arg. l. fin. secundum Rapha. post Bald. C. de legi. & And. Barba. consi. Scripsit, & c. xiiij. col. post consi. Alexan. ciij. iiij. parte, & j̄. Sententia principis.

Sententia contra tutorem dilapidatorem bonorum pupilli, etiam non citatum, ferri potest, sicut etiam contra prælatū dilapidantem bona ecclesiæ. c. ueritatis. de dolo & contu. l. ij. C. ubi de cri. agi opor. Inn. in c. cùm ex officij. de præscri. Caue, quia licet ibi ad finem aliquid dicat de sententia, tamen nihil facit ad propositum istud. Ludo. in sing. uer. sententia diffinitiua. & l. non solùm. §. fin. & ibi Bartol. ff. de procur.

Sententia contra absentem non citatum ferri non potest. l. furioso. & l. quæsitum. de re iud. per Bart. in l. ij. C. quomodo & quando iudex. ubi etiam Bald. nisi in casu l. quamuis. C. de adulte. & j̄. Itē nisi in causa suspecti tutoris ciuiliter mota, scilicet ad remotionem. s̄. prox. uer. & no. in auth. si omnes. si ut se ab hęre. absti. Addo de hoc, an & qñ sentētia possit ferri absente parte, no. in l. & post. in gl. ij. iij. & iiij. & in l. si prętor. in glo. j. ff. de iud. & no. in l. properandū. in §. si quidem. & in §. fin autem reus. glo. in uerbo, contradictionem. C. de iu. & ibi Cy. in iij. q. glo. in uerbo, quod locum. C. quomodo & quando iudex. cum simili. Addo etiam unum, q.

10 Sententia non requirit citationem, quando statutus esset terminus, in quo deberet ferri. Ita Bald. in c. j. §. sancimus. quo temp. miles. & in auth. ei, qui. C. de temp. app. & Pau. de Cast. in l. admonendi. ff. de iureiur.

Sententia contra pupillum dominum instantiæ non citatum an ualeat citato tutore. s̄. uer. Citatio minoris. uer. pen.

Sententia absolutoria ab excommunicatione ualet, etiam sine citatione. s̄. uer. Citatio requiritur. uer. cxxj. Addo s̄. in uer. Absolutio. uer. xxxj. & uer. lxxxiij.

Sententia contra accusatorem absolutoria accusati, non citato procuratore fisci, an ualeat. suprà, uerb. Accusatus. uersi. viij. & s̄. Procurator fisci. uersi. iij. Item ualet, non citato etiā in sententia in causa appellationis. Bart. & Alex. in l. j. §. fin. ad Turpi.

Sententia lata alia die, quàm pro qua fuit acta citatio, non ualet. s̄. uerb. Sententia quando. uer. xviij.

Sententia an noceat tertio non citato, j̄. uerb. Sententiæ effectus. uersi. xvij.

Sententia lata contra absentem citatum super iudicio agitato cum procuratore, non ualet. Bart. in l. furioso, in j. col. uersi. quæro extrà gloss. de re iudi. & in l. mutari. ad fin. ff. de procura. & in l. j. in ij. col. in uer. modò procedo. C. de sen. Bald. in l. procuratoribus. uersic. sed hìc quæritur. C. de procu. & in l. si quando. in pen. col. in uersi. septimò quæro. C. de test. Addo etiam, quòd dixit eleganter Bald. in l. nihil. C. de procur. ex quo habebis limitationem ad l. j. C. de sent. uide glo. & Bart. in d. l. nihil.

Sententia contra regem non ualet, nisi citato eius filio pro interesse suo, qui habet ius in regno. Old. consi. xciiij. quod incipit, Magister ordinis.

Sententia contra dominum, & procuratorem absentes citatos, ualet. Bald. in d. l. procuratoribus. C. de procur.

Sententia contra citatum per edicta non ualet, s̄. Citatio per edictum. uersi. vj.

20 Sententia in notorijs ferri potest sine citatione partis, secundum Inn. in c. quanto. de transla. præla. & Bal. in Marg. uerb. Monitio. uersi. iij. & uerb. Sententia. vj. col. & in addi. Spec. de noto. cri. uer. in notorijs. & s̄. uerb. Notorij processus. uer. v. & uerb. Citatio requiritur. uer. lix. & per Inno. in c. tua. in j. col. super gloss. in uerb. Notorium. de cohabi. cleri. & mulie. Ioan. And. in c. ad nostram. el ij. de iureiur. & in c. cùm sit Romana. de appel. & Pet. de Sun. in l. ciues. de appel. Sed Bald. contrà in l. cùm fratrem. in fi. col. in princ. uer. dubitari consueuit. C. de his, qui. ut indig. & j̄. eodem uersi. xxij. & xxix.

Sententia contra accusatum præsentem, accusatore non citato, ualet. l. quamuis. la j. C. de adul. Bald. in l. ea, quæ. in ij. col. in fin. in uersi. quæro, nunquid in causa. C. quomodo & quando iu. & Bald. in addi. Spe. de accu. uer. etiam absente. Sed Bart. contra in l. properandum. §. fin autem reus. & ibi Bald. C. de iudi. quod non ualet pro absente non contumace: imò non ualet etiam pro absente non citato legitimè: in glo. in d. l. ea, quæ. in uerbo, per contumaciam. & ibi doct. & Barto. in l. furioso. & in l. quæsitum. de re iud. sed pro absente citato solenniter sic. d. l. properandum. §. j. & l. & post edictum. de iud. Per principem uerò ferri potest pro absente, non citato. Bald. in l. ne causas. in uersi. fuit antiquitùs q. C. de appel. Quod uerum, si est lata contra subditum, aliàs non. cle. pastoralis. de re iud. Sed Bald. contrà in l. j. in j. col. in fi. in uer. sed hìc quæritur, quomodo & quando iudex. & in l. si imperialis. paulo post prin. in uer. est & aliud speciale. C. de legi. Vide Ang. in l. omnium. C. de testi. & Lud. in l. j. ff. de arbit. facit gloss. in l. is, qui Reipubli. in uersi. passurus. ff. ex quibus cau. maior. Quid autem in sententia arbitri. infrà uerbo, Sententia arbitri. Caue, quia ibi nihil de hoc:

Ideo

Ideo addo s̄.in uer. Arbiter. uersi. xxxix. quòd sic, nisi in casu uer. ibidem. lxxv. & lxxxij. Addo etiam, quòd in sententia arbitratoris non requiritur citatio. s̄. Arbitrator. uers. iiij. Vide j̄. Sententia absentibus. uer. xliij. ubi sententia arbitratoris non potest ferri absentibus partibus.

Sententia contra absentem non legitimè citatum ferri non potest, sicut nec contra non citatum. Bal. in d. l. cùm fratrem. in ult. col. in prin. in uer. dubitari consueuit. C. de his, qui. ut indi. ubi dicit uerum, etiam super notorio. & s̄. eod. uersi. xx. Innoc. in cap. præsenti. in gl. in uer. impunè. de rescript. in c. querelam. circa fi. de proc. Bal. in Marg. Citatio. uersi. j.

Sententia arbitri sine citatione an ualeat. j̄. Sententia arbitri.

Sententia post diem citationis, & sequentem, ferri non potest contra contumacem, sine noua citatione. Anton. de Butr. & doct. in c. cùm dilecti. de dolo & contuma. & Bart. in l. fi. §. fi. quod ui, aut clàm. & in l. aut qui aliter. §. j. eo. tit. Bal. in l. j. iij. col. C. quando prouoc. & Alexand. in l. si finita. §. Iulianus. v. char. in fi. de dam. infect. contra Bald. in l. cùm non ex eo die. & ibi per Salic. C. quando prouoca. ubi Bald. dicit sic consuluisse.

Sententia contra dominum citatum ualet, si procurator citandus non fuit repertus. Bal. in l. j. in j. col. magna, in fin. in uer. sed pone. C. de sent. Bal. in l. liberto. §. fi. de neg. gest.

Sententia super appellatione admittenda, uel reijcienda, an ualeat, parte non citata. Bal. in Mar. uer. Cognitio. uer. antepe.

Sericũ uenit appellatione lanæ. sup. uerbo, Lana. uer. iiij. Addo etiam, quòd appellatione feudati. gl. in cle. j. de statu monach. in uerbo, Feudatum. & ibi etiam do. Abbas.

Sermo generalis an cõprehendat personã loquentis. sup. uer. Generalis. uer. xxxiij. † & uer. Persona. uer. j. † Vide Bal. in consi. ccclxv. in secunda parte. & dicitur Græcè λόγος.]

Sermone non est quis capiendus. in Sp. de posi. §. vij. uer. xvij.

Sermo simplex debet intelligi de prima uice. l. & licet. & ibi Bart. ff. de iure dot. l. dotis. & l. si sponsalibus. eo. ti. l. bonæ. §. † hoc sermone. de uerb. signi. † Vide Feli. in c. ij. de treu. & pa. in j. col. ibi, tenet etiam.]

Sermo debet intelligi secundum conditionẽ personę, ad quam dirigitur. l. ex militari. in prin. & ibi Bart. de testa. mil. l. plenum. §. equitij. ff. de usu. & hab. Dyn. in regu. ea quæ. de regu. iuris. in vj.

Sermo improprius quando permittatur. Bald. in l. fi. xiij. q. C. de hære. insti.

† Sermo simplex an uerificetur in prima uice, uide latè & pulchrè Feli. in c. fi. in ij. co. uer. tene etiã mẽti. de treu. & pace.]

Sermo per simoniam non est prohibitus. in cle. j. §. nos. secundum Car. ibi. xxv. no. de iureiur.

Sermo uulgaris attenditur. cle. j. §. fanè. & ibi gloss. & Cardin. de hæreti.

Sermo manifestat animi qualitatem. l. is qui. §. diuus. ff. de tut. & cu. da. ab his.

Sermo debet in effectu significare quod sonat in uerbis. in authen. sed hodie. & ibi Bal. C. de iure aur. annu.

Sermo præsens, uel præteritus, non uertitur in futurum. l. ex his. & ibi Bal. in prin. C. de testa. mil.

Sermo qui non potest sanè intelligi, non ualet. Bal. in l. fi. ij. co. in prin. in uer. nota sermonem. C. de hær. insti. & ibi plenius. in xix. oppo. ubi dicit, quòd tunc debet impropriari.

* Sermo uniuersalis, ut nostri dicunt, & generalis ab homine prolatus, nullam restrictionem admittit. Iason in prælud. Feud. colum. xvij. Io. Ceph. consi. cxcix. nu. xxiiij. uol. ij. Aemilius Maria Manolessus.

Serò an dicatur nox. per Bart. in l. Titius. §. Lucius. de libe. & posthu. & ibi Alex. de Imo. in pen. col. cum concor. ibidẽ per eum signatis. & s. uer. Nox. uer. vij. & x. quòd non.

Serpens astutus est, & eius astutia est habenda, sicut & columbæ simplicitas. in Spec. de aduo. §. vij. uer. item habeat.

Seruabilia non dicuntur, quæ per triennium consumuntur sui natura: id est quæ finiuntur ante triennium. gl. no. in l. j. C. si aduer. usuca. & in l. pe. C. in quibus causis in integ. resti. non est neces. & Alex. in l. interdictum. in princ. in addi. de condi. inde. Item pecunia. sup. uer. Pecunia. uersi. j.

Seruitus est ius quoddam prædio inhærens, ipsius utilitatem respiciens, & alterius libertatem, seu ius diminuens. Bar. in l. j. in j. col. in uer. quæro ergo, quid est seruitus. ff. de serui. & dicitur prædio deberi. Alex. post Bart. in l. j. si ser. uen. Sed an seruitus possideatur per prædium. Bal. in l. ij. iiij. col. C. de ser.

† Adde, quòd seruitus est duplex, scilicet spiritualis, & corporalis. in cap. cùm redemptor. xij. quæst. ij. & dicitur Græcè δουλεία.]

Seruitutis species est, esse sub iurisdictione alterius. Bald. in l. cùm seruum. in fin. C. de ser. fugit. per l. si cuius. §. si autem. ff. de usufru. leg.

Seruitutis appellatione in contractu uenit actiua, non passiua. l. si arborem. §. hæc lex. & ibi Flo. de seruit. urb. præd.

Seruitus est incorporalis, & dicitur quædam qualitas corpori accedens. Bar. in l. seruitutes. la grande. ff. de serui.

Seruitutes sunt de iure ciuili. Bar. in l. ex hoc iure. in fi. ff. de iusti. & iur. Sed Bal. in auth. nisi tricennale. in uer. item seruitutes. C. de bo. mater. dicit esse de iure gentium.

Seruitus non computatur in bonis. glo. in uer. ex bonis. & do. in l. j. ff. de usufru. leg. Bar. in l. pe. C. si res alie. pig. da. sit. sed imò computatur inter immobilia. Bald. in l. ij. ij. col. in uer. sextò oppo. C. de serui.

Seruitutes sunt indiuiduæ, & transeũt in hæredes in solidum actiuè, & passiuè. l. uiæ. & ibi Bart. ff. de seruit. Vide Bar. in l. ij. §. ex his. in iij. col. in fin. in uer. uenio ad uer. & ideo. ff. de uer. oblig. & in l. stipulationes non diuiduntur. eod. tit. l. pro parte. per Bart. de serui. & in l. cùm filius. in prin.

Seruitus habitationis est indiuidua. s. Habitatio. uer. xxxiij.

Seruitus durat tota pro parte, ut ibi: & l. si eo. §. j. si serui. uendi. quòd

Seruitus tota retinetur per usum partis: ut ibi. & l. j. in prin. & ibi Bar. ff. quemad. serui. amit. Item,

Seruitus est tota in toto, & tota in qualibet parte totius: quia totam rem afficit, sicut anima se habet in corpore. l. si cui. & ibi Bar. ff. de serui. l. certo. §. totus. ff. de serui. rusti. præd. & l. uia. §. fi. eo. tit. & in Spe. de feud. §. quoniam. uersi. xxxiiij. & Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. de uer. obli.

Seruitutes tot dicuntur, quot sunt prædia dominantia. Bar. in l. ædes. in prin. ff. de serui. urba. prædi. nõ quot sunt seruientia. l. una. & per Bart. de serui. rust. prædi.

Seruitus aquæductus an sit diuisibilis. infrà, Seruitus aquæ. uersi. ij.

Seruitus precario nomine concessa, cuius sit naturæ. Barto. in l. quod meo. in iij. colum. in uer. sed quid si concedo. ff. de acquiren. posses. iste uer. ponitur infrà uerbo, Seruitus constituitur. uer. l viij.

Seruitus est personalis, ut possit quis fructus decerpere ex tali arbore. Bar. in l. ut pomum. in fi. prin. ff. de ser. Et sic potest agi contra quemlibet possessorem: secus, si esset obligatio personalis: ut ibi, qui tenet, quòd sit obligatio. in l. iij. iiij. q. uer. item dubitatur. C. de pig. Vnde

Seruitus est aliud, quàm personalis obligatio, ut suprà in Spe. de emptio. & uend. §. j. uer. sed pone.

Seruitus dicitur obligatio ad aliquid annuum in signum subiectionis, uel fidelitatis. sup. uer. Quasi.

Seruitutis ius dicitur extra rẽ. l. Mæuius. §. fundo. per gl. & ibi Bart. de leg. ij. & Alexand. in l. stipulatio ista. §. si quis fortè. de uerb. oblig.

Seruitus in fundo dominante est ius, non in seruiente. Bart. in l. Mæuius. §. fundo. in fi. de leg. ij.

Seruitus non potest deberi, nisi à prædio. l. j. & ibi Bart. ff. communia prædiorum.

Seruitus non potest imponi futuro ædificio: sed bene obligatur promittens ad illam constituendam, quando erit perfectum. Ita uoluit gl. in l. si seruitus. §. futuro. ff. de seruitu. urb. prædio. & in c. ad dissoluendum. de despons. impub. ubi glo. notabilis.

Seruitus non accedit iuri utendi, uel iuri usufructus. l. j. de usufru. leg. Bar. in l. ei, qui. in fi. ff. de serui.

Seruitutem debens cogitur pati, & nõ potest agere. l. quoties. la j. §. seruitutem. & ibi Bart. ff. de serui.

Seruitus communis constitui potest, quæ sit utilis prædio dominanti. glo. & Bart. in l. in tradendis. in princip. ff. communia prædi.

Seruitutis quasi possessio facit præsumi dominium in re. Bal. in l. cùm res. in fi. C. de proba.

Seruitus seruitutis est impossibilis, & non inuenitur de iure. Bal. in l. si uxorem in fin. C. de condi. inser.

Seruitus innominata est, quando ex fundo tuo debetur mihi certum quid annuum. Bal. in d. l. pe. C. de cõdi. inser. iij. col. magna. in fin. uersi. item si debeas. Adde gl. in l. j. de ser. rusti. prædi. & Bald. in rubr. C. de usufru.

Seruitus dicitur ius coquendi panem in furno alieno. Bald. in d. l. pe. iij. col. in fin. in d. uersi. item si debeas. Item,

† Seruitus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ: uide de his

Cæp.in tract.ferui.rusti.c.incip.Istæ duę.& aliquid in tract. urba.c.incip.Secunda diuisio.

Seruitus dicitur ius transeundi per certam locum sine solutione gabellæ,uel pedagij.Bald.ibidem, in iiij. col. in uer. item seruitus est.

Seruitus morti æquiparatur de iure ciuili. l. quod attinet. & l. seruitutem.de reg.iuris.Barto.in l.si ex causa.§.Papinianus. de mino.& in Spec.de iur.om.iu.uersi.sed quid de causa.

Seruitutis species est interdictio.in Spec.de causa pos. & proprie.§.j.in domini col.

Seruitutes non possidentur,sed quasi possidentur.in Spec. de emp.& uen.§.j.uer.primo autem.Addo Bar. in l.seruitutes. la grande.in j.oppo.ff.de seruitu.

Seruitus non uerè dicitur in emphyteuta,uel usufructuario.in Spe.de loca.§.vj.uer.cxxx.

Seruitus est religio.in Spe.de feu.§.quæro.uer.j.

Seruitus constituitur, uel quæritur multis modis:ut j̄. e. per totum.& in Spec.de resti.spo.§.nunc dicamus.per discursum totius §.

Seruitus prædialis potest cōstitui eisdem modis, quibus personis.l.uia inter.& ibi Bart.ff.de serui.

Seruitutis uiæ constitutio.uide j̄.Seruitus uiæ.uersicu. viij. & ix.xxj.& xxiiij.

Seruitus an constituatur ex tempore,& ad tempus. in l. iiij. in prin.ff.de serui.ubi per Bart. in prin. distinguentem. & in l. sed si inter.in princ.ff.de serui.urb.prædi.

Seruitus an habeat ius accrescendi.s̄.uer.Ius accrescendi.uer. cxij.quòd non.

† Seruitus quāto tēpore præscribatur,uide do.Pet.Phil.Cor. in con.cxxxvj.incip.Licet.per totum.in secunda parte.]

Seruitus habens causam continuam præscribitur spacio decē annorum, & sine titulo inter præsentes, & uiginti inter absentes.l.j.& ij.& ibi.Bar.in j.col.& doc.C.de serui.gl. in l.cū de in rem uerso.& ibi Alex.uersi. longo tempore.ad fi. ff. de usur.& in l.si quis diuturno.in uerbo,tot.ff.si ser.uendi. Sed contra ecclesiā quæritur spacio quadraginta annorū. Paul. de Cast.in l.seruitutes.de serui.Inn.in c.si diligenti.in j. col. in gl.in uer.titulus. de præscrip.doc.in c.peruenit. de censi. Bar.Cæpo.de serui.urbanis.c.xx.

Seruitus habens causam discontinuā,ut uię, præscribitur tanto tempore,q̄ non sit memoria in contrarium.l.foramen.& ibi doc.& Bart.ff.de serui.urb.prædi.Bal.in l.sicut.ij.col.super gl.iiij.C.de præscr.trig.ann.& in l.j.in fi.principij.C. de anna.excep.& in l.cum longi.in ij.co.super tex.ibi:ueluti ususfructus.C.de long.temp.præscri.Pau.de Cast.consi. v.& l.j.ff.de aqua quotidi.& æsti.in l.si quis diuturno.si serui.uēdi.in l.seruitutes.la grande.in prin.ff.de serui.in l.ij.C. e.tit. in l.si certis annis.C.de pac.Quod uerū est sine titulo : cum titulo uerò eo,q̄ allegatur titulus,licet non probetur,præsumitur ex quasi possessione decem annorū inter præsentes, & uiginti inter absentes,ut sic seruitus sit probata.gl. est no. & ibi Ale.in uerbo,certā.& Bart.in d.l.seruitutes. magna.in uer.ul.gl.hîc,in fi.& in d.l.cùm de in rem.in uerbo, longo tēpore.& ibi Ale.in d.l.j.§.fi.& ibi Bar.& in l.qui aliena.§.j.qui incipit,sed & si uidetur.ubi gl.quæ incipit, seruitutis. & ibi Bar.& in l.qui in aliena.§.j.in uerbo,diu. ff. de acquir. hære. & ibi Io.de Imo.qui idem tenet.in d.l.j.§.fi.&gl.in d.l.si quis diuturno.in uerbo,tot.& in ca.dudum.in uer. probaret. de decimis.& in c. si diligenti. in uerbo , iustus titulus.de præscrip.Cy.in l.si quis.C.de præscrip.trig.ann.& glo. xvj.q.iij. dilecto.quod opponenti præscriptionem sufficit allegare titulum,licet non probet.j̄.uer. Titulus. uersic.vj.& xv. Lud. Pon.in d.l.qui in aliena.§.j.& in Spe.de proba.§.j.uer.breuiter autem.no.Ang.Are.Insti.de actio.§.ęquè.Bart.Cæpo.in caut.cxcv.& in suo tracta.de serui.urb.ca.xix. ubi plenius licet Bal.contra in d.l.si certis.in pe.col.& ibidē Alex.Ang.in d.l.seruitutes.& in d.l.qui in aliena.§.j.Bal.in l.si filius.C.de peti.hære.& alij,secundum Ale.in d.l. cùm de in rem uerso. Sed prima opinio uera est, si allegatur titulus habitus à domino,non si à tertio.secundum Pau.de Cast.in d.l.seruitus. quod no.& tenet plenius Ale.consi.lviij.iiij.parte, ubi limitat uerum,si probatur, quòd possedit uigore illius tituli allegati,nō aliàs.& in j.parte con.ulti.secundū Sali. in l.si certis annis.C.de pactis. & in l.cùm de in rem uerso. j. & iiij. q. de usuris.& Ant.de But.in c.peruenit.viij.charta, de cēsi.& sentit Bar.in d.l.cùm de in rem uerso.in ult.col.ubi nūc ad propositū.Et hac cautela sæpius usus sum in practica,& semper obtinui.Cui adde omnino Archi.in simili.xviij.q.ij.c.fi.& s̄. uer.Præstatio.uer.j.xxj.xxxiiij.& uer.pe.uer. Libellus in iuribus.uer.ix.& uerb.Libellorū formæ.uer.cvij.& uer.Cōstitutum.uer.ij.Addo Bart.in l.j.§. deniq;. in ij.col.ff.de aqua. plu.arcen.Et per Feli.in c.de quarta.de rescr.in pe.col.

Seruitutes quæ dicantur habere causam continuā,& quæ discontinuā,uide per Bar.in d.l.foramen.de serui.urb.præd.q̄ quę non requirit factum hominis,dicitur habere continuā: sed discontinuam, quæ requirit illud. Barto. in l.ij.in j. column.uer.qualiter autem cognosces.C.de serui.& in l.j.§.de-† nique.in j.col.in uer.dices tu.ff.de aqua plu.arcen. † Et per Fel.in c.j.de præsc.in fi.xiiij.col.& do.Ias. May.Instit.de act. §.æquè.in xx.col.]

Seruitus empta fundo emphyteutico,uel feudali per emphyteutam,uel feudatarium,cedit fundo.Bal.in c. j. §. econtrà. de inuestitu.de re ali.fa.& gl. in uerbo, solo. & Flo. in l.iij.ff. de seru.sed finitur cum emphyteusi.Flo.in l.is,cui. §. hæres. ff.quemadmo.ser.amit.

10 Seruitus constitui non potest in fundo per emphyteutam, uel feudatarium,in prę iudicium domini:c.j.§.quid ergo.de inuest.de re alie.fa.per Bald.in l.& in prouincia. in uer. iuxta hoc quæro. C.de ser.per gl.& Flo.in d.l. iij. in uerbo, solo. Sed contrariū sentit in d.§.hæres.uide l.fi.C.de re. alie.non ali. Nec per usufructuarium. j̄. uer. Vsufructuarius alienat. uer.ix.& j̄.Seruitus perditur.uer.vj.

Seruitus negatiua constituitur per prohibitionem etiam unicam,& usum longi temporis contra prohibitionem.gl. in l. j.in gl.magna,in uerbo,quas.& Bar.in j.col.in uer.cōtra hoc oppo.C.de seruitu.& in l.qui luminibus.de serui. urb. prædio.& ibi Flo.& Bart.& Flo.in l.seruitutes.xiij.col.C.de serui.Dy.& Bar.in l.si prius.in ij.parte principali.ff.de ope.no. nun.Bar.in l.& si fortè.§.sciendum.si serui.uen. in Spec. de causa pos.& proprie.§.in confessoria.uer.fi.sed pone, habuisti.& sup.uer.Molendinum.uersi.xlvij.Exēplum est,si prohibeo,ne facias fenestram in tuo pariete,deinde per decem annos non facis:dicitur seruitus non faciendi fenestram mihi quæsita.De hoc nunquid ius negatiuū possit quæri præscriptione,& Alex.plenius in consi.clxxiij.ij.par.Addo Bal. in c.significante.& ibidem do.Phil.Per.in j.col.de app.

Seruitus non præscribitur sine animo præscribendi declarato, scilicet quòd utatur iure seruitutis, quæ protestatio fiat palàm coram eo,contra quem utitur,& non clàm:quia tunc præsumitur in mala fide, & non procedit præscriptio. Flo. in d. l. seruitutes.xv. col. uer.adde ad gloss. Item nisi articuletur, & probetur scientia eius, contra quem præscribitur. Bart.in d.l.seruitutes.circa fi. principij. & in l. quoties. la ij. eod.ti.Adde Bar.& Alex.in l.j.§.hoc interdictum.in pen.co. uer.ulterius quæro.& in uer.seq.ff.de iti. actuque pri. l. j. & ij.per Bart.in ij.col.in prin.C.de ser.quòd per usum cum patientia aduersarij quęritur,non tamen ui,clàm,uel precario possidendo.d.l.j.cum gl.magna, in uer. quas.& Bart. Item,

Seruitus acquiritur ex scientia patientis uti, & scientis uti iure seruitutis,ut intendat utendo acquirere seruitutem, nō per simplicem usum,utputa iure amicitiæ,& simili.Inn.in c. bonæ.el ij.in gl.magna.de postu.pręla.& ibi doc.& Inn.in c. cùm dilectus.in j. col. in gloss.sua,in uerb. possessorium. de capel.mo. & in cap. in literis. in iij.col. in uer. possessio autem iurium incorporalium.de rest.spol. & Archid. in c. non est.de consuet. in vj. & Bartho. Cæpo.de seru. urb. c. xx. & xvij.in fi.l.fi.& ibi Paul.ff. quemad.ser.amit.Barto.in l.j.uer. hoc interdictum.in j. col. in ij.oppo.& ibi Alex. Flor. in d. l. seruitutes.de ser. doc. in cap. cùm ecclesia. de causa poss. & propriet.Addo Bar.ponentem unum uerbum in l.j.in prin. xj.colum. in uer. qualiter acquiritur. ff.de acquir. pos.& ibi per domi. Alex.in xxxvj. col. in uer. sed qualiter. cum alijs concor.ibidem per eum signatis.& omnino per Alex.consi. ult.j.parte.Et est practica, quòd testes dicant se uidisse constitui seruitutem à tali , qui putabatur dominus illius prædij,& post illum usum fuisse,secundum Bart. & Alex. in d.l. † §.hoc interdictum. † Et per Fran.Aret.in l. qui in aliena. §. ij.in ult.col.de acq.poss.]

Seruitus

Seruitus una poteſt alteri deſeruire, ut ſeruitus uiæ ſeruituti aquæ.l.qui duo.& ibi Flo.de ſer.ruſt.præd.

Seruitus poteſt conſtitui cum pacto, ne perdatur curſu temporis.Abb.Sicu.in rubr.de reſcrip.

Seruitus fundo emphyteutico an poſsit conſtitui per emphyteutam.Bal.in l.iij.C.de ſerui. quòd ſic pro tempore ſuo tantùm.& per gl.& Flo.in l.iij.ff.eod.tit.& per Bal.in c.j. de inueſt.de re ali.fa.in §.quid ergo.& j̄.uer. Seruitus finitur.uer. vj.& facit.l.j.§.fi.& ibi Alex.de ſuperfi.

Seruitus fundo dotali poteſt imponi. ſuprà, Fundus dotalis. uerſic.xxxij.

Seruitus conſtituta clerico,uidetur ipſi conſtituta. infrà, Seruitus uiæ.uer.viij.

Seruitus conſtitui non poteſt in re religioſa.l.ſeruitutes.§.fin. & ibi Flor.ff.de ſer.nec in re propria.in Specu.de loca. §. vj. uerſic.xlv.

20 Seruitus ruſtica poteſt etiam negatiuè conſtitui. Flo. in l.j. in fi.ff.de ſer.ur.præd.ſicut & urbana:ut ibidem.

Seruitus tam ruſtica,quàm urbana,poteſt in teſtamento conſtitui.l.poteſt.ff.communia præd.

Seruitus realis non poteſt conſtitui, niſi quatenus expediat prædio dominanti.l.ergo.§.Neratius.& ibi Bar.ff.de ſer.ru. præ.& l.quoties.in prin.de ſeruit.

Seruitus in diuiſione fundorum poteſt conſtitui, & reſeruari. l.cùm eſſent.& ibi doc.in prin.de ſer.ruſt.prædi.

Seruitus acquiritur fundo domini, uel patris ex ſtipulatu filij, uel ſerui,ſed per eos ex legato quæri non poteſt.Item,

Seruitus nulli quæritur ad fundum alienum.Item,

Seruitus alteri per alterum non quęritur ad fundum alienum. Raph.Cu.& Io.de Por.in l.quæcunque.in fi.de uer.obli.

Seruitus retinetur per quemcunque utentem, & per aquam naturaliter currentem. l.qui fundum. quib. mo. ſer. amit. l. pe.eo.tit.& s̄.uer.Præſcriptio quomodo.uerſic.lij. Item per ſocium.l.ſi communem.eo.tit.

Seruitus fundi prælegati uni hæredum non uenit in fideicommiſſo uniuerſali.Bald.in l.cùm uirum.v. q. in lectu antiqua. C.de fideicom.

Seruitute conſtituta uni non poteſt altera alteri conſtitui,per quam prima impediatur.l.per quem.ff.de ſer.ruſti.præd.

Seruitus nauigandi in lacu perpetuo conſtitui poteſt.l.uia.§.ſi lacus.& ibi Bar.ff.de ſer.ru.præd.

Seruitus pro parte non poteſt acquiri. l.pro parte. & ibi Bald. de ſeru.

Seruitus fundo ciuitatis acquiri poteſt.l.non dubito.ff.de ſerui. Item,

Seruitus à fundo uniuerſitatis fundis ſingulorum poteſt deberi,& conſtitui.l.teſtatrix.§.j.& ibi Flo.ff.ſi ſer.uen.

Seruitus legata cedit ab hæreditate adita.Flo.in l. ſi partem. §. j.quemadmodum ſerui.amit.Vide Bart.in l.ſi fundum.in ij. & iij.oppo.ff.de ſer.leg.& Bal.in l.j.v.col. in uer.circa articulum harum actionum.C.communia de lega.

Seruitus aquæductus præſcribitur tanto tempore, quòd non ſit memoria in contrarium.l.uſum aquæ.& ibi Bar. C. de aquæduc.lib.xj.&omnino per gl.in uer.tot.& doc.in l.ſi quis diuturno.in prin.ff.ſi ſer.uen.Sed imò per longum tempus. l. j. & ij.cum gl.in uerbo, tempore. C. de ſeruitu. & ſic conſuetudine quæritur.l.prima.§.denique.el ij. & ibi gl. in uerbo,uetuſtatem.& docto.de aqua plu.ar.l.in ſumma.eod.tit. de conſuetu. & l. fin. C. quæ ſit longa conſuet. Addo ſuprà, Præſcriptio quomodo.uer.xvij.

Seruitus contra plures quomodo præſcribatur.s̄.uerbo, Præſcriptio quomodo.uer.xxx.

Seruitus conſtituta ſimpliciter, uidetur conſtituta eo modo, quo commodius haberi poſsit.l.Quintus.& ibi Flo.ff.de ſerui.ruſti.prædi.

Seruitus ſimpliciter conſtituta reſpectu prædij dominantis in dubio cenſetur perſonalis.l.Lucius.aliàs l.quæritur. & ibi Flo.ff.de ſerui.ruſt.prædi.

Seruitus aquæ hauriendæ in dubio eſt perſonalis, & non tranſit ad hæredem, niſi conſtituatur gratia fundi.Bal. & Flo. in d. l. Lucius,aliàs l.quæritur. quia tunc eſt prædialis, ut ibi per Bart.in l.cum fundo.eo.tit.Item uide l.ſi mihi.§.fi. eo.ti. quòd eſt prædij,non perſonæ.

40 Seruitus realis dicitur, quæ conceſſa eſt rei certæ per loci expreſsionem, & tranſit ad hæredem, & ſucceſſorem, aliàs dicitur perſonalis,& rem non ſequitur.d.l.Lucius.& ibi per Bar.Bal.& doct.& Ludo.in ſing.uer.Seruitus.uer.quædam fuit,&c.Sed Flo.ibi dicit eſſe perſonalem,quando conſtituitur Titio ad domum,uel ad alium locum,quem uelit. Idem dicit Bal.ibi,quòd dicitur realis, quando conſtituitur ſeruitus aquæductus ad talem fundum: ſed ſi additur, uel alibi, quocunque uis, dicitur perſonalis, & cum perſona finitur. Bart.& Flo.in l.cum fundo.de ſerui ruſt.prędi.dicunt,quòd præſumitur realis: ideo Flo. ibi dicit eam tranſire ad ſingularem ſucceſſorem.Quod tamen non eſt in pœna, ut ibi per Bal.Tu uide omnino Bar.Cæp. in tit.de ſerui.reali.Item,

Seruitus aquæ conceſſa fundo dicitur realis, & tranſit ad ſucceſſorem.Flo.in l.ſi mihi.eodem.ff.eod.tit.

Seruitus non tranſiens ad hæredem,an ſit realis, uel perſonalis.Bart.in l.pecoris.de ſer.ruſti.prædi.quòd eſt realis, ſi ille, cui promiſit, habeat ibi prædium dominans: aliàs eſt perſonalis.

Seruitus perſonalis non præſumitur ex ſtipulatione pœnali ad perſonam relata.l.cum fundo.eod.tit.

Seruitus excerpendi fructus ex certa arbore, eſt perſonalis. j̄. uer. Seruitus.el j.uer.xv.

Seruitus conſtituta pluribus,debet diuidi arbitrio iudicis.l.ſi quis.C.de aquædu.lib.xj.

Seruitus ſtipulari poteſt per procuratorem hominis.l.iij.§.ſed cùm fructuarius. de itine. actuque priua. non per procuratorem legis,ut uſufructuarium,ut ibidē. & Lud.in ſing.uer. Seruitus.uer.Procurator poteſt domino.

Seruitus altius non tollendi ſtipulata cum pœna afficit ſucceſſorem ſingularem, ſed non pœna.l.cum fundo.& ibi Bal.de ſerui.ruſti.prædi.

Seruitus etiam futuris ædificijs conſtitui poteſt. l. qui ædificium.& ibi Flor.de ſerui.urb.præd.l.ſeruitus.§.futuro.eod. titu.Sed

Seruitus ne luminibus officiatur,conſtituta ſimpliciter,intelligitur de luminibus præſentibus,nō de futuris,niſi dictum ſit.d.l.qui ædificium.& ibi Bart.ff.de ſerui.urba.prædio.

50 Seruitus conſtitui poteſt etiam de eo, quod non intereſt tunc,ſed intereſſe ſperatur.l.ſi fundo.& ibi Bartol. ff.de ſeruitutibus.

Seruitus in re communi per unum ſocium conſtitui non poteſt,ſocio inuito.l.in re communi.& ibi Flo.de ſerui.ur.prędio.l.ij.cum gl.in uer.non poteſt.ff.de ſer. quem uide etiam in l.per fundum.eod.tit.Contrarium no. in l. unus. in princip.& ibi Bart.eod.tit.& in l.loci.§.ſi fundus. ff. ſi ſer. uend. l.fin.communia prędi.per Bart.Cępo.de ſeruit.c.xiiij.& xv. & tenet Alexan.poſt Io.de Imo.& Lud.contra Ang.& Paul. de Caſt.in l.ij.§.ex his. de uer.obli. ubi loquitur de uno cohæredum,& dicit ſe conſtituere,ſi reliqui cohæredes eſſent in mora,per l.fideicommiſſa.§.pe.uer.ſeruitutem.de leg. iij. qui text.eſt ſin.ſecundum Ludo.in §.Cato.xj.colum.de uerborum oblig.& per Alexan.in l.ſtipulationes non diuiduntur.x.col.eod.tit.

Seruitus non poteſt conſtitui inter res,quæ ſe inuicem uidere non poſſunt: l.ſi ædes meæ. la ij. & ibi Barto. & Flo. de ſer. urb.prædi.niſi aqua ducatur per circuitum.Bart.ibi.& j̄.eo. uerſic.lxviij.

Seruitus non poteſt conſtitui de eo, quod non reſpicit commoditatem fundi. l. quoties. in princip. ff. de ſerui.& ſuprà eod.uer.xxij

Seruitutis præſcriptio requirit bonam fidem. Bart. in l. ſeruitutes.la grande.in prin.in ij.col.in uer.quæro,quot ſunt neceſſaria.ff.de ſerui.& s̄.Præſcriptio quomodo.uer.xciij.

Seruitus poteſt conſtitui in tradendo,ut unus fundus qui traditur,ſeruiat alteri,qui retinetur:& contrà l. ſi quis duas. in prin.ff.communia prædi.ſed non,quando diuerſę res diuerſis traduntur ſimul, quia non poteſt tradens facere eas ſeruas inuicem.d.l.ſi quis duas.& in l.ſi cùm duas.eod.ti.Item,

Seruitus conſtitui poteſt tradendo partem pro diuiſo, ut una pars alteri ſeruiat.d.l.§.ſi quis partem.

Seruitus omnis conſtitui poteſt, quæ ſit utilis prædio dominanti.gloſſ.& Bartol.in l.in tradendis.in princi. ff.communia prædi.

Seruitus conceſſa precario nomine,cuius naturæ ſit. Barto.in l.quod

l. quod meo. in ult. col. uer. sed quid si cócedo. ff. de acq. pos. & s. Seruitus. el j. uer. xiiij.

Seruitutis quasi possessio quomodo acquiratur. in Specul. de causa posses. & propriet. §. iiij. uersi. est & aliud.

60 Seruitus ex solo pacto non constituitur, sed ex præscriptione. in Spec. de feu. §. quoniam. & infrà eo. uersi. lxv.

Seruitus legata quæritur à morte testatoris, legatario etiá insció. Bald. in l. j. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. & Bartho. Cępo. de ser. urb. cap. xxj. facit l. j. de ser. leg.

Seruitus potest constitui etiam à non habente fundum. l. hæredes. §. sed an ea. uer. contra. fa. er. Alex. in l. stipulationes non diuiduntur. ij. col. de uerbo. obli. post Bart. in l. si sub una. §. j. eo. tit. & in l. existimo. per Alex. eo. tit.

Seruitutem uiæ promittens dicitur factum promittere. gloss. Bart. & Alex. in l. ij. §. j. de uer. obli. & ibi Io. de Imo. & Pet. de Anch. & no. in l. iij. §. dare. ff. de usuf. Et ad quid teneatur. sup. uerbo, Promittens. uersic. lxxviij.

Seruitute promissa, qualiter formetur libellus. s. Libellus in iuribus. uer. xvj.

Seruitus cóstituitur præscriptione, etiamsi sit factum pactum in contrarium. Bar. contra Dy. in l. nemo potest. de legat. j.

Seruitus per eundem locum potest constitui pluribus. l. qui per certum. ff. communia præd.

Seruitutis quasi possessio facit præsumi dominium in re. Bal. in l. cùm res. in fi. C. de proba. & glo. in l. sicut. §. sed si quæratur. ff. si serui. uen. in glo. in uerbo, possessoris.

Seruitus non potest constitui, uel deberi ab una domo alteri, si alia domus sit intermedia. l. loci corpus. §. si cui. & ibi Bar. ff. si serui. uen. uidelicet libera. Bald. in l. quoties. in j. colum. in uer. sicut igitur. C. de suis & legi. Vide l. qui sella. §. in rusticis. & ibi gloss. unica, in uer. item quid si. & Flo. ff. de seru. rusti. præd. in l. seruitutes. la grande. §. fin. de ser. & ibi Barto. supra eod. uer. lij. & adde l. in tradendis. §. interpositas. communia præd. & in Spec. de causa poss. & proprie. in princip. uer. est & aliud.

† Seruitus, quòd possit constitui de non immittendo tignũ, an dicatur propriè seruitus, uel quædam commoditas. Et idem quid si concedam tibi iter in fundum, uel emphyteusim, uide do. Barth. Soci. in consi. cxxviij. incip. Substantialiter. uer. præterea si ex pacto. ibi, uel tertiò dicamus. in prima parte.]

Seruitus non uidetur constitui per promissionem patientiæ. Bald. in §. si quis de manso. in vij. col. de controuer. inuest.

Seruitus non præsumitur, nisi constituta probetur, uel aliter quæsita. l. altius. & l. si in ædibus. & ibi Bartol. C. de seruitu. & infrà, Seruitus probatur. uersi. vij.

70 Seruitutis quasi possessio an quæratur ex simplici concessione. not. in l. si precario. ff. communia pręd. & ibi Bar. Cæpo. de ser. urb. cap. lxxix. l. si partem. & ibi Bart. quemad. ser. amit. quòd non, cùm traditio requiratur inter uiuos. Item s. Præscriptio quomodo. uer. lxxij. & lxxxviij.

Seruitutes directæ quæruntur per præscriptionem. l. si quis diuturno. si serui. uen. Bald. in auth. nisi tricennale. in uer. item seruitutes. C. de bo. mater. ubi postea tenet cũ Barto. ꝙ quæruntur utiles. per l. j. de aqua plu. arcen.

Seruitutis constitutio uidetur facta cum omnibus, sine quibus uti quis seruitute non posset. l. refectionis. & ibi Bart. ff. communia præd.

Seruitus petitur multis modis, ut plenè dixi suprà uerbo, Libellus in iuribus. uersicu. vij. cum duobus sequen. & uersi. xv. & xvij. & uerbo, Actio confessoria. uersi. iij. & seq. uidelicet in uerbo, Actio negatoria. per totum.

Seruitus cum fundo peti non uidetur, quando agitur ad fundum actione reali: secus, si in actione personali. gl. & Bar. in l. rei appellatione. in uer. pone, quòd peto. ff. de uerb. obli.

Seruitutem petens debet probare eam deberi. Barto. in l. si in ædibus. C. de serui.

Seruitus non potest peti contra usufructuarium, sed contra proprietarium. l. fi. §. fi. ff. de serui. l. & si fortè. §. hæc actio. si serui. uendi. & s. Vsufructuarius agit. uer. xviij.

Seruitus probatur multis modis, & maximè constitutione cũ traditione. Item præscriptione. Item testamento: ut suprà, uer. Seruitus constituitur. uersic. vj. vij. lij. & lviij. cum seq. & uersi. lxv. & uer. Præscriptio quomodo. uer. xvij. xxxv. lxv. lxx. & lxxxij. & s. eod. uer. Seruitus uiæ. & alijs uer. & uer. Seruitus retinetur. per totum.

Seruitutem sibi constitutam quomodo quis probet. in Spe. de prob. §. j. uer. breuiter. sed tempore quomodo probetur. in tit. de resti. spo. §. ij. uer. sed quomodo.

Seruitus præsumitur ex longissimis seruitijs. gloss. in uerbo, ancillam. & Bal. in l. ij. C. de inge. manu.

Seruitutis quasi possessio probatur per immissionem tigni. l. sicut. §. sed si quæritur. & ibi Bart. in j. oppo. in fi. ff. si ser. uen.

Seruitus non præsumitur, etiásí uicinus sit in quasi possessione seruitutis, quia probari debet. gloss. in uerbo, possessionis: in d. §. sed si quæratur. Paul. de Castr. in rubrica ff. de serui. Barto. in l. si in ædibus. C. eod. tit. & per Bal. in l. principaliter. in fin. C. de libe. cau. secundum Azo. C. de usufruct. vij. col. & Alex. con. cxxxiij. j. part. ij. char. ubi uide. Sed dicta gl. solùm dicit, quòd allegans seruitutẽ fundo suo deberi, non tenetur probare de dominio fundi, si est in quasi possessione seruitutis. Bal. in l. cùm res. in fi. C. de proba.

Seruitutis quasi possessio dicitur esse apud illum, qui habet domum altam contra habentem domum depressam, si præcesserit prohibitio altius non tollendi. l. & si fortè. §. sciendum. & ibi Bar. in ij. no. ff. si ser. uen. l. j. C. de seruit. & s. Seruitus constituitur. uer. xlvij.

Seruitus non præsumitur, nisi probetur. l. altius. & l. si in ædibus. & ibi Bart. C. de seruit.

Seruitus quomodo probetur. Barto. in l. j. §. hoc interdicto. in penult. col. ff. de itine. actuq; priua. Item per foramen. & infrà, Seruitus retinetur. uer. iij.

Seruitus resultat ex feudo. s. Feudum.

Seruitus retinetur per quemcunque utentem, & per aquam naturaliter currentem. l. qui fundum. quemadmo. seruit. amit. l. pe. eo. tit.

Seruitus retinetur per socium. l. si communem. in principio. quibus mo. ser. amit.

Seruitus tigni iniuncti retinetur per foramen patulum, non clausum longo tempore, sciente, & patiente eo, cui seruitus debeatur. Paul. de Cast. no. in l. hoc autem. in fi. ff. de ser. urb. præd. & l. foramen. eod. tit. Sed quid si aliqua foramina sint aperta, aliqua non. glo. est in d. l. hoc autem. in gloss. ultima, quæ incipit: sed quid, quæ uult seruitutem amitti. quam sequitur ibi Barto. in fin. & ad primam facit text. cum glo. no. in l. si stillicidij. in princip. quemadmo. ser. amit. ubi dicunt Bald. & Flo. quòd patiens fieri obstaculum iuri suo, uidetur renunciare iuri prohibendi, quod habet. Adde fin. quòd si signa, uel foramina non apparent, statur iudicio architectorum in probatione seruitutis, secundum Ang. in l. qui luminibus. ff. de ser. ur. præd.

Seruitus retinetur etiam per malæ fidei possessorem. l. qui fundum. quemadmo. seruit. amit.

Seruitus impeditur multis modis: ut infrà eodẽ. per totum.

Seruitus impeditur alluuione, qua cessante, restituitur. l. si locus. ff. quemadmo. ser. amit.

Seruitus aquæducendæ impeditur siccitate fontis, quę tamen conualescit aqua supercrescente. gl. & Bart. in l. foramen. circa medium. in uer. ex quo sequitur sequens illatio: ff. de ser. ur. præ. l. unus. §. fi. de ser. rust. præ. & s. uer. Fons. uer. iij.

Seruitus an & quando impediatur per locum medium liberũ. suprà, Seruitus constituitur. uer. lxviij.

Seruitus non potest impediri per eum, qui eam debet. l. seruitutes. §. si seruitus. & §. fi. & ibi Barto. de ser. urb. præd. ubi etiam per Flo. Sed

Seruitus potest impediri per tertium uicinum. l. hoc quod dictum. §. si ex tribus. & ibi Barto. & Flo. eodem tit.

Seruitus si impediatur, an possit tolli propria authoritate dominantis. Bartho. Cæpol. de seruit. urb. cap. xxx.

Seruitus altius non tollendi non impeditur per plantationem arboris, sed seruitus, ne luminibus officiatur. sic l ędificia. & ibi Bart. ff. de ser. urb. præd. & in l. si arborem. in princ. eo. tit.

Seruitus an impediatur per flumen publicum. in l. fi. in principio. & ibi Barto. & Bald. ff. de seruitu. rusti. præd. quòd sic, nisi pontem habeat, uel nisi sit uadosum.

Seruitus

Seruitus impediri non potest etiam tacitè. l. refectionis. & ibi Bart.ff.communia præd.

Seruitus impeditur per locum religiosum inter mediũ. infrà, Seruitus uiæ.uer.xxj.

Seruitus ne impediatur, competit noui operis nunciatio. suprà, Nunciatio.uer.xiij.

Seruitus perditur, uel non: ut infrà eod. per totum. & ff.quemadmo.ser.amit.per totum.& in Spec.de resti.spo.§.ij.

Seruitus nõ extinguitur per alienationem fundi: ut infrà, Seruitus uiæ. uer.xxiij. Imò uenit in uenditione fundi ad emptorem, cùm sequatur fundum, nisi reseruetur. l. si quis ædes.& ibi docto.de ser.urba.præd.& Bartho. Cæpol.in cau. clxxv. Item sequitur etiam partem fundi dominantis alienatum. l.si partem.de ser. rusti.præ. & Paul.de Castr.consi. cxxxvj.incip.Notandum est, quòd ista imperialis. v. col. & j.eod.uersi.vij.

Seruitus realis debita fundo dotali, nõ perditur per negligentiam mariti, sed personalis sic.l.cùm in fundo.§.quòd si mulier.uer.quod si aliena.de iure do.Alex.in l.si filiofa. in prin. sol.mat.ubi dicit de materia in §.j.per glo.Dy.Bart.Ioan. de Imo.& Pau.de Cast.& ibi Alex.quòd seruitus prædio dotali debita, non renunciatur pacto uiri.

Seruitus personalis extinguitur cum persona, non realis, quæ rem sequitur.s.Seruitus constituitur.uersi.lx.

Seruitus rustica perditur per non usum, etiamsi negligentia imputari nequeat habenti, sed datur pro ea restitutio in integrum.gl.in l.si sic.in uer.seruitus est:ff.quib.mo. ser.amit. sed in urbana requiritur prohibitio: ut ibi per gloss. & in l. si unus.§. si fons.de ser.rust.præd.& uide in l.si tibi. & ibi Bal. C.de seruit.

Seruitus finitur cum emphyteusi: licet glo.in uer. solo.& Flor. in l.iij.ff.de serui.sentiant cõtrarium: ut tenet Flo.in l.is, cui. §.hæres.quemadmo.ser. ami. contra Flo. etiam tenet Bald. in c.j.§.ex contrario.de inuest.de re.ali.fa.Bartho.Cæpo.de seru.urb.ca.xxiiij. dicit finiri, & uide s. Seruitus constituitur.uer.x.& xvj.

Seruitus transit cum prædio dominante, quocunq; titulo concedatur.l.testatrix.§.j.& ibi Barto.ff.si ser.uen.

Seruitus extinguitur per aditionem hæreditatis.l.Papinianus. de seruit.sed si postea uendatur hæreditas, seruitus restituitur.l.si ei, cuius.& ibi Flo.com.prædi.

Seruitus an extinguatur per aditionem, cùm quis in parte succedit.gl.in uer.competenti.uer.sed quid si mater.& Bald.in l.j.C.de hæred.actio.in uer.modò glo.quòd sic.

10 Seruitus reseruata per uenditorem fundi pro tempore, quo ipse declarabit, si non declaret tempus morte præuentus, tamen ualet, nec extincta est.l.quicquid. ff. com. prædiorum.

Seruitus tigni non perditur per amotionem tigni, remanentibus signis.s.uer.Seruitus retinetur.uer.iij.

Seruitus perditur, si dominãs patiatur ædificari in loco seruiête.l.si stillicidij.in prin.& ibi Bart.qui.mo.ser.amit.

Seruitus uiæ stipulata ad fundum sub conditione, suum non extinguitur, si fundus pendente conditione alienetur. not. Alex.in l.existimo.de uerb.obli.

Seruitutis promissio non extinguitur per alienationem partis fundi à promissore.Bart. & Alex. in l.si sub una. de uerb. oblig.& Alex.in l.stipulationes non diuiduntur. iij. col. eo. ti.contra Ang.in l.non solùm.§.morte.de ope.no.nunc.

Seruitus non extinguitur per confiscationem fundi dominantis, uel seruientis.l.uia.§.si fundus.& ibi Flo.de ser.ur.præd. & ibi Bart.Et ideo addo, quòd per illum tex.dicit Bald. in l. & si in prouincia.C.de ser.& aqua.quòd post impositam seruitutem res ad quemcunque successorem transeat, transit cum onere seruitutis.quod no.

Seruitus non extinguitur per unionem prædiorum. l. fundus.& ibi Flor.de ser.rust. præd. sed uide infrà eod. uersicu. xxix.& xxxiiij.

Seruitus extinguitur, quando uni fratri in diuisione cõtingat unus fundus, & alteri alter, licet inuicem postea communicent ambos.Flo.in d.l.fundus. qui tamen textus uidetur facere in contrarium.

Seruitus pecoris pascendi, &

Seruitus aquæducendæ, est prædialis, sed potest finiri cum persona, si actum est.l.pecoris.& ibi Bart.de ser.rust.præd.

20 Seruitus, quia indiuidua est, durat tota ratione partis.l.pro parte.per Bart.de ser.l. si eo. §.j.ff.si ser.uendicetur.quòd tota retinetur per usum partis.& l.j.in princip. ff.quemadmo. ser.amit.& suprà, Seruitus.la j.uer.x.

Seruitus habens causam continuam, perditur per non usum temporis duplicati, ad quod acquirendum ea requiritur.l.si sic.ff.quemad.ser.amit.l.cùm talis.C.de ser.sed

Seruitus realis perditur per non usum longi temporis. l.sicut. & ibi Bart.C.de ser.Item,

Seruitus habens causam discõtinuam perditur per non usum longi temporis.per Bart.Cæpo.de ser.ur.c.xxiiij.

Seruitus uineæ imposita non finitur, sed durat in solo, sublatis uitibus.l.certo generi.in prin.de serui.rusti.præd.

Seruitus mutari non potest, nisi fiat sine incommodo eius, cui debetur.Alex.in l.si cui.de ser.ubi plenè.

Seruitus non præscribitur tempore, si in constitutione eius fuit factum pactum, quòd tempore nõ perderetur. Io, And. in rub.de præscr.in addi.post Rofre.secundũ Abb.Sicu.ibi.

Seruitutis stipulatio an extinguatur, si stipulator totum fundum alienauit.Bart.& Ang.in l.si sub una.§.j.de uer.obli. & Ang.in l.stipulationes non diuiduntur.in prin.eo.tit.

Seruitus perditur, si quis ea utatur de nocte, non de die. j. Seruitus uiæ.uer.xviij.

Seruitus extinguitur, si fundus seruiens emitur ab uno ex dominis prædij dominantis.l.si communi.& ibi Bart.ff.de ser. rusti.prædi.

30 Seruitus uię perditur, si quis per decem annos usus est alia uia.j.Seruitus uiæ.in uer.xvij. & gl. in uer.ad hauriendum. in l.inde Neratius.§.qui habet.de ser.rusti.præd.distinguit.

Seruitus perditur, resoluto iure concedentis.l.is, cui. §.hæres. quemad.ser.amit.

Seruitus non perditur, si quis ea utatur ultra debitum.l.is, cui. ff.qui.mo.ser.amit.

Seruitus aquæ an perdatur per renunciationem.j. Seruitus aquæ.uer.ix.

Seruitus extinguitur, si utrunque prædium, scilicet dominãs, & seruiens fiat eiusdem totaliter, non si pro parte. l. si quis ædes.& ibi Bar.& Flo.ff.de ser.ur.præd.Adde s.eo. uer.xvj. ubi contrà.

Seruitus debetur, etiam ab ædificio destructo, & reædificato. l.si testamento.& ibi Flo.de ser.ur.prædi.& in l.seruitutes.§. si sublatum.eo.tit.ubi Bart. dicit uerum in realibus, non in personalibus.Addo omnino Bart.& docto.in l. inter stipulantê.§.sacram.in ul.co.in prin.uer.uenio ad uer.& nauis.ff. de uer.ob.

† [Vide do.Pet.Phi.Cor.in con.lxxiiij.inci.Circa. per totũ, in iij.par.& in cõ.cxcj.inci.Satis.in litera B.ea.par.]

Seruitus debetur etiam à legatario hæredi in re, sicut prius. l. binas quis.& ibi Flo.de ser.ur.præd.

Seruitus confusa aditione debet per legatarium restaurari.l. Papinianus.& ibi Bart.de seruitut.

Seruitus altius non tollendi non rumpitur per plantationem arboris: secus uerò, si in seruitute, ne luminibus officiatur.l. ædificia.& ibi Barto.de seru.urb.prædi.& in l.si arborem.in princip.eod.tit.

Seruitus imposita propter causam finitur cum causa.Bart.Cæpol.de ser.ur.c.xxx.

40 Seruitutes per aditionem hæreditatis confusæ debent restitui.l.si ei cuius.ff.communia præd.

Seruitus rei emptæ, si finiatur, prodest emptori, etiãsi precium non suppleat, cùm ratione seruitutis pro minori precio emerit.Bal.in rub.C.de peri.& commo.rei.uen.in fi.

Seruitus rustica perditur per non usum. Sed

Seruitus urbana perditur per non usum, & impedimentum. Inn.in gl.in uer. quadragenaria.& But. in cap.de quarta.de præscrip.gl.in l.si sic.in uer.seruitus est.ff.quemadmo.ser.amit.Bart.Cæp.de ser.ur.c.xxiiij.

Seruitus uidetur remissa, ex concessione facta seruiendi per eum, cui debetur.gl.in uer.precario.& Ang. in l.si precario. communia præd.Bart.Cæp.de ser.ur.c.lxxix.

Seruitute spoliatus quomodo agat, & quomodo sententia feratur pro eo.in Spe.de rest.spo.§.ij.

Seruitus uiæ, uel itineris.

Seruitus uiæ, & similes, quæ sunt parui præiudicij,

dicij, sine titu. præscribitur, & ex sola patientia aduersarij. s. Præscriptio quomodo. uer. lxxxij. & xciij.

Seruitus uiæ, quia habet causam discontinuam, præscribitur tanto tempore, quòd non sit memoria in contrarium, cùm requirat factum hominis, ut s. Seruitus cõstituitur. uer. vij. sed & longum tempus sufficit, si allegetur titulus à domino habitus, licet non probetur, ut ibi dixi. Adde suprà, Præscriptio quomodo. uer. xvij.

Seruitus uiæ impedit plantari syluas in loco, in quo debetur. l. si quando. §. ff. si serui. uend.

Seruitute uiæ uti impeditus qualiter agat, & qualiter contra negantem illam. in Spec. de cau. proprie. §. tertiò. uer. porrò. & sequen. & de loca. §. vj. uer. ciij.

Seruitutem uiæ promittens, ad quid teneatur. s. uerb. Promittens. uersi. lix. & lxxviij.

Seruitus uiæ potest stipulari ad fundum non meum, tempore stipulationis. l. existimo. & ibi doc. & Ale. de uerb. obl. Item,

Seruitus uiæ potest promitti per non habentem fundum. Ale. ibi per l. hæredes. §. an ea. de consti. pec. & s. Seruitus constituitur. uer. lxij.

Seruitus uiæ constituta clerico per certum fundum, uidetur ipsi clerico constituta. Barto. in l. ij. de re. dub.

10 Seruitus uiæ constituta operatur, ut is, cui debetur, possit impunè arbores incidere, & fossata replere, & applanare, ut uia sibi sit patula, & expedita. l. refectionis. & ibi Barto. ff. com. prædi. l. si iter. per Flo. de serui. l. seruitutes. §. si domo. & ibi Bart. de seruit. urb. prædi. ubi dicitur licere ei facere id, sine quo seruitute uti non posset. & Bartho. Cæpol. de seru. urb. præd. capit. xxxiij. & capit. xxx. & infrà eodem, uersic. xiiij.

† Seruitutem si quis habet per portam, uel per claustrum, aut aditum, perpetuò liberè ire, transire, redire, cum personis, & equis, & alijs, quibuscunque rebus, cuiuscunque conditionis, an poterit ibi morari per notabile spacium, & an etiam ibi poterit salmas alicuius generis in terram proijcere, & scaricare, & ibi retinere per aliquod notabile spacium, & an poterit ibi uinum uendere, & similia. uide do. Barth. Socin. in consil. xlj. incipi. Considerata. uer. circa tertium. cum seq. in j. parte.]

Seruitus uiæ legata facit, ut legatarius impunè possit ire per uiam, etiam sine licentia hæredis. Flo. in l. si iter. ff. de serui. Item debetur ad electionem hæredis sine captione legatarij. l. si uia. & ibi Bart. de serui. rust. præd.

Seruitus uiæ per fundum debetur per locum minus damnosum. l. si mihi concesseris. & ibi Barto. & Flo. de ser. rust. prædi. l. si cui. de ser. ubi dicitur, locum uariari non posse. & ibi tenet Bart. in ulti. not. l. si quis sepulchrum. in prin. de relig. & talis loci deputatio sit per iudicem, & totum fundum respicit, nisi aliud actũ sit. l. certo generi. §. si totus. & ibi doc. de ser. rust. præd. Vide omnino Barth. Cæpo. de ser. urb. ca. xxiij. Et adde, quòd seruitus personalis uariari potest. l. usus. §. licet. de usu. & habi. secundum Lud. Pon. uer. Seruitus. uer. Legatus est.

Seruitus uiæ quandoque deseruit seruituti aquæ. l. qui duo. & ibi Flo. ff. de ser. ru. prædior.

Seruitus uiæ ad domum uidetur legata cum fundo prope domum. l. testatrix. in princ. & ibi Flo. si ser. uendi.

Seruitus eundi comprehendit etiam ius faciendi scalas suis sumptibus, & alia, sine quibus commoditas percipi non posset, tam per se, quàm per fabros. l. seruitutes. §. si domo. & ibi Flo. de ser. ur. præd. l. si iter. de ser. & s. eo. uer. ix.

† Seruitutem si quis habet eundi per aliquem locum, potestatem tantùm habet eundi planè, & solus, non autẽ potest ire currendo. do. Barth. Soc. in con. cxlj. incip. Considerata. uer. circa quintam quæstionem. circa fi. in j. parte.]

Seruitus itineris, uel uiæ, concessa alicui, licet non permittat ire cum animalibus, permittit tamen ire equester. l. qui sella. & ibi gl. in uerbo, iter. & Flo. ff. de ser. rust. præd.

Seruitus uiæ per plures fundos dicitur una, & non perditur, si quis non ierit per unum fundum, & per alium sic. l. una est uia. & ibi Bart. & Flo. de ser. rusti. prædi.

Seruitus uiæ an perdatur per non usum decem annorum. glo. & in l. inde Neratius. §. qui habet. in uerbo, ad hauriendum. ff. de ser. rusti. prædiorum. distinguit.

20 Seruitute uiæ quis non potest uti de nocte, sed de die tantùm. l. iter. & ibi Bar. ff. communia præd. & Bar. Cæp. de ser. ur. c. xxxviij. & si quis ea utatur de nocte, & non de die, perditur. l. si communem. §. si is, qui. ff. qui. mo. ser. amit.

Seruitus uiæ potest incipere in flumine publico, si uadosum sit, uel pontem habeat. Bart. & Flor. in l. fin. in princip. ff. de ser. rust. prædio. & ibi uide an impediatur per flumen publicum, quod sic, nisi dictis casibus.

Seruitus uiæ non uenit in legato proprietatis domi. j. uerbo, Via. uer. vj.

Seruitus uiæ non potest constitui per locum religiosum, & impeditur per eum etiam iter medium. l. seruitutes. §. fin. & ibi Flo. de serui. & in l. qui sella. §. in rusticis. de ser. rusti. præd.

Seruitus uię si debeatur, unica est uia, sed diuiso fundo seruiẽte, plures sunt uię. in Spe. de feu. §. quoniã. uer. nonò quærit.

Seruitus uię, uel alia, habens causam discontinuam, non uenit in uenditione fundi, sed habens causam continuam sic: ut j. uer. Via. uer. xxxj. & xlij. & uide ibidem in uer. vj. Sed nec in legato, ibidem. Bal. in l. j. C. si rec. prouin.

Seruitus uiæ ipso iure constituitur in ultimis uoluntatibus. l. j. ff. de ser. leg. l. si partem. ff. quemad. ser. amit. Bart. in l. seruũ filij. §. fi. de leg. j. Ergo quæritur morte. s. Seruitus constituitur. uer. lxj.

Seruitus uiæ per eundem locum constitui potest pluribus. l. qui per certum. ff. communia prædi.

Seruitus uiæ intelligitur constituta per loca solita, & minus damnosa. Ang. in l. certo. §. si locus. de seru. rusti. præd.

Seruitus uię quomodo pręscribatur. uide s. Seruitus cõstituitur. uer. vj. cũ seq. & adde s. Præscriptio quomodo. uer. lxx.

Seruitutis uiæ materiam supple infr. uerb. Via. per discursum.

Seruitus aquæ immittendæ intelligitur de ea, quæ est in fundo. l. is, qui duo. & ibi Barto. de ser. rust. præd.

Seruitus aquæductus est indiuisibilis: sed usus aquę est diuisibilis, & debet diuidi secundum quãtitatem agri. l. si parem, & ibi docto. & Barto. in fi. ff. de seru. rust. prædio. no. in l. pro parte. de ser. & omnino per Bald. in l. pen. C. de condi. inser. in j. col. in uer. item nota, quòd quoties. & s. uer. Seruitus. la j. uers. xiij. & per Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in prin. de uerb. ob. & ibi Alex.

Seruitus aquæ ducendæ perit siccitate fontis: suprà, Seruitus impeditur. uer. iij. & uer. Fons. uer. iij.

Seruitus aquæductus ex riuo, facit ut in riuo quis facere possit quicquid uult, sine domini pręiudicio. l. Quintus. ibi Bar. ff. de serui. rust. prædi. & s. Seruitus uiæ. uer. viij.

Seruitus aquæductus quanto tempore præscribatur. suprà, uer. Seruitus cõstituitur. uer. xxxv. & sup. Præscriptio quomodo. uer. xvij. & cum titu. j. Titulus. uer. vj.

Seruitus aquæductus nõ potest alteri pdesse, quàm ei, cui debet: unde ex aquæductu ueniẽte de tuo fundo non possum aquam alteri concedere. l. ex meo. & ibi Bar. de ser. rust. pręd. l. cùm essent. §. j. eod. titu. nisi postquam ingressa est in fundum meum. Bart. ibidem. & in l. per fundum. §. qui plurimũ. eodem titu.

Seruitus aquæ hauriendæ an sit realis, uel personalis. s. uer. Seruitus constituitur. uersi. xxxix. quòd est personalis.

Seruitute aquæ hauriendæ de puteo uicini debet quis uti de die, non de nocte. l. inter. & ibi Bar. com. prædi. Lud. in suis singularibus, qui dicit illum text. esse ad hoc singularem, si non utatur de die, perdit eam, licet utatur nocte tantùm. l. si communẽ. §. si is qui. quib. mo. ser. amit. & per Bar. Cępo. de serui. ur. c. xxxviij.

Seruituti putei reficiendi per uicinam renunciari potest per unum ex uicinis, habentem puteum in domo sua: sed secus est in non habente puteum suum. Lud. in sing. Seruitus. uersic. quæstio talis est, quædam uicinitas, &c. & uer. est in una uicinia, &c. Sed Bald. in l. cùm fructuarius. ff. de usufruct. tenet indistinctè teneri eum ad refectionem, licet renunciet. sed ibi textus probat contrarium. Sed caue, quia Bald. ibi non dicit de refectione putei, nisi quòd simpliciter allegat ad aliud propositum. Spec. in tit. de censi. in §. j. uer. item pone quædam. Spe. in terminis format quæstionem. uide j. uer. Vicinus. uer. antepe.

10 Seruitus aquæductus incipit demùm facto riuo, & sic principio

principio ad utendum.l.si partem,in princ.quemadmo.ser. amitt.& Barto.Cępol.de ser.urb.cap.xxj.

Seruitus aquęductus potest pluribus constitui,per diuersas tamen horas utenda.in Spe.de feu.§.quoniam.uer.xj.

Seruitus aquæductus si debeatur,potest is,cui debetur,facere canalia sumptibus suis.l. inter. & ibi doc. de seru. l. seruitutes. §. si domo.de seru.urb.prædi.Bartol.Cæp. de seru. urb. c.xxiij.

Seruitus aquæductus naturalis dicitur, quando aqua per se fluit in fundum inferiorem.Bart.in l.j. §. denique. el. ij. in j. col.in uersic. item no. ff. de aqua plu.ar. Quod intellige, ut seruitus debeatur ab inferiori fundo superiori:ut ibi.& Barto.in l.quo minus.ij.quæstio.prin.de fluminibus.Bart. Cæpo.de seru.urba.c.xxij & tit.de aquæductu.iiij.q.princ. ibi. Item natura.

Seruitutis aquæ materiam supple s̄.uerbo, Aqua per totum.& per Alex.consi.cviij.ij.par.]

Seruitus stillicidij, & seruitus altius non tollendi, si constitutæ sint uni, & remittatur seruitus altius non tollendi, intelligitur quòd possit altius tolli,usquequò non fiat præiudiciū stillicidio.l.domus. de ser.urb. prædi. Secus uerò, si remittatur seruitus stillicidij,quia altera remissa uidetur, ut possit altius tolli, secundum gl.ibi.

Seruitutis stillicidij materiam uide per Bart.Cæp.de ser.urba. cap.xviij.xx,x.adde j̄.uer.Stillicidij.

Seruitus altius non tollendi si remittatur,non uidetur remissa seruitus stillicidij:secus econtrà,ut s̄.proximo uer.

Seruitus altius non tollendi non præscribitur,eo quòd diu domus mea steterit depressior tua,nisi probetur,quòd me uolentem ædificare prohibueris, & postea cucurrit longum tempus.glo.& Bar.in l.qui luminibus.ff.de seruitu. rustico. præd.& suprà,Seruitus probatur.uersic.vj.Alexand.consilio clxxij.ij.parte.

Seruitus altius nō tollendi non perditur per obturationē fenestrarum factam ab eo,cui seruitus debetur.Pau.de Cast. fin. in l.hoc autem.de seru.urba.prædi.

† Statutum si concernat personam, ut aliquid debeat facere post contractum perfectum,ut apprehendere possessionem rei emptæ intra certum tempus, uel probare per tot testes, & non ligabitur clericus tunc,etiam in foro seculari . Idem in laico respectu statuti episcopalis. Non enim potest statutum extraneum arctare ad aliquid explicandum extra iudicium.Abb.in d.c.quod clericis.]

† Statutum si arctat partem ad aliquid explicandum in iudicio,non arctatur tunc iudex ecclesiasticus iudicare secundũ illam legem, quam non potuit statutum dare per modum probandi,& procedendi in iudicio ecclesiastico: ideo si statuto cauetur laicorum,quòd probatio mutui non possit fieri per testes,si laicus litigat contra clericum in foro ecclesiastico,non adstringitur laicus illo statuto. Ad hoc quod legitur & no.in c.ij.de arb.lib.vj.per regulam,possessor.de regu. iur.lib.vj.Abb.in d.c.quòd clericus.

† Statuto si cauetur, quòd mulier nō possit cōtrahere sine cōsensu duorum propinquorū, uidetur satisfieri statuto, si uni illorum propinquorū rem uendidit, cum consensu alterius: quia emendo uidetur ipse consentire. Facit optimè l. plurib. ff. de adm. tut. Nec obstat cle. si una. de reb. eccles. non alien. quia in casu suprà posito consensus propinquorū nō exigitur, ut authoritas, sed ut quædam solennitas. Idem si statutū dicit, quòd filius non possit litigare sine cōsensu patris, quia litigando in simul, uidetur pater dare cōsensum. Idem si statuto cauetur, quòd nulla locatio fiat sine consensu episcopi, quia si locatio fit episcopo, uidetur ei consentire. Abbas in c. cùm in ueteri. de elect.]

† Statutum ubi remouet exceptionē in aliquo casu, debet intelligi, nisi pars uelit incontinenti probare. Abb. in c. super eo. in fi. de off. dele. facit quod no. Bal. in l. data opera. C. qui accus. non pos. & Oldr. consil. xlv. & Innoc. in c. interposita. de appellationibus.]

† Statutū loquēs de materia iuris, recipit omnes limitationes, & interpretationes iuris. not. in c. cùm dilectus. de cle. non resid. quia statutum debet intelligi, secundū ius commune. no. Innoc. in c. causam quæ. de rescript. nō tamen statutum, seu eius uerba debent interpretari, ut trahantur ad dispositionem iuris cōmunis. no. Bart. in l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de uer. oblig. no. Abb. in c. causam. de do. & contu.]

† Statuto episcopi super facto à iure damnato edito, licet non ligentur subditi extra territoriū delinquentes: ut in c. ut animatum. §. statuto. de consti. lib. vj. si tamen statutum expressè disponat contra subditum alibi delinquentem ligatur: ut in l. fi. de decre. ab ordi. fa. Item etiam ligatur subditus statuto simpliciter edito secundum formam d. §. statuto. si subditus delinquens est in loco exempto intra territorium statuentis: nam licet loca exempta non sint de iurisdictione, sunt tamen intra territorium: ut c. cùm episcopus. de off. ord. lib. vj. no. Ioan. And. in c. si propter. de rescript. lib. vj. hoc tenet Feder. de Senis consil. ij. ut refert Pet. de Anch. in c. à nobis. j. de sent. excom.]

† Statutum laicorum, per quod ex certis coniecturis contractus probatur usurarius, ualet, nisi lex, uel statutum principaliter præsumeret circa actum spiritualem: & nō ualet statutum laicorum, si certo casu præsumit actum simulatum, licet iuramentum sit appositum in contractu. Quod intellige, quando ex rationabili causa prȩsumit, aliàs posset in fraudem iuramenti lex præsumere simulationem. Ant. in c. cùm contingat. de iureiur. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in ij. col.]

† Statutū licet non possint facere laici super mortuarijs, quia illa sunt annexa iuri spirituali: nam de annexis idem est iudicium: c. quanto. de iud. nec circa contingentia cultum diuinum, uel refrigerium animæ defunctorum laicorum statutum non ualet: ut in c. fi. & ibi Abb. de reb. eccles. non alie. facit c. quàm prȩposterum. xiij. q. ij. circa concernentia tamen pompas mundanas, ualet statutum laicorum, etiam specificè factum, ut de pannis nigris mortuarijs non utendis, & de similibus: quia de mortuis non est multum dolendū secundum fidem, propter spem futuræ uitæ: ut in d. c. quàm præposterum. Abb. in d. c. fi.]

† Statuta uel consuetudines patriæ, uel locorum, non ligant clericos in eorum præiudicium, etiamsi exerceant negotiationes: ut colligitur ex c. fi. de ui. & ho. cle. ut concludit Ant. contra opin. Bar. ibi in l. cunctos populos. C. de sum. tri. De hoc per Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & aliquid per eum in d. c. fi. in j. col.]

† Statutum, seu consuetudo, si sint fauorabilia ecclesijs, non tolluntur per unicam conuentionem, imò unus solus potest resistere omnibus, & facere actum retractari: ut no. Inn. in c. accedētibus. de priuileg. Abb. in c. pro illorum. de præben. in ij. col.]

† Statutum ubicunq; transit in contractum, est irreuocabile. iuxta no. in c. nouit. de iud. & per Bar. in l. omnes populi. de iusti. & iur. & in l. pen. ff. de dec. ab ordin. fa. & not. in ca. j. de prob. Quod limita, nisi ex causa. per text. singu. in l. Titius. ff. de obsequijs prȩst. Abb. in c. nostra. de iniu. & plenè per Barba. in d. c. nouit.]

† Statutū si dicat, Quicunq; dederit alapam, puniatur in centum: quidam in eodem impetu dedit tres alapas, nunquid puniatur pro pluribus alapis, & sic in alijs terminis similib. Abb. in c. j. de pœ. ubi concludit, quòd unica pœna punitur. Secus, si ex interuallo: ut ibi per eum. Ego adduco tex. & ibi Bar. in l. illud. §. si idem. ff. ad legē Aquil. & Bald. in l. quoties. §. si quis postea. ff. de hæred. instit. Allegat gl. in l. qui de crimine. C. de accus. in uer. plurima. Hoc uoluit do. Barba. in c. j. in uerb. postmodum. quod metus causa. & in c. in præsentia. de proba. & in c. fi. de rapto.]

Statuta qualiter condantur, & confirmentur. ĵ. eo. per totum.

Statuta fiunt à populo, conuocato concilio ad sonum campanæ, & facta propositione, & obtenta per duas partes, uel saltem per maiorem partem certo casu. Bart. plenè in l. omnes populi. ij. q. prin. in prin. in vj. col. ff. de iusti. & iure. & ĵ. eod. uer. antepen.

Statuta quando fiunt à populo, uerba non requiruntnr, sed cōsensus per signa ad fabas, seu lupinos, more Senensium. Bar. in d. ij. q. prin. q. iiij. in viij. col.

Statuta ubi debeant scribi. in Sp. de dolo & contu. §. j. in j. col. uer. ante omnia.

Statutum non scriptum an ualeat. Bal. in l. humanū. in ult. col. uer. tertiò quæro. C. de leg. refert opi. & nihil firmat.

Statuta mercatorum an requirant confirmationem à iure municipali. s̄. Mercator. uer. liij. quòd non: & cōfirmata non dicuntur statuta populi. Bal. in l. ex placito. C. de re. permu. in iij. col. in uer. & si p statutū populi. & s̄. Statuta à quib. uer. ix.

Statuta confirmata à papa, nō dicuntur papalia, nisi unum statutum tantùm confirmetur specificè. Bald. in d. l. ex placito. iij. col. uer. & hæc faciunt ad quæstionem, papa C. Et quid si confirmentur à populo, an dicantur populi. Bal. ibidem.

† Sing. Statuta papæ, & concilij, dicuntur statuta hominum, & non diuina, licet soleat dici, quòd descendunt à iure diuino. Panor. in c. licet ex quadam. in viij. no. de testi. ubi ex hoc infert ad id, quod no. Arch. in c. utinam. lxxvj. dist. ubi dicit, quòd licet ueniens contra ius diuinum semper peccet mortaliter, non tamen sic ligatur ueniens contra ius humanum, nam potest euitare mortale, si habet aliquam causam rationabilem: ut ibi per eum. Et remittit se ad notata in c. nam cōcupiscentiam. de constitu.

Statuta condita debent publicari, aliàs non ligant etiam scientes. l. j. §. fi. & ibi Bal. C. de cadu. tollen. Bal. in auth. omnes peregrini. j. col. uer. secundò uidetur dicendum. C. communia de suc. & no. in auth. ut factæ no. consti. & in c. j. & ibi glos. in uersi. cùm sint. de consti. in vj. & docto. in data vj. libri. & per Barto. in d. l. omnes populi. v. q. prin. in xj. col. uer. circa primum. & ibi Alex. xviij. col. & in l. pen. C. de decu. lib. x. & in extrauagan. ad reprimendum. uer. ex nunc. doct. in data vj. libri, & ĵ. eodem uersi. antepen. & Card. in procе. Clem. §. fi. glo. fi. in c. j. de hære. Card. in cle. ij. in prin. de hære. & in cle. dudum. §. nos. de sepul.

Statuta populi sunt cōfirmanda, & examinanda per rectorem prouinciæ. Bald. in l. certū. iiij. col. in uer. sed nonne per statutum. unde cognati. l. j. §. solet. quando appel. sit. ubi etiam dicit, quòd

10 Statutum confirmatum dicitur ius ciuile. s̄. Statuta à quib. uersi. xx. quæ lecta censentur examinata: ut ĵ. eod.

Statutorum publicatio est quoddam notorium, qua probata, probatur statutum. Bal. in l. j. §. fi. C. de cadu. tollen.

Statuta facta à populo, præsente superiore, non ualent, nisi cōfirmentur. Bal. in l. humanum. j. col. C. de legi. in uer. nota etiam. & Alex. in l. oēs populi. in j. col. de iust. & iur. ubi plenè.

Statutū cum clausula, Non obstante, an ualeat. Bal. in l. humanum. in ij. q. C. de legi. distinguit. & s̄. in clausulis Rescriptorum. in uer. clausula, Non obstante. uer. xxij. & uer. xxxij.

Statutum inualidum, super quo fundatum est iudicium, si confirmetur lite pendente, an faciat ualere iudicium. s̄. Confirmatio. uer. xlij. & liij. & Bald. in l. ex placito. iiij. col. C. de re. permu. in uer. sed pone, actum est. distinguit.

Statutorum confirmatio non extenditur ad iniqua. s̄. Confirmatio. uer. xx.

Statuta quæ sunt contra ecclesiasticam libertatem, censentur non confirmata per generalem confirmationem, etiamsi illa non sint exceptuata. s̄. Confirmatio. uer. xxv. & seq.

Statutum capituli non dicitur cõfirmari per episcopum notificantem illud. s̄. Confirmatio. uersic. lxxviij.

Statuta an requirant confirmationem superioris. per Alex. plenè in l. omnes populi. in prin. de iust. & iure.

† Statuta dicũtur esse cõfirmata à superiore, si ipse superior iurat illa statuta seruare. Ita no. dicit Bal. in consil. mihi lxxxvj. incip. Per statutum ciuitatis non potest, &c. in iij. uol.]

Statutum si confirmetur lite pendente, an trahatur ad illã Bar. in l. ex pacto. iij. col. C. de re. permu. & Alex. in l. omnes populi. vij. col. de iusti. & iure. & Pet. de Anch. in ca. canonum statuta. circa medium. de consti. & Bal. in l. cùm secundo. de iniusto test. & s̄. uer. Cõfirmatio. uer. liij. & lxiij. & uer. Processus. uer. x.

Statutorum confirmatio generalis debet fieri cum clausula, Ex certa scientia: & tunc comprehendit etiam statutum inualidum, quòd contractus minorũ sine consensu propinquorum non ualeat, etiam cum iuramento, aliàs non. Alex. in consil. xxxviij. iiij. parte.

Statutorum reprobatio, quæ sunt contra ecclesiasticam libertatem, non arguit confirmationem statutorum inualidorũ. Bart. Bald. & Ioan. de Imol. in l. legata inutiliter. de leg. j. & Alex. consil. xxxviij. iiij. parte, ubi etiam dicit, quòd si sunt lecta, censentur discussa per confirmationem, secundũ Bal. ubi s̄.

Statutorum aliquorum confirmatio arguit aliorum inualidorum reprobationem, de quibus sit habita mentio, aliàs non. Paul. de Castr. in d. l. legata inutiliter. & Alex. in d. consil.

Statuta facta sunt publicãda ad sonum tubæ per ciuitatem, nisi sint condita per concilium populi, & scripta: quia nõ publicantur aliter, nisi consuetudo sit in cõtrarium. Ang. in auth. de non eli. secundo nuben. §. fin. ad fin. uer. & aduerte. col. ij. Adde s̄. eo. uer. ij.

Statuti perditi tenor qualiter probetur. j̄. uerbo, Tenor. uersi. pen. Item,

Statutum probatur per aperturam uoluminis, statutorum. Bald. in l. j. ult. col. in uer. secundò opponit gl. C. quæ sit lon. consue.

Statutorum correctio, & contrarietas. j̄. eod. per totum.

Statuta contraria circa idem si reperiantur, præualet illud, in quo est maior ratio publicæ utilitatis. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. uer. non obstantibus. iij. col. Bart. in ij. col. in fi. Bald. Imol. & doct. post Cy. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de li. & post Bart. in l. ij. §. diuus. in j. col. ff. de sepulcr. uiola. Bal. in j. consti. Codi. in §. quibus. j. col. Io. And. & Pet. de Ancha. & Imol. in c. statutum. §. cùm uerò. de rescript. in vj. & j̄. eo. uer. xxix. Item quod est æquius & iustius. Bal. in c. cùm olim. de consue. & Alexand. consil. 50. in iiij. parte, ubi plenè & singulariter.

Statutum secundũ non ualet contra primum, nisi expressè reuocet primum. Bar. in l. omnes populi. iiij. q. iij. prin. in xij. col. uer. circa secundum. de iusti. & iur. ubi de materia. & j̄. eo. uer. xxxiiij. & seq. ibi Alex. vj. col. d. l. omnes populi. Vide de statutis contrarijs, Alex. consil. ciij. & consi. sequenti. ubi plenius. & consil. 50. iiij. parte, & consil. lxxix. iiij. parte.

Statutum nouum, quòd banniti eximantur de banno solutis sexaginta, an deroget statuto generali antiquo de soluendis octoginta. Bald. in l. leges. la j. in fi. C. de legi. Ang. in auth. ut cùm de appel. cog. in prin. in uer. & prædicta faciunt ad quęstio. col. viij.

Statutum generale an deroget speciali, uel econtrà. j̄. Statutorum effectus. uersi. xiij. & xiiij.

Statutum etiam confirmatum à papa potest tolli per collegiatos. Et dicitur tolli eo ipso, q fit collegialiter contra ipsum. s̄. uer. Collegium cardinalium. uer. ij. & per Alex. in l. omnes populi. vij. col. de iusti. & iur. Abb. in c. dilecta. de præb. & in c. cùm Mar. de constitu.

Statutum nouum distinguitur per antiquum. s̄. uer. Statutum est ius. uer. v.

Statuta cassa à principe non ualent, nec excusant transgressores à pœna. auth. nauigia. & ibi Bal. C. de fur.

Statutum, quòd nihil fieri possit in fauorem rebellium potest suspendi per communitatem. Bal. in l. ij. C. si ser. expor. ueni. & s̄. Reformatio. uersic. pen.

Statutum, quòd contra statutum tale non possit dispensari sine certa solennitate, non ualet, & tenet dispensatio. s̄. Reformatio. uer. xxij.

Statutum correctum potest allegari ad decisionem causæ, quę agitur de facto præterito. Bar. in l. leges. la j. C. de legib. aliàs non. Bar. in l. fi. ff. de falsis.

Statuta facta per populum de concessione principis, possunt reuocari. Bal. in tit. de pace Constan. §. nos Romanorum. in vij. col. uer. deinde quęro. Alex. in d. l. omnes populi. vij. col.

Statutum præualet reformationi factæ in cõtrarium, si fuit seruatum antè, & pòst: s̄. Reformatio. uer. xxiij.

Statutum secundum contrarium primo non ualet, si statuentes iurauerunt nõ mutare statuta. s̄. uer. Iuramenti effectus. uer. lviij.

Statutum tollitur per actum contrarium, si sit cõditum ab eo, qui posset tollere statutum: aliàs non. Innoc. in c. accedentibus. de priuile. Bal. in Mar. Statutum. uer. vj.

† Statutum limitatiuè loquens interpretatur, & ampliatur ex rubrica generali: & stante statuto, habẽte rubricam generalem, quòd filia dotata non succedat, dato quòd in nigro statuti simpliciter dicatur, quòd filia dotata non succedat matri, uel fratri, propter rubricam generalem, excluditur etiam ab hæreditate patris. Et consuluit Paul. consil. cccxxxiiij. Alex. ij. uol. consil. cxc. col. j. ad finem. & iij. uol. consil. xiij. & consil. pen. col. viij. & iiij. uol. col. j. per Alex. in l. j. col. ij. circa finem. ff. si certum petat.]

Statuto uno rupto, nõ rumpitur aliud diuersum, nisi in utroq; sit eadem ratio. Bal. in d. uerb. Statutum. uer. pen. in fi. per l. fi. C. de indi. uidui. tollen. Adde Flo. in l. si domus. de ser. urb. prædio. & s̄. Reformatio. uersi. xiiij.

Statutum non præsumitur incontinenti se corrigere. Bal. in l. pen. in fi. C. per quas personas no. acquir.

Statutum nouum derogat antiquo. Dyn. & Cyn. in l. ij. in fi. C. de testa. tute. & per Flor. in l. j. ad legem Aquil.

Statuta plura si sunt circa idem, debet seruari quod plenius est. Bal. in l. si ita scriptum. de hæredib. instit.

Statuta possunt reformari per habentes potestatem statuendi, uel condendi statuta. Alex. in d. §. adeò. Item tolli. Alex. in l. omnes populi. v. col. de iusti. & iure.

Statutum antiquum emendatum, an dicatur nouum, uel antiquum statutum. Alberi. de Rosa. j. parte Statutorum, q. xxij. sed nunquid electi. & per Alex. in d. §. adeò.

Statuta facta tempore guerrę, possunt tolli tempore pacis. Bal. in l. j. in prin. in ij. no. C. de cadu. tollen.

Statuta possunt mutari ex diuersitate temporum. &

Statuta contraria fieri possunt, hodie unũ, cras alterum, secundum quod tempora suadent. Bal. in dicta l. fina. in prin. in ij. col. uersic. quærit sæpe papa.

Statuta non sunt mutanda per mutationem regiminis, uel status. Bal. in d. l. j. in prin. in j. col. in uer. nota, quòd contraria.

Statuta per Gebellinos facta, non possunt mutari per Guelfos, expulsis Gebellinis. Bal. in d. l. j. in prin. in uer. pone, Guelfi. & in l. j. ff. quod quisq; iur. Caue, quia ibi de hoc nihil dicit. Puto, quòd fortè uoluerit allegare in l. j. in fi. principij. ff. qd cuiusq; uniuer. ubi loquitur de Guelfis & Gebellinis, tamen non dicit hoc.

Statuta contraria debent concordari, nec dicitur unum corrigere alterum, licet unum sit posterius ad alterum, quia omnia simul sunt cõfirmata. Iacob. But. & Io. de Pra. in l. si quis. §. unius. ff. de procur. Sed contrarium uerius est, quia posterius præualet. Dy. in l. tutores non ab hære. de testa. tu. ubi Ang. idem tenet: licet confirmatio fingat eodem tempore facta esse omnia. & ibi Cy. Bar. & Bal. quòd tempus compositionis, non confirmationis inspicitur. & Bar. in l. Gallus. §. quidam. in fi. de lib. & posth. & ibi Alex. in vij. col. & in cons. lxxix. iiij. parte, & in l. omnes populi. iiij. q. ij. prin. in xij. col. & in l. ij. §. diuus. j. col. ff. sepulc. uiolat. & Bal. prima consti. Codi. in §. quib. in j. col. & tenet Bald. in l. clari. C. de fideicõ. nisi statuentes iurauerint non mutare statutum. Adde etiam de hoc s̄. eo. uer. ij. & Alex. in d. l. omnes populi. vij. col.

Statutum per Priores factũ, an reuocetur per successores eorũ. Bar. in l. ij. in §. fi. in ult. col. in uer. prædicta sunt multùm notabilia. ff. de opti. leg. ubi distinguit. Aut fecerũt ex authoritate eis concessa: & successores possunt reuocare. Aut fece

runt ex authoritate adunantiæ populi: & tunc secus. Et ad hoc adde no. per Bar. in l. si hominem. ff. mandati.

Statutum cōforme iuri communi nisi corrigatur expressè per nouū statutū, remanet firmū, cum nouū statutū intelligatur corrigere solū ius cōmune. Io. de Lig. in c. j. de rescrip. Flo. in l. si domus. de ser. ur. præd. cōtra gl. in c. j. in uer. cùm sint. de consti. in vj. Sed Bal. in l. fi. C. quæ sit lon. consue. dicit illud tolli simul cum iure communi. & s̄. Reformatio. uer. vij.

30 Statutum uidetur dispensatum, quando cōtra ipsum fit reformatio. s̄. uer. Reformatio. uer. v.

Statuta possunt corrigi ab interpretatoribus eorū. Alb. de Rosate in l. j. ff. ad Tertul. Barth. Cæpol. in rub. de uerbo. signifi. ult. parte prin. uersi. ex quo sequitur. nisi sint confirmata per papam. j̄. §. ij. uer. lxxvj.

Statutum, quòd uenientes ad habitandum sint immunes, non potest mutari per aliud nouum statutum in præiudiciū eorum, qui uenerunt ad habitandum, sed aliàs sic. Bar. in l. omnes populi. iiij. q. ij. prin. in xij. col. uersi. & circa prædicta. ff. de iust. & iure. Item idem Bal. in l. cùm mihi, de don. & s̄. Immunitas. uer. xj. & Alex. consil. cj.

Statutum primum iuramento firmatum an tollatur per secundum statutum. Bar. in d. iiij. q. ij. prin. x. col. uer. circa tertiū. ubi distinguit. Item,

Statutum primum quando tollatur per secundum derogatorium. Bar. ibidem. & Alex. & in l. sciendū. qui satisd. cog. in j. oppo. & s̄. in clausulis Rescriptorū, in uerbo, Non obstantibus. uer. xxij. & xxxij. & uer. Reformatio. uer. xij. & omnino per Alex. consil. ciij. & seq. iiij. par. & uer. Priuilegiū finitur.

Statutū si fiat ad reuocationem alterius statuti, non requirit authoritatē superioris. Bar. in l. omniū. in iiij. no. & ibidē Bald. prope fi. in uer. item no. C. de testa. & in l. ambitiosa. pen. col. uer. quæro, an decretū. ff. de decre. ab or. fac. & in l. ij. §. data. in ult. col. in prin. in uer. item debetis. ff. de opti. le. & in l. omnes populi. iiij. q. ij. prin. in x. col. uer. iuxta prædicta quæro. de iusti. & iur. & ibi Ale. in vij. col. Abb. in c. dilecto. de præb.

Statutum, quòd furtum emendetur per omnes de uilla, si est nouum, præualet antiquo, quòd furtum emendetur per custodes. Bar. in l. sed & posteriores. ff. de legi. Vnde

Statutum ultimum præualet: ut ibi. & Ang. in l. inciuile. de legibus. & Alex. consil. 50. iiij. parte. & melius consil. ciij. sed in consil. seq. iiij. col. aliter dicitur per Barbatiam.

Statutum iuratū ualet, donec tollatur, & iurans statutum non est periurus, sicut iurans contenta in statuto, si contrauenit. Card. in cle. j. iij. q. in opp. secunda. de reg. ubi uide omnino. & Alex. in l. omnes populi. vij. col. & s̄.

Statutum, quòd omni anno debeatur certa quantitas fratrib9 Prædicatoribus, potest reuocari. Io. de Imol. post Cy. in l. nō amplius. §. j. de leg. j.

40 Statuto reuocato, censentur etiā reuocatæ reformationes factæ circa illud statutū. Bal. in l. j. in prin. C. de Lati. lib. tol. & Alex. in l. omnes populi. vj. col. de iusti. & iure.

Statutum, quòd in fauorem bannitorum nihil possit statui, nō obstat, quin fiat statutum, quòd capiens bannitum lucretur decem, ut habeat locū etiam in bannito capiente alium bannitum: quia inspicitur causa principalis, scilicet fauor publicæ utilitatis. j̄. Bannitus liberatur. uer. vj.

† Statutum, seu consuetudo, ut ultra pœnam iuris imponatur pœna pecuniaria, ualet, dummodo non procedat ex radice cupiditatis: potest enim episcopus adiuuando canonem imponere nouam pœnā, ut in cle. ne Romani. iuncta gl. in uer. tolli. de elect. & Io. And. in c. fi. de off. archipresby. Abb. in c. licet. in ij. col. de pœnis.]

Statutum puniens generaliter committentes certum delictū, nō habet in totum locum in minoribus, uel in eo, qui ex aliqua causa excusat à totali delicto. Abb. in c. j. de sent. excom. & uide Bald. in l. si seuerior. C. ex quib. cau. infam. irroga. & no. per doct. in c. ij. de delict. pue.

Statutum punit proponentem exceptionē contra instrumentum guarētigiatum, Mandaui procuratori ut exceptionem proponeret, nunquid ego mandans includar sub statuto. Abb. in c. mulieres. in iiij. col. de sent. excommu. & ibidem quando statutum punit cōmittentem delictū, an habeat locum in mandante: & an statutum uendicet sibi locū in casu ficto, & debeat interpretari secundum ius commune.

† Statutum si disponit, quòd domini possessionum possint quid certum facere, debet intelligi non solùm de domino possidente, sed de domino rei, quia ipse est dominus possessionis: & etiamsi nō sit dominus in possessione, debet de eo intelligi in potiori significato. no. Bar. in l. j. ff. si ager ue. facit l. cùm satis. C. de agri. & censi. lib. xj. Abb. in c. fi. §. j. in fi. ut lite non contest.]

† Statutū, seu consuetudo in totum absorbens, seu tollens legitimam iure naturæ filijs debitam, si filij aliàs non habent unde uiuant, non ualet: nam cùm talis consuetudo, seu statutum sit ius ciuile, illum rigorem tollit æquitas iuris canonici, cui est standum: ut in c. cùm haberet. de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adul. Si aūt filij habent unde aliàs uiuant, ualet consuetudo, seu statutum in totum absorbens legitimam: quia cessat æquitas naturalis alimentorum. Abb. in c. Raynutius. de test. in v. col. dixi s̄. in uer. Legitima.]

† Statutum odiosum disponens de probatione, non includit confessionem. Abb. in rub. de proba. in fi. Vide do. Ant. in c. si sacerdos. de off. ord. & in c. licet causam. de prob. Bald. & Sal. in rub. C. eo. do. in c. presentium. §. testes. de testi. lib. vj.]

† Statutum ubi loquitur in materia iuris cōmunis, uerba non debent ampliari, ut statutum aliquid operetur: sed satis est, quòd inducat aliud remedium præter ius commune: ut uoluit Bar. in l. j. ff. ad legem Falci. Facit quod uoluit Bart. in l. j. C. de thesau. lib. x. & in l. iij. §. si rem. ff. de leg. iij. & in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infec. & in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud. & qd' no. gl. in c. j. de consti. lib. vj. & Bal. in l. iij. in fi. ff. de leg. j. per An. & Innoc. in l. stipulatio. in uer. nisi. ff. de uerbo. ob. per Bald. in l. j. de ser. manu. Abb. in rubr. de reg. & plenè per Modernos in l. properandum. §. sin autē. & ibi per Alex. de Imol.]

† Statutum, siue constitutio, licet dirigat uerba prohibitoria in personam, tamen si concernit principaliter fauorem prohibiti, an teneat actus gestus in cōtrarium, saltem quatenus obligatio quæritur. De hoc Abb. in ca. ad Apostolicam. de regul. contra Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.]

† Statutum laicorum impediens quodammodo liberam facultatem donandi pro anima, non ualet: ut no. in l. j. C. de sa. san. eccles. & statuto non obstante, quo cauetur ut bona immobilia non possint alienari in forenses, uel non subiectos iurisdictioni statuentium, poterit quis donare talia bona ecclesiæ, quia statutum inferiorum non potest tollere priuilegium indultum ecclesijs per principem. Ita uoluit Io. Andr. in c. fi. de immu. eccles. lib. vj. refert Abb. in d. c. relatum.]

† Statuto cauetur, quòd nisi testamētum insinuetur intra sex menses, sit ipso iure nullum: clericus fuit institutus hæres, & non fecit insinuari testamentum: quæritur nunquid testamentum sit nullum. Bald. in l. generali. C. de sacrosan. eccles. & in auth. cassa. eo. tit. concludit, quòd non: quia statutum non adstringit clericum. Refert Abb. in d. c. relatum. ubi dicit fortius hoc dicendum, quando ecclesia esset instituta.]

† Statuto cauetur, quòd mulier non possit contrahere, nisi cū consensu duorum consanguineorum ex parte patris, & si tales non supersunt, capiantur ex parte matris: cōtingit quòd mulier non habet, nisi unum ex parte patris, nunquid capiet duos ex parte matris: an illum unicum paternum cum uno materno. & communiter concludunt Legistæ, quòd debet capere paternos, quaten9 habere potest, & in defectū decurrere ad maternos. Ita no. Bartol. in l. Stichum, qui meus erit. per illum tex. ff. de leg. j. & Bal. in l. in copulandis. C. de nup. Ego dico, quòd debet capi ille unicus paternus cū alio materno. Et ad hoc adduco Abb. per illum text. in c. quoties. de test. ubi in defectum consanguineorum requiruntur seniores. Quid autem si non supersit, nisi unus consanguineus: dicit quòd ille producetur cum alio seniori, per tex. in d. l. Stichum, qui meus erit. & uide Bal. in l. in coniunctione. C. de nup. ubi tangit hoc, & refert Bar. in d. l. Stichū. Item subdit, statuto cauetur, quòd in contractu minoris debeat interuenire consensus matris, & propinquorum: non habet matrē. dicit quòd ubicunq; lex dat formam, iudex supplet propter matrem: aliàs secus. Item dicit ibi, pone quòd iste minor habet propinquos minores, sed discretos: dicit quòd ualebit eorum consensus. Item Pet. de Anch. in repe. c. canonum. de consti. refert uidisse in facto, Statuto cauetur, quòd in contractu

tractu minoris debeat interuenire consensus duorum propinquorum, minor contraxit, & interuenit consensus quatuor propinquorum: fuit oppositum, quòd contractus non tenebat, quia statutum non uult nisi duos: refert fuisse consultum contrarium, quia maior numerus non uitiat. l. non sunt liberi. ff. de sta. hom. l. hæredes palàm. ff. de test. l. j. §. stipulatio. ff. de uer. obl.]

† Statutum loquẽs in plurali, resoluitur in singulare, quando ex pluralitate sequitur absonus intellectus, uel iuri contrarius. Abb. per gl. ibi in c. accepta. de appel. Facit gl. in c. secundò requiris. eo. tit. & uoluit Bar. in l. ait prætor. §. fin. ff. ui bo. rap. Iac. But. & oẽs in l. iij. §. in negotijs. ff. de neg. gest. Anto. Io. de Imol. & do. Barb. in cle. & si principalis. de rescrip. Pet. de Anch. in c. j. de li. contest. & in c. relatum. de test. Archi. in c. accepimus. de æta. & quali. in suis reportatio. quem refert Domi. post Pet. de Anch. in c. quamuis. de præb. lib. vj. Bal. in c. mandatum. de rescrip. & in l. quicunq;. C. de ser. fugi. gl. in c. si compromissarius. de elect. lib. vj. gl. in c. pe. de rescrip. eo. lib. & ibi per Do. glo. in c. j. de tempo. ord. eo. li. Bald. in c. quęstioni. de appel. & in l. j. C. de condi. inser. & in l. iubem⁹. §. pe. C. ad Trebel. gl. & ibi Bal. in l. diuus. §. diuus. in uerbo, quorum iudiciorũ. ff. de peti. hære. gl. in c. pe. de arbit. lib. vj. tex. in l. pater Seuerinam. §. j. ff. de condi. & demon. gl. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Barb. in rubr. de plus pet. gl. in clem. j. de renuncia. Bar. in l. j. ff. de procur. Io. de Imol. post Pet. de Anch. in c. relatum. ij. de test.]

† Statutum, uel consuetudo, quòd quis censeatur nobilis ex progenie materna, nõ ualet. Benedict. in repe. c. Raynutius. fol. 6. col. j. de test.]

Statuta super quibus fiant, uel non. uide j. eo. per totum. & per Bal. in l. cunctos. ix. col. & seq. de sum. tri. & fide cath.

Statutum contra consuetudinem ecclesiæ ualet ex causa. Abb. in c. cùm M. de consti. & s. uer. Consuetudo tollitur. uer. j.

Statutum super dispositis à iure naturali ualet, uel à iure gentium, si tamen addat, uel detrahat, non si penitùs tollat. Bar. in l. omnes populi. in iij. q. prin. in prin. in viij. col. in uer. fin. Addo Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu.

Statutum super dispositis à iure diuino, an fieri possit. Bart. in d. l. omnes. in ij. q. iij. q. prin. in ix. col. ubi distinguit. Ang. in dispu. duo Gallici, & c. ult. char. & potest distinguere ius diuinum. Bal. in l. fi. si contra ius uel uti. publ. in j. q. quòd sic.

Statutum, quòd alicui iustitia denegetur, non ualet. Ang. in l. si non speciali. C. de testa. Sed

Statutum, quòd aliquis non audiatur, ualet, quasi uox eius efficiatur funesta. Ang. in l. fi. C. de malefi. & math. Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. de const. Bal. in l. j. C. si à nõ compe. iud. Alex. in l. cùm mulier. solu. matr.

Statutum super dispositis de iure cõmuni, quando ualeat. Bar. in d. l. omnes populi. iij. q. iij. prin. in ix. col.

† Statutũ, quòd credatur libris mercatorum, intelligitur & interpretatur, quo ad ea, quę concernunt artem mercantiæ, & non quo ad alia. Vide Decium consil. xl. col. pen. uersic. & in simili. Adde, quòd statutũ potius declarationem recipit ab alio statuto, quàm à iure communi. Deci. consil. lxv. col. ij. circa finem.]

Statuta habentia aliquod motiuum rationabile, ualent, licet careant æquitate. Bal. in l. j. §. initium. in ij. no. ff. de post. & in l. lege. in j. col. magna. in fi. C. de legi. hære. Item ualet sine ratione, dummodo non contineat præiudicium alicuius. Bal. in d. l. lege. in j. col. in fi.

Statutum super successionibus ualet. j. Statuta de ultimis uoluntatibus. per discursum.

10 Statutum non potest disponere, ne quis se defendat. s. Defensio. uer. xxxvij.

* Statuta laicorum nec in clericis, nec in eorum rebus locum habent. c. quæ in ecclesiarum. c. Ecclesia S. Mariæ. de constitutio. c. fi. de reb. eccles. non alienand. ubi doc. illustrissimus Card. Host. & Io. And. in c. postulasti. col. fi. de foro compe. Cy. in l. ij. colum. fi. C. quæ sit long. consuetu. Andr. Tiraq. in tract. de iure primogenior. q. xliij. nu. 3. Æmilius Maria Manolessus.

* Statuta odiosa, id est, quæ onus ullum uel clericis, uel eorũ rebus imponunt, nullas uires obtinent: auth. cassa. C. de sacrosan. c. ecclesia S. Mariæ. de constitutio. c. j. de consuetu. c. clerici. de iud. c. cùm causa. de re iudic. And. Tiraq. in tract. de iure primogenior. q. xliij. nu. 3. Æmilius Maria Manolessus.

Statutum contra ecclesias, uel ecclesiasticam libertatem non ualet: auth. cassa. & ibi doct. de sacrosanct. eccles. & ibi Bal. in prin. & Bal. in Mar. Ecclesia. uer. j. Bar. in l. fin. in l. ij. col. in prin. in uer. idem possumus dicere. C. de pact. & j. uersi. xxij. xxxiiij. & xxxvj.

† Statutum prohibens contractũ, an liget ecclesiam, quando talis prohibitio multùm sibi præiudicaret: puta si prohibet uendi non sustinentibus onera. Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in lx. col. uer. tertium notabile est, quòd statutum. Et ibi latè subdit, an statutum prohibens alienationem fieri in non subditum, includat clericum.]

Statutum, quòd hospitale annuatim uendat, nõ ualet. j. Statutum de contractibus. uer. vij.

Statutum super usuris an fieri possit. j. Vsuræ. uersi. xlj.

Statutum, quòd libri Hebræorum plenè probent, ualet, uel cõsuetudo, uel priuilegium. Alex. consil. liij. j. par.

Statutum non potest permittere usuras, etiã minimas. j. Vsura. in uer. xlj.

Statutum non potest permittere occisionem debitoris non soluentis creditori. Bal. in l. j. x. col. uer. ex his apparet. C. de sum. tri. & fi. cathol.

Statutum an possit tollere exceptionem non numeratæ pecuniæ. s. Exceptio non numeratæ pecuniæ. uer. xx.

Statutum, quòd uxori debeantur usuræ pro dote non restituta, uidelicet annuatim certum quid, an ualeat. Ange. in l. Titia. solu. matrimonio. Paul. de Castr. in d. l. j. de sum. tri. Fran. Por. de duobus fra. xxiij. q. quòd sic.

Statutum, quòd non possit opponi cõtra statuta exceptio nullitatis, non ualet. Bal. in l. j. ij. col. magna. in fi. in uer. & prædicta faciunt ad statutũ. C. de his quæ pœn. no. Barth. Cæpol. in rub. de uerb. sig. ult. parte prin. uer. sed quæro circa præmissa. & omnino per Alexan. in l. j. §. & parui. ff. quod ui, aut clàm. & s. Nullitas. uer. xij.

20 Statutum, quòd mutuans communi non teneatur ad collectas, non ualet. s. Collecta quibus. uer. xxxiij.

* Statuta non habent locum in non subditis. l. j. ubi doct. C. de sum. trinit. c. à nobis. el j. de sent. excommunicatio. c. quod autem. de pœniten. & remissio. cap. ij. de constitutio. in vj. Andr. Tiraq. in tract. de iure primogenior. q. xliij. nu. 3. Æmilius Maria Manolessus.

* Statuta à laicis Principibus, Imperatore excepto, condita, etiamsi generalia sint, ac fauorabilia, nisi tamen S. P. sint authoritate approbata, ecclesijs, & ecclesiasticis personis non prosunt. cap. Bene quidem. dist. xcvj. cap. ecclesia sanctę Mariæ. de constitutio. Illustrissimus Card. Host. in cap. fina. ubi Io. And. col. pen. & Abb. col. fina. de solutio. Pet. Anch. in repeti. c. j. xij. q. prin. de constitu. Ioan. And. in c. j. de oper. nou. nunci. And. Barb. in c. dilecti. colum. iiij. de foro com. Matth. Mathes. sing. cxj. Bald. consil. cxxxv. col. fi. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Stante statuto, ut filia masculis existentibus non succedat, clericus filius filiam non excludit, Matth. Mathes. sing. cxj. Anchar. in repeti. c. j. xij. q. prin. de constitu. Ioan. Imol. in c. ecclesia S. Mariæ. in c. dilecti. de cõsti. And. Barb. in c. quod clericis. col. xxvij. de foro com. Ludo. Roma. sing. cccc xliij. Alexan. consil. xlj. uol. vij. Andr. Barb. consil. liij. col. fi. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Statuta à laicis principibus condita generalia, & fauorabilia, secundum com. op. & ecclesijs, & ecclesiasticis personis prosunt. c. constitutus. de in integr. rest. c. dilectum. ibi Ioan. And. in uerbo, Angelicis. Illustr. Card. Zab. Anto. Butr. Pet. Anch. Abb. & alij de foro compe. c. ij. de consuetud. cap. si in adiutorium. dist. x. c. fina. ubi Abb. not. j. de uit. & honest. clerico. Illustr. Car. Zab. in c. perpendimus. ij. q. de sent. excommu. Domi. in cap. fi. de off. delegat. in vj. Rochus Curti. in ca. fi. xj. q. de consuetu. Andr. Tiraq. in tracta. de iure primogenior. q. xliv. & in tracta. Retractatuum. tit. j. §. j. gl. viij. in uerbo, le parent. nume. 41. Alexand. consil. cxj. colum. penul. uolum. ij. Ioan. Anto. Rub. Alexand. in consil. clix. Æmilius Maria Manolessus.

* Statutum, ut masculis extantibus fœminæ non succedant, filiā filio clerico existente, sec. com. op. excludit. Bal. in rep. l.j. col. vij. C. de sum. tri. Pau. de Cast. in l. omnes populi. post medi. ff. de iusti. & iur. Alex. in addi. ad Bar. in l.j. §. qui habebat. ff. de bon. pos. contra tabu. And. Barb. in rep. rub. C. qui admit. col. v. Ant. Butr. in c. quæ in ecclesiarum. col. j. de consti. in c. quod clericis. ubi illustr. Card. Zab. & Abb. de foro comp. Illustr. Card. Zab. in c. perpendimus. col. xij. de sent. excom. Abb. in c. ecclesia S. Mariæ. ubi Fel. q. vij. de constituti. Abb. in c. constitutus. not. v. de in integr. restitutio. in ca. j. col. iij. de oper. noui nuncia. Guiliel. Bene. in rep. ca. Raynutius. in uerbo, duas habens filias. nu. 142. de testam. Gregor. Nat. in rep. cap. quamuis. xvj. quæstio. de pact. in vj. Matth. Afflict. in constitut. Siciliæ, in aliquibus. xv. quæstio. Angel. Claua. in uerbo, lex. uersic. v. Laur. Pallaci. in tracta. Statut. fœminas repellentium. colum. xvj. Andr. Tiraq. in tracta. de iure primogenior. quæstio. xliiij. nu. 7. Bald. consi. xxx. uol. j. Angel. consil. lxviij. consil. cclxxxj. Lap. Abb. alleg. cix. Ioan. Ligna. Alb. Lap. Castellio. alleg. seq. Alexan. consi. cxj. col. ij. uol. vij. And. Barb. consi. 50. quæst. j. uol. iij. consil. lxxiij. col. iij. uol. iiij. Soci. consil. cclj. col. j. uol. ij. consil. cxxviij. col. ij. uol. iiij. Deci. con. cclxxxij. col. iij. Æmilius Maria Manoless.

Statuta laicorum in fauorem ecclesiarum ualēt. c. cùm nobis. & ibi doct. de præscrip. & in c. nouit. de iud. & ibi doct. Item fauore clericorum. Bal. in d. l. j. in ix. col. in uer. & per hoc etiam dico. C. de sum. tri. Paul. de Castr. con. ccxcix. incipiente, Ad primum quæsitum.

† Statutum laicorū prohibens capi possessionem beneficijs sine licentia dominorū populi, non ualet, & statuentes sunt ipso iure excommunicati. Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. col. xliiij. in xj. q. Idem in prouisione principis, ne eo irrequisito aliquis beneficium impetret, nisi hoc faciat cum licen ia papæ: nam uideretur incurrere excommunicationē ipso facto: ut ibi per eum.]

Statutum, quòd non reddatur ius clerico declinanti forum seculare, dicitur contra libertatem ecclesiasticam. Bal. in auth. cassa. de sac. san. eccl. j. col. & j. quæst. quem etiam uide in authen. statuimus. in ij. col. C. de epi. & cle. & in Marga. uerbo, Ecclesia. uersic. j. & infra, uerb. Statuta de iudicijs. uer. xxx. & xxxij.

Statutum, quòd consanguineus clerici declinantis forum puniatur, non ualet, cùm sit contra libertatem ecclesiasticam. Bal. in l. j. ad fi. C. de indi. uidu. tollen. & Bar. in l. j. uer. ult. no. ff. de his, quę pœ. nom. Alex. in l. j. ff. in ius uo. ut eant. & j̄. eo. uer. xxxv. & xxxvij.

Statutum, quòd consanguinei clericorum teneantur pro clericis, non ualet. Ang. in auth. de non alie. §. quia uerò. el ij.

Statutum, quòd declinans forum laici possit impunè offendi, non comprehendit clericos. Bal. in l. si quis sub conditione. in fi. ff. de condi. instit. sed ualet etiam, quo ad clericos. Bald. in d. auth. cassa. iij. q. & Bar. in l. j. §. quæ onerandæ. uersic. iuxta hoc quæro. ff. quarum re. actio non da. Secus, si expressè dicat de clerico. Bal. in Mar. uer. Ecclesia. uer. j. Vide Bart. in d. auth. cassa. & Bald. in l. j. C. de indicta uiduit. tol. ad fin. per Alex. plenius in l. ab administratione. C. de legib.

Statutum cōtra priuilegia solius ecclesiæ Romanæ, an ualeat. Bal. in d. Marg. uer. Ecclesia. uer. j.

Statuta laicorum super ecclesijs ualent cum confirmatione papæ, aliàs non. Bal. in Marg. uer. Statutum. uersic. v.

Statutū, quòd clerici residentes in ecclesia per duas horas tempore diuinorum officiorum, habeantur pro residentibus ad totum officium, non ualet. Car. in cle. j. de celebr. mis.

Statutum permittens offensionem, ualet. Io. And. in addi. Spe. de consti. in addi. in ij. q. & s̄. uer. Bannitus offendi. uer. ij. & per discursum. & intelligitur etiam permittere occisionem. dixi in d. uer. & s̄. uer. Offendere. uer. xv.

30 Statutum potest tollere exceptionem inductam à statuto. Alex. in l. cum muliere. sol. matr.

Statutum, quòd sententia contra unum noceat, an ualeat. Ale. in l. sæpe. de re iud.

Statutum, quòd quis non possit allegare ignorantiam, ualet. Bal. in l. j. ff. de legi. & Alex. in l. diuꝰ. post Bart. ff. de flu. Lud. in l. de pupillo. §. nunciatio. de oper. no. nun.

Statutum, quòd contractus, etiam iuratus, non ualet, nō dicit contra libertatem ecclesiasticam: & ideo remanet confirmatus per confirmationem generalem, etiam factam cum clausula, nisi quę sint contra libertatem ecclesiasticam. Alex. consil. xxxviij. iiij. parte.

Statutum, quòd nullus uadat ad molendinum, uel ad furnum ecclesiæ, uel monachorum, non ualet, quia etiam indirectè non sunt grauandi religiosi. Cardin. in cle. j. in prin. x. not. de exces. pręla. & omnino per Alex. in consil. ccxj. ad fi. ij. parte. Pet. de Anch. consil. In Christi nomine, amen: pro communitate, &c.

Statutum ultimum cassans statuta facta contra ecclesiasticam libertatē, non liberat statuentes à pœna. Bal. in d. auth. cassa. vj. q. post Bar. ibi in uersi. quæro, in uolumine Statutorum.

Statutum contra ecclesiasticam libertatem intelligitur, per qđ clerici redduntur timidiores. Bar. in l. j. §. quæ onerādæ. uer. iuxta hoc quæro. in fi. ff. qua. re. actio non da. in d. auth. cassa. circa medium. & Bal. in l. fi. xj. col. C. de edi. di. Adri. tol. Item quod est contra priuilegia ecclesiarum uel clericorū, concessa à lege, uel papa. Alexand. consil. ccx. & sequen. ij. parte, & in consil. xvj. iiij. parte. Bartol. in l. cunctos populos. v. q. de sum. tri. & fide catho. & in auth. cassa. in j. q. C. de sacrosanct. eccles.

Statutum, quòd bannitus impunè offendatur, comprehendit etiam clericum. j̄. Statutorum extensio. uer. v.

Statutum reprobans iuramentum certis casibus, ualet. Bal. in l. non dubium. ij. col. uer. item not. C. de legi. Paul. de Castr. consi. cxlij. incipiente, Visis & consideratis omnibus. in ult. col. & omnino Alex. in l. fi. qui satisda. cogan. & j̄. Statuta de contractibus. uer. xix. cum multis seq.

Statutum, quòd uolens intrare collegium scopatorum soluat decem, an ualeat. Arch. xlij. di. si quis despiciat. Lud. Pon. in sing. uersi. habeo nunc pulchrum casum ad consulendum.

40 Statutum, quòd pro mortuarijs non possit expendi supra decē, non ualet, quasi attingat connexa spiritualibus. c. cùm laicus. de re. eccles. non alie. Ludo. in sing. uersic. reuerendi. car. sancti Marcelli.

Statutum, quòd forensis non acquirat, an ualeat. s̄. Forensis ꝓhibitus. uer. vij. quòd sic.

Statutum non potest claudere os, ut quis non loquatur. Bal. in l. j. iiij. oppo. de his, quæ pœ. nomi.

Statutum potest fieri super omni eo, quod potest in pactū deduci. gl. in c. ij. de consti. in vj. & in rub. C. de decre. decu. lib. x. Bald. in l. j. in j. col. in fi. in uer. secundò reuoco in dubium. C. ne fil. pro pa. quod potest fieri per pactum iuramento uallatum, potest & per statutum. Bal. in l. j. xv. col. de sum. tri. & fide catho. Io. de Imol. in l. alia. §. eleganter. solut. matr. ubi dicit dictam gl. sing. affirmatiuè non intelligendam. Vnde

Statutum nō potest fieri de his, quæ per pactū fieri nō possunt. Ioan. de Imol. ubi s̄. & uide Bart. in l. omnes populi. iij. q. ij. prin. in xj. col. ff. de iust. & iur. & ibi omnino per Alex. iiij. co. & in consil. lj. iiij. parte. Item contrà, quia pacto non derogatur iuri publico. cap. si diligenti. de foro compet. sed statuto sic, nisi sit de reseruatis principi, uel contra bonos mores, secundū Abb. ibi. j. col. in iij. no. Item contrà, j̄. Venditio quando. v. uer. Item contrà, quia statutum facit arbitrum iudicare secundum consilium sapientis, non pactum. Bal. in l. qualem. in fi. ff. de arbitr.

Statutum, quòd ecclesia non possit acquirere, non ualet. Bald. in l. fin. in ult. col. in prin. uer. ex hoc concludo. C. de sac. san. eccles. & s̄. uer. Prohibitio alienandi. uersi. xv. Secus, si de forensi. ibidem. Addo j̄. Statutum de contractibus. uer. liiij. & in uerbo, Statutorum effectus. uersi. lxxj.

† Statutū, quòd res dotalis non ualeat alienari, extenditur ad alienationem factam in clericum, quia cōcernit rem. Ita tenet Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in xxxviij. col. uer. v. & ultimus casus. de constitu.]

Statutum, quòd iuramentū nō cōfirmet cōtractū, an ualeat. j̄. Statutum de contractibus. uersic. xviij. & uer. lxij. quòd nō.

Statutum à collegio doctorum nō potest fieri de nouo, per qđ doctorandi magis grauentur. Bald. in auth. habita. iiij. quæstione, ne fil. pro patre.

Statutū de frumento nō uendendo, nisi certo precio, nō tenet. Bald. in l. j. C. de monopol. & j̄. Statuta de contractibus. uer. lxxxix.

Statutum non debet aperire uiam periurijs. Bald. in l. ij. in ij. notab. C. de indi. uidui. tol.

50 Statuta iniqua fieri non possunt per habentes arbitrium statuendi generale. Bal. in l. j. in prin. C. de monopol.

Statuta iniqua condere, peccatum est, & uæ conditoribus. cle. j. & ibi Cardi. de usur. Esaiæ x. Væ uobis, qui conditis leges* iniquas.

Statutum tollens defensiones, non ualet. ar. l. ut uim. de iusti. & iure. & s. uer. Defensio. uersi. xxxvij. Quod uerum, nisi ex causa iusta, ut propter demerita, uel contumaciam. l. sed & si per prætorem. §. si cum decreto. ff. ex quib. cau. ma. & Paul. de Cast. in l. ut uim. de iusti. & iure. quem etiam uide in l. omnes. de episc. & cleric. & Bart. in l. cùm mulier. sol. matri. in ij. col. in uer. quæro de una quæstione. & ibi Paul. idem tenet. Sed Bal. ibi. & Raph. Cuma. & latè dom. Alex. Imo. in v. col. cum seq. in uer. secundò quærit. Bart. tenet contrarium. & Bal. in quæstione sua, quæ incipit, Statuto cauetur, quòd fœnerator. in viij. & xiij. col.

Statutum an tollat appellationem. suprà, Appellatio tollitur. uersic. vj.

Statutum potest tollere citationem. s. uer. Citatio requiritur. uer. lxxxix. & Bald. in auth. si quis in aliquo. pen. col. in uer. secundò requiritur partis citatio. C. de edend. & Io. de Imo. in l. si sic. §. j. de leg. j. Vide Bald. in l. si quis curialis. in pe. col. C. de epi. & cler. Sed Bald. & Pet. de Su. in l. j. in j. col. in fi. in uer. sed hîc quæritur. C. quomodo & quando iud. quòd non ualet statutum, quòd sententia feratur contra absentem, etiam non citatum: secus, si de absente simpliciter.

Statutum uerò, quòd bannito non sit permissa defensio, an ualeat. s. uer. Defensio. uer. xxxvij.

Statutum super dotibus ualet. docto. in c. Raynutius. de testa. Lau. in l. in quorum. xij. col. de pig.

Statutum, quòd sententia super usuris ualeat, an sit ualidum. Bald. in c. j. §. simpliciter. in j. col. in fi. in uer. sed nunquid populus. de contro. inue. quòd sic.

Statutum super iure certæ personæ an fiat. suprà, Ciuitas. uersic. xlv.

Statutum de non appellando, an ualeat. suprà, uer. Appellatio tollitur. uersi. vj. quòd non.

60 Statuta laicorum super spiritualibus fieri non possunt, nec seruanda sunt, etiam in foro ecclesiastico. Fede. de Sen. con. xxj. & Pau. de Cast. consi. lxxiij. incipiente, Visis, & ponderatis omnibus.

Statutum, quòd pro dote non restituta debeantur mulieri decem pro centenario singulis annis, ualet, & non dicitur usurarium. Car. in cle. j. vj. q. de usuris. & j. uer. Vidua. uersi. xxij. & Alexan. in consi. lij. iiij. parte. Callimachus, &c. & j. Vsuræ. uer. ccluij. & Bal. in l. fin. C. de iure dot. Alex. in l. si quis sit. §. apud. de ædil. edic.

Statutum potest permittere uindictam. j. Vindicta. uersic. j.

Statutum super reseruatis principi fieri non potest. plenè per Alex. in l. omnes populi. iiij. col. de iusti. & iure.

Statutum potest tollere bannitis defensionem inductam à statuto. Bald. in q. statuto cauetur, quòd fœnerator. viij. & xiij. col. Alex. in l. cùm mulier. sol. mat. ubi etiam dicit, quòd statutum potest tollere defensionem impugnatiuam.

Statutum potest conferre administrationem bonorum pupillo. s. uer. Pupillus.

Statutum, quòd non posit allegari ignorantia statuti pœnalis, non ualet. Bal. in l. j. de legi. per Alexan. in l. de pupillo. §. nunciationem. de oper. no. nunciat.

Statutum, quòd fur bulletur in facie, non ualet. Angel. in l. si quis. C. de pœnis. Alex. in l. cū diuersis. de relig. & sump. fu.

Statutum, quòd bona ingresi monasterium spectent ad eius proximiores, an ualeat. Alex. con. cxxxix. ij. parte.

Statutum de carcerando ualet. Bart. in l. Titio. §. ij. de cond. & demon. paulo post principium. Adde Bal. Imo. & do. Alex. Imo. in l. nemo potest. in ij. col. ff. de leg. j.

70 Statuta super matrimonio, non ualent ad impediendum. c. j. & c. gemma. de spon. c. j. & c. super eo. de cogna. spir. c. statutum. de hære. in vj. & c. tuam. de ordi. cogi. cle. dispendiosam. de iudi. c. fi. de sec. nup. Cy. in l. fin. C. de interdi. ma. inter. tut. & pu. & Alex. consi. xxxviij. iiij. parte. † Adde Feli. in c. j. de sponsa. in vj. col. in prin.]

Statutum, quòd mulier sine consensu patris non possit contrahere matrimonium, non ualet. Ias. in l. j. §. huius studij. in pe. col. uer. & an ualeat. ff. de iusti. & iure.

Statutum, quòd nullus contrahat matrimonium cum Guelfis, & Gebellinis, non ualet. no. in d. c. j. de sponsa. & Pau. de Cast. in l. j. §. ius naturale. de iusti. & iure. Bal. in l. nemini. in j. q. C. de nup. & Bar. in l. edicimus. C. de murileg. lib. xj. Addo Bald. in d. l. j. §. ius naturale. in ij. col. uer. sed hîc quæritur. & in l. ij. §. docere. in fi. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. est, ui exi. Sed contrà, quia imò papa potest disponere prohibendo matrimonium contrahi cunctis personis, non in genere. s. uerb. Matrimonium impeditur. uer. ix. & uer. Papa. † uer. xxiij. † Et per Felin. in d. c. j. xj. col.]

Statutum arctans ad nubendū, non ualet. no. in d. c. statutum. de hære. lib. vj. in Nouel. per Io. And. & Bal. in l. pactum. xx. q. de col. Fran. Por. de duo. fratri. iiij. par. xxiiij. q.

Statutum potest deputare executores testamentorum. suprà, Executor testamenti à quo. uer. x.

Statutum, quòd filia non posit nubere sine consensu patris, ualet. Bal. in l. omnem. in fi. col. in uer. & adde. C. ad Tertul. & ibi omnino per Alex. qui tenet contrà, secundū communem opi. & idem tenet Io. And. in c. j. de spon. in vj. quòd nō ualeat. & Alex. consi. xxxviij. iiij. par. & in consi. xcv. v. j. parte. Sed Pet. contrà in cons. In Dei nomine, amen. Titius desponsauit, &c. Io. And. in c. statutum. de hære. in vj. & Bal. in l. ij. §. ius naturale. in ij. col. uersic. sed hîc quæritur. ff. de iust. & iur. Caue tamen, quia Bal. ibi loquitur in alio casu: ut dixi. & suprà eo. uer. lxxvij. Secus in fratre. Lau. in l. in quorum. xij. colum. de pig. Vide Abb. in c. cùm contingat. xiij. colu. de iureiuran.

Statutum permittens uenire contra iuramentum sine causa, est irrationabile. j. Statuta de quibus. uersi. xviij.

Statutum, quòd platea communis uendatur, an habeat locū. Bart. in l. continuus. §. cùm quis. circa fi. ff. de uer. obli. quòd sic. Barth. Cæpo. in l. inter publica. de uer. sig.

Statutum fieri potest, quòd actus non ualeat, nisi omnes consentiant. Abb. in c. constitutus. de app. in ij. col. uer. ex quo notabis bene. & ibidem Phil. ubi idem dicunt, uel nisi à pluribus fiat.

Statutum, quòd uolens cedere bonis, ducatur cum tubis per ciuitatem, uel faciat actum uituperosum, ut dare terga coni, prout moris est in Capitolio urbis, non ualet: not. in l. fi. & ibi doct. & Baldus in l. ij. no. C. qui bo. ce. pos.

Statutum super modo probandi contractum usurarium, non ualet conditum à secularibus. Feder. de Senis consil. xvj. & Alex. consi. xxxviij. iiij. parte.

80 Statutum potest dare formam citationibus. suprà, Citatio. §. j. uer. xij.

Statutum de uenditione an habeat locum in donatione. infrà, Venditio el j. uer. iiij. quòd sic. & an in permutatione, ibidē.

Statutum generale super precio rerum, id est, quòd uendā ur certo precio, ualet: non autem speciale contra unū tantūm, uel contra duos. Barto. in l. nemo. C. de Iudæis.

Statutum, quòd etiam inculpabiles capiantur pro repressalijs, non ualet. Bald. in auth. & omnino. ij. col. uer. modò dubitatur. C. ne uxor pro marito.

Statutum, quòd usurarius teneatur etiam sine cautione, non ualet. Bal. in l. consulta. C. de test. in j. q.

Statutum potest dispensare, quòd aliquæ res uendantur, sicut potest prohibere. Alex. post Bartol. in l. si in emptione. §. omnium. ff. de contrahen. emp. & in l. ij. §. j. de actio. empt. & s. uer. Alienatio. uer. clv. & uerbo, Forensis prohibitus. uersic. vj. & infrà, uerbo, Statutum de contractibus. uersic. 100. Vnde

Statutum potest prohibere translationem dominij: ut ibidem.

Statutum concedens licentiam deprædandi, ualet. suprà, uer. Præda. uer. iiij.

Statutum non potest tollere exceptionem excommunicationis. infrà, Statuta iudiciorum. uer. lxiiij.

Statutum an posit prohibere contractum emptionis & uendi. j. Statuta de contractibus. uer. lxxij.

90 Statutum, quòd nullus uadat, uel habitet extra districtum sub pœna, ualet. Bart. in l. fi. de decre. ab ordi. fa. & in l. mer-

catores.C.de commer.& merca.& quod per Bartol. in l.relegatorum. §. interdicimus. in j. not. ff. de interdictis & relegatis.

Statutum potest ex causa auferre alicui dominium rei. s. Dominium perditur.uers.viij.

Statutum, quòd detur uenia ætatis, non ualet.j. uerbo, Venia. uersic.iij.

Statutum super ornatu mulierum per episcopos an fieri possit.s. Statuta à quibus.uersic.xlij.

Statutum ualet laicorum, quòd nullus inuestiatur de re, possessore non citato, & intelligitur etiam de rebus ecclesiasticis.Alex.in consil.xciij.ij.parte.

† Statutum prohibens alienationẽ in non subditum sine licentia principis, non ualet, quo ad ecclesiam.Felin.in c.ecclesia sanctæ Mariæ. in xxxix. col. uersic. secundum notabile est, quòd ecclesia.de constitu.]

Statutum potest constituere præmium occisoribus bannitorum.s.uer.Occidens bannitum.uer.pen.

Statutum an possit tollere nullitatem.s.Nullitas.uer.xij.Et an appellationem.s.uer.Appellatio tollitur.uersic.vj. Et an exceptiones omnes.s.uerbo, Exceptio nullitatis. & per doct. Bart.& Alex.in l.j.§.& parui.quod ui, aut clàm. Bald. quòd sic, in l.edita.pen.col.de eden.

Statutum collegij ecclesiastici nõ ualet, quòd in actibus ipsius omnibus requiratur concordia duarum partium: quia potest quandoque esse damnosum ecclesiæ, non fieri per maiorem partem.Abb.in c.j.de his, quæ fiunt à ma.parte ca. & Alex.in l.j.ff.de decre.ab ordi.fac.

Statutum contra ius publicum fieri non potest à mercatorib. Bart.in l.receptitia.in ulti. col. uersi. item non possunt.el ij. C.de const.pecu.Item nec de eo, quod sit euidenter iniustũ. Bal.ibidem, in uer.item non possunt.el j.

Statutum, quòd potestas habeat quartam partẽ de omnibus, quæ fecerit uenire in fiscum, ualet. Bart.in l.j.de frumento. Alex.lib.xj.

100 Statutum, quòd nobilis non possit esse aduocatus, ualet. Bar.in d.l.j.C. de frum. Alex.lib.xj.

Statutum permittens prædam, si intra tempus non euacuetur domus, intelligitur, quòd salua conscientia retineatur.Bal. in l.j.§.quod autẽ.de aleato. Caue, quia Bal. non legit illum titulum.est uerum, quòd Bar. ibi dicit unum dictum de statuto, sed non dicit hoc.

Statutum illicitum semel reprobatum, non potest iterum fieri.Bal.in l.fi.C.de pac.pig.

Statuta contra decimas, & primitias, sunt contra legem Dei, & non ualent.Bald.in l.fi.in ij.col.uer.quomodo ualet statutum.C.sine cen.uel reliq.

Statutum inferens metum in electionibus, non ualet.Bal.in l. omnem.in fi.C.ad Tert.

Statutum potest disponere circa solennitatem testamentorũ. infrà, Statutum de ultimis uoluntatibus. uersicu. xcviij. & sequent.

Statutum prohibitiuum potest prius suspendi, quàm proponatur factum prohibitum.suprà, uerb.Reformatio. uers.pe.

Statutum debet intelligi super casu possibili secundum naturam.l.filio, quem pater.de li.& posth.l. si pater. §. in arrogationibus.ad fin.ff.de adop.l.ij.ad fi.de usu.ea.rer.

Statutorum uerba generalia non referuntur ad impossibilia statuentibus: puta ad ea, quæ non sunt suæ iurisdictionis. Bal.in l.fi.§.in computatione.in fi.C.de iure delib.

Statutum, quòd seruari non potest sine peccato, etiam ueniali, debet cassari.c.fin. & ibi Sicu.in j.col.uersic.nota abolendam.& doc.de præscri.

110 Statutum, quòd licita propter illicita confiscentur, ualet. Bald.in l.iij.in iiij.no.C.de nau.fœno.

Statutum, quòd bannitus fiat seruus capientis, an ualeat. Bal. in l.ij.C.quibus ad liber.procla.non licet.quòd sic. Alex. in j.constitu.Digest.§.omnes.

Statuta, quòd tutela duret usque ad decem uel quatuordecim annos, ualet.Bal.in l.iiij.ad fi.C.ad Tertul.

Statutum, quòd quilibet intrans per portam ciuitatis, soluat duos denarios, ualet.Item,

Statutum, quòd quilibet colens, uel coli faciens agros, soluat decem de iure communi, ualet.Bald.in l.j.vj.col.in fin.circa naturam infinitatis euitandæ.C. de sen. quæ pro eo, quod inter.profer.

Statutum, quòd capiens bannitum lucretur, ualet. Bartol.in l. j.ff.de plagia.uel si dicit, quòd si capiens bannitum fiat ciuis. Alex.& Bald.in l.j.quibus ad li.procla.non licet.

Statutum, quòd consortes possint intra annũ retractare uenditionem, ualet, secundum Salic.in l.dudum.C.de contrah. emp.ubi dicit etiam, quòd

Statutum de non alienando extra consortes, non ualet, ut ibi. Sed imò ualet, secundum Bal.ibi, in fi.& Bartol.in l.ij.in fin. primæ col.uer.item no.C.de debito.ciui.li.xj. ubi ualet statutum cogens quem ad uendendũ rem sibi confirmanti. & Inn.in c.constitutus.de resti.in integ.per Alexan.plenius in consilio lij.j.parte.

Statutum super nauigatione an ualeat.Bartol.in l.j.ff.ut in flu. pu.quòd non.

Statutum contra ius priuati, an fieri possit.per Bart.in l.Antiochensium.ff.de priui.cre.quòd sic, faciendo statutum generale, non autem speciale contra unum. Addo Bartol.in l.omnem.in iij.col.uer.item quæro, in j. const. Digestorum.& s.Ciuitas.uer.xlv.

120 Statutum, quòd ignorantia statutorum allegari non possit, ualet.Bart.in l.diuus.la j.in fi.principij.ff.de falsis.

Statutum non ualet de eo, quod disponebatur per consuetudinem reprobatam.Bal.in l.dudum. C.de contrahen.empt. uer.alij dicunt.

Statutum ualet, quòd forensis cogatur uendere, uel destruere, uel altiare domum.Bart.in l.j.iiij.q.j.princi.in vij.col.C. de sum.tri.& fide catho.

Statutum ualet, quòd debitor non soluens intra certum tempus detur creditoribus dilacerandus.suprà, uer. Debitor suspectus.uersi.xj.non tamen in specie ponit hunc casum.

Statutum, quòd possessio ex solo titulo transferatur, ualet.suprà, uer.Possessio ciuilissima.uer.j.

Statutum super lite pendente non ualet. Ang. in auth. de non eli.secundò nuben.§.fi.paulo post principium.

Statutum ualet, quòd excommunicatus non possit absolui, nisi quolibet mense, quo stetit in excommunicatione, soluat decẽ solidos.Host.& Io.And.in c.ad aures.de simonia.

Statutum, quòd uxores rebellium censeantur bannitę, sicut & mariti, an ualeat. Bald. in addi. Spec.de app.in secundis addi.in vij.col.uer.inferiori tempore rebellium.quòd sic, si publicè expediat.

Statuta contra consuetudinem, quòd relicta pauperibus dentur alteri ecclesiæ, quàm ei, cui consueuit dari per tantum tempus, quòd non sit memoria in contrarium, non ualet. c. ad Apostolicam.de simo.Io.And.in addi.Spec. de instr. edi. §.nunc uerò aliqua.Bartol.in l.priuilegia.in fin.de sacrosan. ecclesijs.

Statutum nutritiuum peccati non ualet, nec seruatur etiam in foro seculari, ut quòd malæ fidei debitor præscribat certo tempore: ut plenè per Alex.consi.clxxxv.ij.parte, Viso titulo quæstionis, &c.in pen.char.& Pau.de Cast.con. cclxxxv. & Ioan.And.in c.fin.de exce.in vj. in Nouella. Item non ualet, etiamsi indirectè statutum idem induceret, scilicet quòd præscriptio cum mala fide procederet, & quia disponeret præsumi simulatum post certum tempus sine iusta causa, secundum Abb. fin. in c.quod clericis.pe.col.de fo.comp.

130 Statuta non recipiunt interpretationem extensiuam actiuè, sed passiuè sic: id est, non extenduntur ad leges, sed leges ad statuta.Bart.in l.j.circa medium.uer.ex quo no. ff.de mune.& hono.

Statutum, quòd filiusfam.testetur, intelligitur scilicet secundum ius commune.Bartol.in l.j.uer.idem dico.ff.de mune. & hono.

Statutum de castro non ædificando, intelligitur etiam de non reficiendo.s.uer.Refectio.uer.ultimo.& in uer.iij.

Statutum de precio præsupponit contractũ uenditionis tantùm.Bald.in l. cùm dotem. in uer. & ideo si statutum. C. de iure do.& Bald.in l.ex conuentione. C. de pac. Caue, quia de statuto nihil dicit: solum dicit, quòd ubi fit mentio precij, præsumitur emp.

Statutum de guasto faciendo, quomodo intelligatur, s.uerbo, Guastum.uer.unico.

Statutum

Statutum potest extendere, & restringere ius commune. Bal. in l.iij.in fi.C.ad Tertul.

Statutum, quod uilla teneatur ad decem libras pro pœna, si non ceperit malefactorem, quomodo intelligatur, si non ceperit plures, qui unum maleficium commiserunt. Barto. in l. si in rixa. in ij. col. in prin. in uer. & per hoc possumus determinare. ff. de sica.

† Statutum laicorum, quod de quolibet relicto ad pias causas soluantur duo solidi fabricæ ecclesiæ, non operatur contra ecclesiam legatariam, secundum Ant. in consi. xlv. incipien. Statuto ciuitatis Parmen. quem refert & sequitur Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. in xliij. colum. uersic. decimò quæro, utrum statutum.]

Statutum de non retinendo nisi decem famulos, quomodo puniat habentem uiginti. Bart. in l. inficiando. §. infans. in ulti. col. in uer. eadem ratione dico. ff. de furtis.

Statutum de non habendo ultra decem personas in nuptijs sub pœna, an habeat locum, si pater & filius simul faciunt nuptias cum uiginti personis. Bart. in d. §. infans. in ulti. col. uer. iuxta hoc quæro. quod sic.

Statutum, quod uicini nō capientes malefactorem teneantur ad pœnam certam, intelligitur, quod uno soluente, alij liberentur. Bart. in l. ex maleficijs. §. is quoque. de actio. & obli. & §. Solutio à quibus. uersi. ij.

140 Statutum, quod non artifex non possit esse de prioribus, an habeat locum, si tempore electionis nō erat artifex, tempore uerò administrationis sic. Bart. in l. usufructus. in fin. de stipu. ser. quod debet inspici tempus electionis.

Statutum antiquum est interpretandum secundum legem antiquam, non secundum nouam, nisi uenirent ad interpretationem casus dubij ueteris legis. Bald. in l. j. §. locum. de cadu. tol. per gl. in auth. de fil. ante dota. instrumen. natis. in fi.

Statuta interpretātur propriè & strictè. l. quicquid astringendæ. & ibi doct. de uerb. oblig. l. ij. §. is, qui nauem. de exer. l. iij. §. hęc uerba. de neg. gest. Quod uerum, nisi largè interpretentur à lege. no. in cap. cùm dilectus. de consuet. in l. ij. C. de noxa. in l. Cęsar. ff. de pub. Ibbus in l. quamuis. de in ius uoc. Item nisi superfluitas uerborum resultet. ar. l. iij. §. j. ff. de iureiur. Item nisi discordent à iure communi: quia pro concordia sunt extendenda, & largè interpretanda. c. ad audientiam. de cle. non resi. & ibi But. in c. fin. de consuet. in vj. Itē nisi tractetur de fauore publico. l. hoc modo. de condi. & demonst. no. in l. certa. §. pen. de leg. j. & ibi Ioan. de Por. & quod per Bartol. in l. quemadmodum. in ij. col. uer. ex hoc patet. C. de agri. & cen. lib. xj. & Paul. de Cas. consil. xxiij. incipiente, Viso puncto. in iij. col. per l. ut gradatim. §. sed si lege. de mu. & hono. Item nisi sint secundum, uel præter ius commune, d. c. ad audientiam. Butr. & Imol. ibi. & in d. cap. fin. de consu. Item nisi per aliud statutum disponatur procedi de similibus ad similia. ĩ. Statutorum extensio. uer. vij. & lxxv. Item nisi sit conforme iuri communi. Pau. de Cast. in l. ius ciuile. de iust. & iure. & in ij. const. Cod. & Bald. in compendiosa. xij. parte, iiij. rubrica.

* Statutum quod corrigit ius commune, sanè quàm strictè interpretandum est. l. quod uerò. l. quod contra. ff. de legibus. c. quæ à iure. de reg. iur. in vj. doc. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. mat. An. Tira. in trac. de re tract. in præfat. nume. 62. Io. Cepha. con. clxxviij. nu. 9. con. ccxlvij. nu. 37. uol. ij. Bartol. in l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. obliga. Dec. con. xxxvij. Ioan. Cephal. con. ccxlvj. num. 12. uolum. ij. Aemilius Maria Manolessus.

* Statutum, quod iuri communi est contrarium, ita est interpretandum, ut quàm fieri possit minimè ius commune corrigat. Ioan. Ceph. cōs. ccxlv. nu. 63. con. ccxlvij. nu. 43. uol. ij. Car. Rui. con. cccviij. nu. 6. uol. iij. Ludo. Roma. con. ccxcix. nu. 4. Aemilius Maria Manolessus.

* Statutorum, præsertim cùm corrigunt ius commune, uerba propriè interpretanda sunt. l. iij. §. hæc uerba. ubi doct. ff. de neg. gest. Ioan. Cephal. cons. cclxxiiij. nu. 15. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Statuta interpretanda sunt secun. ius commune. l. ij. ubi docto. C. de noxali. doct. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. c. cùm dilectus. de fi. instr. Ioan. Ceph. consi. ccxxxvij. nu. 24. uol. ij. Aemilius Maria Manolessus.

* Statuta interpretanda sunt secun. ius cōmune, etiamsi à uerborum esset proprietate discedendum. Corn. cons. xiij. nu. 2. uol. iiij. Ioan. Cephal. consil. ccxxxvij. nu. 24. uol. ij. consil. ccx. nu. 18. eo. uol. Carol. Rui. consi. cxxix. nu. 2. uol. ij. Ludo. Gozad. consi. xxxv. nu. 13. Aemilius Maria Manolessus.

* Statuta modò aliquid uel minimum efficiant, sunt secundum ius comm. interpretanda. l. ij. ubi glo. & Salic. C. de noxali. Doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. deliber. Cor. con. xxxv. uol. j. Ioan. Ceph. consi. ccxlix. num. 39. uolum. ij. Aemilius Maria Manolessus.

* Statuta interpretanda sunt secundum ius cōm. modò ex hac interpretatione non reddantur superuacanea & inutilia. Alex. in l. iij. §. prætor. col. iiij. ff. de dam. infec. Ludo. Roma. consi. cxcix. nu. 6. Franc. Curti. min. consi. cv. col. j. Illustrissimus Card. Par. consi. xlvj. nu. 75. consi. xlix. nu. 54. uol. j. consilio cvij. num. 58. uol. iij. Ioan. Ceph. consil. cxcix. nume. 19. consi. cclvij. nu. 38. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Statuta sunt benignè interpretanda, cùm absq; alicuius detrimento id facere possumus. Ias. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. j. & consi. lxxvij. col. ij. uol. iij. Ioan. Cephal. consilio ccxxxvij. nume. 26. uolum. ij. Aemilius Maria Manolessus.

Statutum si dicat, Si quis occiderit, occidatur: non debet hanc pœnam pati ille, qui habuit uoluntatem occidendi, & peruenit ad actum propinquum: quia uerba statuti exigunt actum perfectum. Ita no. dixit Bart. in l. j. §. diuus. ff. de sica. & in l. is, qui cum telo. C. eo. nam statuta debent intelligi in casu uero & proprio, non autem ficto: ut in l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. & in c. in nostra. de iureiur. Vnde statutum imponit pœnam pro delicto perfecto, ergo non potest intelligi in eo, qui non perfecit, licet uoluntatem habuit perficiendi. Abb. in capit. primo, in vj. colum. de eo, qui mit. in poss.

† Statutum, quo cauetur, quod uicini sub certa pœna teneantur capere malefactorem pro maleficio commisso in uicinia, contingit quod uicini occurrerunt, & fecerunt quantum potuerunt: sed propter potentiam, aut uiolentiam, seu uelocitatem malefactoris, non ualuerunt illum capere, nunquid teneantur pœna uicini in statuto contenta. Abb. in c. cùm sicut. de eo, qui mitti. in pos. & Bart. in l. j. §. occisorum. ff. ad Syllan.]

† Statutum dicit, quod si quis impetrauit inhibitionem iudici fieri per ecclesiasticum, teneatur causam expediri facere intra triginta dies in foro ecclesiastico, sub certa pœna: is autem, qui impetrauit, fecit quicquid in eo fuit, producendo iura sua intra tale tempus, adeo quod ecclesiasticus poterat causam expedire intra tempus statutum: sed aduersarius, eo resistente, protestante quod per se nō stabat, impetrauit dilationes longiores, quarū occasione causa non fuit expedita intra terminum, nunquid sit locus pœnę, quo ad ipsum impetrantem. Abb. d. c. cùm sicut. in fi.]

† Statuto scholarium cauetur, quod rector in examine non teneatur aliquid soluere collegio, nisi prout processerit de sua propria uoluntate: talia uerba denotant propriam uoluntatem absolutam, & liberam, nō regulatam ratione. Fal. text. in l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legat. iij. & quod not. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. Abb. in cap. j. de his, quæ fiunt à maio. parte ca. & in cap. dilectus. de sequest. pos. & fruc. & in c. ex parte. de consu.]

† In statutis dictio uniuersalis resolui potest in particularem, ut euitetur absurditas. Abb. post glo. primam in cap. nemo. de simo. Vide glo. & ibi doc. in c. j. de consti. & in c. si quis omnem. j. q. vij. & in c. si quis uoluntate. 50. dist. & in c. nunquam. de conse. dist. v. glo. in c. inter omnes. & ibi doc. ff. qui satisda. cog. Bart. in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunc. Ab. & doc. in procemio Grego. cum similibus.]

Statutum de reis intelligitur de reis ex contractibus, nō ex delictis, in quibus propriè non dicuntur duo rei, not. in l. item Mela. §. si plures. & ibi Flo. ij. col. ad legem Aquiliam.

Statutum per uerba singularis numeri, ut quod non capiens malefactorem puniatur in decem libris, an habeat locum contra plures non capientes. Florian. in dicto §. si plures. in fi. & Bar. in l. si cùm exhibuissent. §. si plures. ff. de publica. & §. uerb. Numerus. uersi. secundo, quod non.

Statutum de pecunia quomodo intelligatur. suprà uerbo, Pecunia. uer. xlix.

Statutum de feris an habeat locum in canibus. s. Feræ ferarum. uer. j. quòd non.

Statutum de pecudibus, quomodo intelligatur. s. uerbo, Pecus. uer. ij. & v.

Statutum de ciuibus non comprehendit uxorem, quia impropriè est ciuis. infrà, Vxor. el primo, uer. quadragesimo-primo.

Statutum, quòd facta per maiores de consilio habeant effectũ, intelligitur, id est, per maiorem partem. s. uerb. Maior pars. uer. xv. nihil tamen dicit de statuto.

Statutum de dominis possessionũ intelligitur de dominis rerum, licet non possideant. s. Dominus. uersic. cxlvj.

Statutum permittens uindictam uel occasionem adulterij, intelligitur per se, & conuocatis amicis. j. uer. Vindicta. uer. j.

10 Statutum contra ultimas uoluntates debet strictè intelligi. Paul. de Cast. in l. fin. de edi. diui Adri. tol.

Statutum recipit interpretationem de habilitate, ut quòd omnes trahens ad rumorem, non comprehendit senes, infirmos, & infantes. Angel. in l. si quis in graui. §. ignoscitur. ad Syllania.

Statutum, quòd officialis habens unum officium, non accepter aliud, quomodo intelligatur. Bart. in l. fi. C. de cohor. & princip. lib. xij.

Statutum, quòd syndicus, & uilla, teneantur ad pœnam, intelligitur scilicet syndicus pro dimidia, & uilla pro alia. Bald. in auth. causa, quæ cum monacho. in ij. col. uersicu. ulterius. C. de episc. & cler.

Statutum de beneficio quomodo intelligatur. Bart. & Ang. in l. beneficio. ff. ad legem Falc. & ibidem omnino per do. Alex.

Statutum nunquam interpretatur contra Rempublicam in eo, quod potest tangere alios. Bald. in l. ij. C. an seruus, ex fac. suo.

Staturum, quòd quis ponatur in banno, intelligitur de pecuniario. suprà, uer. Bannum. uer. xx.

Statutum de fama, quomodo intelligatur. Bar. in l. de minore. §. tormenta. de quæst. s. uer. Fama. uer. xiij. & xvij.

Statutum de uidua, habet locum in uxore banniti. j. Vxor banniti. uer. pen.

20 Statutũ conforme iuri communi an intelligatur secundum ius commune, si nihil operatur omnino. docto. & Alex. in l. iiij. §. prætor. de dam. infec.

Statutum de corrumpente, habet locum in effundente. Flor. in §. inquit. ff. ad legem Aquil.

Statutum de iudicio cœpto, quomodo intelligatur. suprà, Iudicium. uer. xxix.

Statutum de nepotibus, quomodo intelligatur. suprà, uer. Nepos ex filio. uer. xciiij. & antepen.

Statutum de filijs an habeat locum in nepotibus, & in quibus. s. Filiorum appellatione. uersi. xx. cum duobus seq.

Statutum, quòd agnati præferantur in successione, intelligitur etiam in tutela. j. uerb. Statutum de ultimis uoluntatibus. uer. iij. & xxvij.

Statuto dandus est intellectus, quem darent statuentes, si uiuerent. gl. & doct. in l. tale. §. fi. in uersic. per exceptionem. ff. de pactis.

Statutum, quòd præscriptio longi temporis habeatur pro præscriptione longissimi tẽporis, intelligitur scilicet cum qualitatibus suis, scilicet præscriptione longissimi temporis. Bald. & Pet. de Sun. in l. in contractibus. ij. no. C. de non nu. pecu. Bar. in l. ij. §. fin. uer. quid dices. ff. pro emptore.

Statutum debet interpretari per conditores. Bartol. & Bal. in l. omni. de sacrosan. eccle. & in l. ex facto. in prin. & ibi Ang. & Imo. & Bart. in l. omnes populi. in iij. q. vj. prin. & xxiiij. colum. ff. de & iusti. & iu. & per Bartho. Cæpo. in rub. de uer. sig. ulti. parte, uersic. quæro quartò princip. & in l. iij. xj. col. eod. titu. & suprà, uerb. Interpretatio. uersic. xxxv. cap. ordinarij. §. si uerò. de offic. ordi. in vj. Quod uerum, statim quòd opponit de obscuritate. Bal. in l. postquam. ij. col. uersic. septima exceptio. C. de pact. Item uerum, nisi sit confirmatum per papam, secundum Bald. in l. ex facto. de uulg. & pup. & in l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. & Andr. Barba. con. Scripsit Ecclesiasticus. ix. & x. col. quod est post consil. † Alex. ciij. in iiij. parte. † Et per Fran. Aret. in d. l. omni. & latè in d. l. ex facto. de uulga. & pup. in j. col. uer. nota quartò.]

Statuta non possunt interpretari corã principe, uel papa. Bal. in l. cùm de nouo. C. de legi. & Barth. Cæpo. in rub. de uerb. sign. ult. parte, uersic. quæro tertiò, quando.

Statutum de cautione quomodo intelligatur. suprà, uer. Cautio. el j. uer. xxxj.

Statutum debet interpretari, ne resultet absonus intellectus, & ne reddatur irrationabile. iiij. dist. erit autem. Pau. de Cas. consil. xlj. incipiente, In causa capturæ.

† Statutum, quòd mercator usurarius non habeatur pro mercatore, non intelligitur, quo ad onera, quæ subire debent mercatores. Ias. in rub. ff. de iusti. & iu. in ult. col. in uer. ultimo facit.]

Statutum, quòd Potestas habeat arbitrium in casibus nouis, intelligitur insolitis. Baldus in l. fundum. §. frumenta. de contrahen. emptio.

Statutum, quòd Potestas teneatur pro familia, quomodo intelligatur. Flor. in §. si fornicarius. ad legem Aquiliam.

Statutum, quòd uictualia portentur per uias rectas, intelligitur, si sunt tutæ. Alber. de Ros. in ope. Statuto. ij. parte, vij. q. Barth. Cæpo. in l. iij. ff. de uerb. sig. vij. col.

Statutum, quòd credatur syndico, intelligitur, nisi contrarium probetur. s. Denunciator. uer. xxvj.

Statuta an interpretentur contra clericos. suprà, Statutum super quibus. uer. xj. & xxv.

Statuta declarantur, non extenduntur, nisi per statutum permittatur procedi de similibus ad similia. j. uerbo, Statutorum extensio. uer. vij.

Statutum, quòd cogatur arbiter, intelligitur, nisi habeat iustã causam. Bal. in l. si pater. ad fin. C. si pen. app. mors inter.

Statutum debet interpretari secundum æquitatem, non autem trahi debet ad absurditatem. Bal. in l. ex facto. in princi. de uul. & pu.

40 Statutum, quòd bannitus, & condemnatus offendi possit, nõ habet locũ in bannito non condemnato. Bal. in l. j. in ius uo. ut eant. Caue, quia ibi per uerbum nullum, uoluit fortè allegare. in l. j. in prin. in iij. col. ff. ne quis eum, qui in ius uo. est ui exi. ubi aliqua ponit de statuto loquente de bannitis: tamen non ponit casum istum.

Statutum, quòd alloquens bannitum puniatur, habet locum etiam in eo, qui mittit nuncium bannito, & cum eo loquitur per nuncium. Lud. & Alex. in l. j. in prin. ff. de uerb. obli. † per gl. in c. constitutionem. de sen. excom. in vj. † Et per Feli. in c. ego N. de iureiur.] Item,

Statutum de loquente, intelligitur scilicet cum intelligente. Alex. ibi. v. col.

Statutum de fratre, an intelligatur de uterino. Ang. consi. cxvj. & Pau. de Cast. consi. cccxlvj. quòd non.

Statutum, quòd debitor capiatur, intelligitur secundum ius commune, scilicet nisi cedat bonis. Bal. in l. j. C. qui bon. ce. pos. Alex. consil. lxij. j. parte.

Statutum debet restringi ad ius commune, quando tractatur de damno uitando. Bald. sing. in l. cùm à matre. ad fin. C. de rei uend. Item,

Statutum, quòd debitor post decem annos non molestetur, sed actio tollatur, debet intelligi secundum ius commune, scilicet dum tamen debitor malæ fidei præscribat. Alex. fin. in consi. clxxxiiij. iij. parte, penul. charta. incipit, Viso titulo quæstionis. Et ibi etiam dicit illud non seruari, etiam in foro ciuili, ratione peccati. Et idem Paul. de Cast. consilio cclxxxv. & Ioan. Andr. de exceptio. in vj. in Nouella, in capit. final.

Statutum de casu fortuito, intelligitur scilicet de eo, cui resisti non potest hominum prouidentia, non de furtis & incendijs, quæ sine culpa non accidunt. docto. & Pet. de Sun. in l. quæ fortuitis. C. de pig. actio.

Statutum de possessione, quòd faciat præsumi dominium, intelligitur, scilicet de præsenti. Bal. in l. j. C. de ser. fug. ult. col. nihil tamen dicit de statuto. Lanfran. in c. quoniam contra. uer. testes. xxj. char. de proba. Item de possessione rerũ corporalium, quia propriè dicitur possessio, non de incorporali. Anto. de But. in c. fin. ij. col. de causa pos. Alexan. in l. iij. in prin. de acqui. pos.

50 Statutum nouum distinguitur per antiquum. s. Statutum. el j. uer. v.

Statutum, quòd non extantibus filijs masculis, fœmina succedat, an interpretetur à contrario sensu. s. uerb. Argumentũ. uer. xviij. & uerb. Filia exclusa. uersic. xx.

Statutum de bestijs quomodo intelligatur. suprà uerbo, Bestia. uer. ij.

Statutum de gradibus, quomodo intelligatur. suprà, uer. Gradus. uer. ultimo.

Statutum de affinibus, quomodo intelligatur. suprà, uerb. Affinis. uer. xxij. & seq.

Statutum de uia, non habet locum in strata. infrà uerbo, Via. uersic. j.

Statutum cum clausula, Quod sit præcisum, & præcisè seruetur, quomodo intelligatur: suprà, in clausulis Statutorum. uersi. hoc statutum sit præcisum, cum multis additionibus, quas ibi posui post authorem.

Statutum de scholaribus, quomodo intelligatur. infrà uer. Statutorum extensio. uer. lj. & lix.

Statutum, quòd Firmani habeantur pro ciuibus Anconæ, intelligitur de habitantibus Anconæ. Paul. de Cast. in l. nulla. ff. de legi. Facit quod dicit Bartol. in l. iij. si emancipatus. de bo. pos. contra tabu.

Statuta non sunt Iudaicè intelligenda, id est, ad corticem, prout Iudæi intelligunt sacras literas. Bald. in l. quicunq;. v. col. in uersic. quinto casu. C. de seru. fug. Adde infrà, uerb. Verba statutorum. uer. viij. & Alex. in l. omnes populi. in xj. col. de iusti. & iure.

† Statuta potius debent intelligi, ut sint superflua, & nihil operentur potius, quàm quis indebitè damnum patiatur. gl. est in l. fi. §. in computatione. & ibi domi. Ias. in ult. col. C. de iure delib. & Ias. in l. non dubium. ix. col. C. de legi.]

Statutum priuans ipso iure, intelligitur priuare dominio, non possessione. suprà, Possessio perditur. uersic. ij.

60 Statutum de agente quomodo intelligatur. s. uerb. Gens. uersic. iiij.

Statutum, quòd filia sit contenta pro sua Falcidia, intelligitur, id est, pro legitima. Bar. in l. j in prin. circa medium. ff. ad legem Falcidiam.

Statutum debet intelligi, secundũ ius commune. l. ij. C. de noxa. l. fin. §. in computatione. per gl. magnam, in uer. confundantur. in uersic. sed quid si per statutum. & doc. Bart. in ulti. col. in uer. uenio ad ultimam quæstionem. & ibi Bald. in pen. col. in uersic. ulterius quærit gl. & ibidem omnino per domi. Alex. in vj. colum. cum multis ibi per eum adductis. C. de iure delibe. Paul. consil. ciiij. quod incipit, Non est dubium. † Et per Felin. in consi. liiij. & per domi. Petr. Philip. Corn. in consi. xj. incip. Stantibus in litera D. in prima parte. & in consil. 50. incip. Circa. in litera G. in iiij. parte. & in consi. j. incip. Pro decisione. in litera L. in ij. parte. & in consilio xxxvj. incip. Si rectè. in princip. & in consi. xxxvij. incip. Circa. in litera V. in iiij. parte. & domi. Ias. May. Insti. de actio. §. in personam. nu. 30.] Adde Bald. in rubri. C. qui accu. non pos. in pen. col. uersic. quæro, si statutum. Sed an secundum ius ciuile, uel canonicum. Bal. in l. si nondum. uer. sed dubitatur. C. de fur. Bartho. Cæpo. in l. nominis. §. uerbum. de uerb. sig. in ulti. col. Sed non secundum ius Longobardum. Bal. in c. decedenti. in viij. col. in fi. uer. quæro, quid de iure Longobardo. in tit. qui feu. da. pos. Item uerũ, dummodo propriè interpretentur, licet ius commune quandoque impropriè interpretetur. Pau. de Cast. in l. ambigua. ff. de legi. item nisi statutum sit contra ius commune. Bal. sing. in l. maximum. v. colum. in uer. ulterius quæritur. C. de libe. præte. Item uerum, secundum ius commune regulare, non secundum extraordinarium & fictum. Bald. in l. meminimus. & in l. lege. C. de leg. hæred. secundum Paul. de Cast. in d. §. in computatione. Item uerum, nisi in statuto, quòd agnati excludunt cognatos. Pau. de Cast. in d. l. fin. §. si uerò contra. Bald. in l. qui se patris. penul. colum. in uersi. prima quęstio est. ibi: & ideo in feudo. C. unde libe. Item uerum, etiamsi est pœnale. Pau. de Cast. consi. cxciiij. quod incipit, In causa incarceratorum. & Bald. in l. data. in xvij. colum. magna, in uersic. sed quęritur. C. qui accu. non pos. Item uerum etiam in statuto de debitore suspecto. Paul. de Cast. consil. xlj. incipien. In causa capturæ. Item in statuto de hærede, ne ueniat contra factum defuncti, intelligitur scilicet, si non fecit inuentarium. Paul. de Cast. post glo. in uersi. confundantur. in dicto §. in computatione. & ibi Bartol. in ulti. col. in uersi. uenio ad ultimam. Item in statuto de spurijs non promouendis. Baldus in cap. primo. §. naturales. si de feud. fue. controuer. in fin. ubi dicit uerum, etiamsi sit confirmatum. Item,

Statutum inducens ferias, intelligitur secundum ius commune, ut casus excepti à iure communi intelligantur excepti etiam à statuto, nisi statutũ ultra procedat faciendo aliquas exceptiones. Bald. in l. prima. §. excipiuntur. de fer. Alexan. consi. cvij. iiij. parte.

Statutum de hærede, intelligitur scilicet, de eo qui non fecit inuentarium. Bartol. post glo. in dicto §. in computatione. in ult. colum. uersic. uenio ad ulti. & ibi Bal. in pe. col. in uer. ulterius quærit gl. & docto.

Statutum, quòd occidens hominem decapitetur, quomodo intelligatur. infrà, Statuta de maleficijs. uersic. lij.

Statutum interpretatur à iure ciuili. Bal. in l. fi. in ij. col. in uer. sed hîc quæro. C. de succes. edicto.

Statutum de sententia, intelligitur de diffinitiua. & s. Sententia. el j. uer. xxj. & omnino per Alex. in l. j. in princ. ff. quod quisque iur. post Bal. in l. j. de officio præfe. præto.

Statutum de capiente bannitum, habet locum in retinēte captum, non in relaxante. j. Verba statuti. uer. antepe.

Statutum de maleficio personali, quomodo intelligatur. Bart. in consilio vij. Statuto castri plebis, &c.

70 Statutum de aureis, uel solidis quomodo intelligatur. glo. & docto. & Alex. in l. fin. ff. de in ius uoc.

Statutum imponens necessitatem aliquid faciendi, intelligitur, nisi iusta causa sit non faciendi. Bar. in l. apud Iulianum. in prin. ff. ad Treb. & in l. filius. §. procuratorem. uersic. nota ex isto §. & ibi Paul. de Cast. de procu. Quod nota pro statuto, quòd arbiter cogatur.

Statutum de domo, quomodo intelligatur. s. §. Domus. uer. ij. cum multis uer. seq.

Statutum de fideiussore nõ habet locum in fideiussore in rem propriam. s. uer. Fideiussor quis. uer. xj. sicut nec de procuratore. s. uerb. Procurator in rem suam. uer. xiij.

Statutum tollens præscriptionem, intelligitur de pręscrip. triginta annorum, non de præscriptione centum annorum. s. Præscriptio tollitur. uer. vj.

Statutum, quòd currens equum per paleam puniatur, intelligitur, si uoluntariè currat, non si uiolenter. Bartol. in l. fi. §. si propter. ff. de publicanis.

Statutorum interpretes possunt ea corrigere. s. Statutorum correctio. uer. xxxj.

Statutum de officio, quomodo intelligatur, ut quòd de lucro officij soluatur gabella, uel quòd Guelfi non possunt habere officium, & simil. s. uerb. Officium. el j. uersi. 50. & dixi in tract. de Gabella, viij. quæst. prin. ij. parte, in fi.

Statutum, quòd minor habeatur pro maiore, quomodo intelligatur. Pau. de Cast. consi. cclxxiiij. incipiente, Incipiendo à secundo.

Statutum incertum si potest intelligi multipliciter, an ualeat. Paul. de Cast. consi. cccviij. incipiente, Visis & consideratis. quòd sic.

80 Statutum de membro, quomodo intelligatur. s. uer. Membrum. uer. ij. & xiiij.

Statutum de pascha quomodo intelligatur. Bal. in l. omnes. C. de fer. & ibi text. scilicet, quòd intelligatur de quindecim diebus Paschalibus.

Statutum, quòd bladum non extrahatur de loco, intelligitur de blado in loco recollecto, non de blado in locum adiecto per transitum. Ang. & doct. post Bart. in l. cætera. §. si quis ad opus. & ibidem domi. Alexand. qui idem tenet in secunda columna, in uersicu. postremò inducitur. ff. de leg. primo. glossa in l. si quis post hanc. C. de ædi. priua. & suprà, Gabella quoties. uersicu. ulti. & Alexand. consilio lxvij. quarta parte.

Statutum interpretatur à iure communi, etiam stante alio statuto, quòd statuta non interpretentur: quia intelligitur de friuola interpretatione, non de legali. Bartol. in d. l. omnes populi,

populi.in vj.quæstio.princi.Rof. in arbo. consan.col.lxxxvj. Vide Bald.in l.maximum uitium.in iij.col.C.de libe.præte. & in l.milites.in secunda col. in uersi. & ex prædictis potest argui. C. de test.mili. Item intelligitur de extensiua, non de restrictiua. Bald. in l.non dubium.ij.col.uersic.aduerte, iste dicit, quòd interpretatio.C.de legi. Adde j̄.uersic. Statutorum extensio.uer. vij.

Statutum de terra, uel patria, quomodo intelligatur. Bald.in l. si non speciali.C.de testa.in ulti.col.in princ.

Statutum de ueritate, non habet locum in ueritate per fictionem inducta.Bar.in l.iij.§.hæc uerba.in fi.ff. de neg.gest.

Statutum, quòd Potestas non possit refirmari, qualiter intelligatur.Bald.in l.non dubium.v.col.in princ.in uer.& ex hoc infertur.C.de legi.

Statutum, quòd capiens bannitum habeat decem, quomodò intelligatur.Bald.in l.j.ad fin.C.de preci.Impe.offe.& Alex. in l.j.§.ij.de oper.no.nunc.

Statutum intelligitur cum clausula, Ipso iure.Pau.de Cast.cōs. cccxxxvj.Sed Bald.in l.j.in fi.C.de legi.dicit, quòd intelligitur, scilicet per sententiam.

Statutum cum uerbis, Omnino, & Omnibus modis, intelligitur ipso iure.s̄.uer.Omnino.uersi.v.

90 Statutum excludens ab officijs, intelligitur scilicet fauorabilibus, non odiosis.Bal.in l.si quis solidum.de hære. insti.

Statutum, quòd statuta propriè interpretentur, intelligitur scilicet etiam per subauditos intellectus.Bal. in c.j.uer.marchio.in iij.col.in fin.uer. propriè facit ad statuta.qui feu.da. pos. Sed glo.sing. tenet contrà in c.cupientes.§.quòd si per uiginti.de elec.in vj.Non tamen secundum communem usum loquendi.Bartol.in l.cùm de lanionis.§.asinam.de fun. instru.

Statutum non intelligitur alicui tollere ius suum, nisi expressè tollat.Bal.in c.j.uer.adde, quòd statutum.de natu. feud. per glo.magnam.in uer.confundantur.in l.fi. §.in computatione.de iure delib.

Statutum ponens regulam censetur repetitum in omnibus alijs statutis: ut si dicit, quòd consilium sapientis habeatur in omnibus causis, intelligitur etiam repetitum in causis summarijs.Bar.in l.prętor.§.erit.in ij.col.in uer.& per hoc Old. disputauit.ff.ui bo.rapt. Addo Bart.in l.quemadmodum. §. hæc uerba.ff.ad legem Aquiliam.

Statutum, quòd nullus nobilis possit esse decurio, est contra ius commune. Ang. in authen. de defen.ciui.in prin.in uer. item not.tex.col.iij.

Statutum restringitur ex uerbis præfationis, & narrationis.s̄. Præfationes.uer.viij.

Statutum, quòd clericus habens præbendam, debeat tenere capellanum, intelligitur quòd si habet duas præbendas, uel plures, debeat tenere duos capellanos, uel plures. Angel. in auth.ut deter.sit nu.cle.in fi.col.in uer.item ad quæstionem facit.col.j.

Statutum de notario intelligitur de matriculato. suprà, Notarius quis.uer.iij.& vj.

Statutum de possessione, intelligitur scilicet de præsenti. Bal. in l.j.in ult.col.C.de ser.fugi.& s̄.eod.uer.xlviij.

Statutum debet interpretari, ne quis indebitè damnificetur. Bal.in consi.Ludouicus Philipputij, &c. & in c.j. in uer.adde, quòd statutum.de natu.feud.per glo.in uer.confundantur.in fi.in l.fi.§.in computatione.de iure delib.

100 Statutum debet interpretari, ut non corrigat ius commune.gl.in l.damni.la j.§.si is, qui. de dam. infec. Item ut lædat ius cōmune minus, quàm possit.c.cùm dilectus.de consue.

Statuta recipiunt interpretationem secundum ius naturale, siue diuinum.Bald.in rubr.in ulti.colum.in princip. C. qui accu.non poss.

Statuta interpretantur secundum præsumptam mentem statuentium.Bal.in l.nulli.in fi.C.de sen.

Statutum, quòd ad quemcunq; bona cōdemnati perueniant, teneatur, intelligitur scilicet uniuersaliter, non particulariter.s̄.Rebellis.uer.pe.

Statutum, quòd uerba testamentorum intelligantur propriè, & non interpretentur, intelligitur quòd intelligantur secundum sensum datum à iure.Bald.in l.fi.xj.q.C. de hære.insti. & j̄.Statuta de ultimis uoluntatibus.uer.xcviij.

Statutum uel statuta, intelligiuntur secundum communem usum loquendi.l.cùm de lanionis.§.asinam.de fun.instr.Bar. in l. Labeo. in ij. col.in uer.& hoc est utile ad statuta. ff. de sup.leg.& in l.j.in prin.circa medium. C. ad legem Falc.per Pau.de Cast.cons.xlj.incipiente, Viso puncto suprascripto. Quod est uerum, etiamsi sit pœnale.Ioan.Andr. in c. fundamenta.de elect.in vj.in Nouella.glo.in c.cupientes.§.j.& in c.statutum.de rescrip.in vj.& Alexan.plenè in rub.de oper. no. nunc. ij. char. Item est uerum, nisi in alio statuto caueatur, quòd uerba statutorum intelligantur nullo addito, uel adiuncto extrinsecus: quia tunc recipiunt interpretationē à iure communi, non ab usu loquendi, qui uenit extrinsecus, & quem statutum expressè prohibet.Iaco.But. fin. in l. j.ff.de fide instru.& Butr.refert & sequitur in proœ. Decret. in iij.char.Alex.in d.rub.iij.charta. Item uerum, nisi statuto alio caueatur, quòd statuta propriè interpretentur. Bart. in d.§.asinam.& in d.l.Labeo.& ibi Alex.Item uerum, quando uerba statuti possunt se habere ad ius commune, & ad usum loquendi.Bart. post gl. in l.stipulatio.§.hoc quoque.in fi.ff. de uerb.obliga.& Ang. in repertorio, uer.uerbum positum. Sed Bart.aliter loquitur.in l.si quis filiabus.de testa.tu. Caue, quia de statuto nihil dicit.& in l.librorum.§.quod tamē. de leg.iij.Item statuti exorbitantis, & correctorij uerba sunt intelligenda secundum communem usum loquendi: infrà, Verba statutorum.uer.pe.& j̄.proxi.Item uerum, si communis usus uigebat tempore cōditi statuti: ut infrà, Vsus. Item quando non sunt scripta uerba statuti in uulgari, quia indistinctè debet intelligi secundum communem usum loquendi. Bald. sing. in l. lege.C.de legi.hæredi. Pro quo est glo.in authen.de nō elig.secun.nu.§.cùm igitur.& Alex.in d.§.hoc quoq;. ubi uide omnino de materia post Bart. Item uerum, etiamsi sit conditum à peritis iuris.Bald.in l.quod si nepos. de testa.tu.& Alex.in d.rubr.de oper.no.nunc.iij.char.

Statutum de delictis, intelligitur de punibilibus, non aliter. Bald.& Alex.in l.iij.in princ. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. Vide omnino no.per Bal.in l.decurionis.C. de infamibus.

Statutum, quòd stetur relationi alicuius, intelligitur, nisi sit ratio non credendi illi. Ang.in l.diuus.de testa.mil.Alex. con. xv.iiij.parte.j.col.& Ang.in auth.de exhiben.re. in princ. & in l.qui restituere.de rei uen.& in l.qui uas.in prin.ff.de fur. & quod per Bal.in l.j. C.si aduersus li. & in l. contra negantem. ad legem Aquil. & in c.j. si de inuesti. inter do. & uasallis oria.& Iac.de Bu.in l.j.C.de re iudic. Quod uerum est, etiamsi statutum dicat, quòd habeatur pro plena probatione: ut j̄.uer.Statuta de iudicijs.uer.cclv.

Statutorum uerba non debent intelligi grosso modo, sed modo quo periti intelligunt.Bal.in c.j.iiij.col.in uer.hoc est utile scire, dicit statutum.de succes.feu.& gl.in l.inter omnes. in prin.in uerbo, omnes.qui satisd.cog.& Alex. consil. lxvj. iiij.parte: & per Imo.in cap.cùm tibi.in fin.de testa.Item secundum mentem statuentium. Baldus in l. nulli. in fi.C.de sen. Vnde

Statuti mentem seruare sufficit, licet uerba nō seruentur.Bar. in l.contra.in uer.sed quid in statuto.ff.de legi.aliàs à uerbis non est recedendum.Bart.in l.quod constitutum.in fi. ff. de testa.mili.& s̄.uerbo, Mens.uer.xj.& xxxij.

110 Statuti uerba præcedentia declarant sequentia.l. utrum. uer.& puto.de peti.hære.Paul.de Cast.consil.cxij.incipien. Super primo dubio.

Statutorum uerba sunt attendenda, etiamsi esset ratio. Pau.de Cast.conf.cxxiiij.incip. Super primo quæsito.

Statuti uerba sunt interpretanda secundum subiectam materiam.Bart.in l.omnes populi.iij.q.vj.prin.in xv. col.in uers. iuxta præmissa quæro.ff.de iusti.& iure.

Statuti uerba sunt interpretanda secundum sermonem literalem, etiamsi statutum prohibeat extensionem. Bal. & Ioan. Pet.in l.iubemus.§.fin.ff.ad Trebel.

Statutum de habente interesse, puta de offenso, intelligitur scilicet principaliter, nō secundariò. suprà, uer.Pax à quib.uer. xiij. Sicut statutum de uicinis intelligitur de proximioribus: infrà eodem.uersic.clij.Item,

Statutum de propinquis, intelligitur scilicet proximioribus. j̄.Statuta de contractibus. uer. lvij.in iij.col. circa medium. ibi.item intelligitur de proximioribus.

Statutum

Statutum debet stricte interpretari, quando iuri gentium refragatur, & non tendit ad executionẽ consensus: sed in contrarium, ut quòd de contractibus soluatur gabella: sed si statutum uenit ad coadiuuandum ius gentium, puta ad executionem consensus, debet latè interpretari, propter fundamentum bonæ fidei, quod est latè censendum in eo, quod est bonum & æquum. Bald. in sing. in l. contractus. secunda col. in prin. uersi. item scriptura est. C. de fide instru.

Statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi, licet generaliter & simpliciter loquantur. not. in cap. statutum. & c. constitutio. de elect. in vj. cap. cùm dilectus. de consue. Innoc. in c. causam, quæ inter. in gl. j. de rescrip. Bar. in l. omnes populi. in iij. quæstio. vj. princip. in xxvj. colum. ff. de iusti. & iure. & ibi Alexand. in charta penult. Bald. in l. eam quam. vij. colum. uersic. item fuit quæsitum à me. C. de fideicom. & in l. maximum. iiij. col. uersic. ex prædictis ergo apparet. C. de liber. præte. ubi dicit uerum, nisi prohibeatur. Et si est conditũ ab uniuersitate ecclesiastica, uel in terris ecclesiæ, recipit interpretationem passiuam à iure canonico. Bald. in l. j. in ij. colum. uersic. quæro, si statutum. C. qui bo. ce. pos. Petr. de Ancha. in cap. j. de constit. in vj. in Nouel. xiiij. quæst. uer. pone exemplum. Si uerò est seculare, recipit eam à iure ciuili, & consuetudine secularium, si ius ciuile illam subiectam materiam interpretetur: aliàs à iure canonico, & econtrà, iuxta no. per Bart. in extrauag. ad reprimendum. uer. per edictum. secundum do. Maria. Soci. de Senis, in c. ij. uer. item nota, ꝙ statutũ, &c. Ex quo infertur, quòd

Statutum episcopi prohibens clericis uenationes, intelligitur de ea, quæ de iure canonico tantùm est prohibita, non de permissa. do. Gemi. in c. j. de iur. calum. in vj. Item quòd

† Statutum prohibens alienationẽ bonorum ecclesiæ, non habet locum, quando alienatio tenderet ad commoditatem ecclesiæ. Deci. consi. cxxiiij. col. ij. in fin. cum sequen. ubi dicit, quòd utilitas ecclesiæ patet, quando interuenit authoritas papæ.]

Statutum, quòd occidens occidatur, intelligitur, nisi ad sui defensionem occiderit, uel si dolo, non aliter. suprà, Occidens punitur. uer. xvj. & seq. & ĩ. Statutum de maleficijs. uers. liij. Flóren. in l. iij. ad legem Aquil. Item,

120 Statutum permittens occidi, intelligitur scilicet in casibus, quibus de iure communi licitum est. Gemi. in d. cap. j. de iura. calum. Item intelligitur permittere uerberari. suprà, uer. Occidere. uer. ij.

Statutum dans nouam formam testandi, intelligitur scilicet, quòd illud testamentum patiatur Falcidiam, & Trebellianicam, secundum ius commune. Bart. in l. si quis seruo. in fin. C. de furt. Item, quòd

Statutum prohibens aduocatos infames aduocare, intelligitur scilicet, nisi pro his, quæ sunt excepta à iure communi. Bald. in l. j. §. ut initio. ff. de postu. Caue, quia ibi nihil dicit: uoluit fortè allegare. in §. se. ubi loquitur de statuto loquente de infamia: tamen non ponit in specie istum casum.

Statutum de officio, habet locum etiam in castellano, licet careat iurisdictione. s. uerb. Officium. el j. uer. xj.

Statutum obligans potestatem cum familia sua, intelligitur scilicet de pertinentibus ad officium, si ciuiliter agatur, non pro homicidio, uel simul, secundum Pet. de Ancha. in c. generalis. de elec. in vj. Flo. in l. si seruus. §. fornicarius. ad legẽ Aquil. per nota. per glo. in c. cùm ad sedem. de restitut. spo. Item, quòd

Statutum excludens magnates ab ingressu palatij, non habet locum in medico magnate ingresso causa medendi. Bald. in authen. ingressi. j. oppo. C. de sacrosan. eccl. & suprà, Barbitonsor. uersic. ultimo. Item in alio artifice, qui sit de magnatibus. Bar. ubi suprà, facit gl. in l. in rem. §. tignum. in uer. descendit. ff. de rei uendi. Item nec quando Potestas ignorauit intrantem esse de magnatibus. Facit quod uoluit Bald. in l. quicunque. in pen. col. in fi. C. de ser. fugi. Item,

Statutum puniens intrantem possessionem alicuius, intelligitur de intrante per dolum: unde non comprehendit operarium, uel consultorem: ut consuluit Bal. quem sequitur Pet. de Ancha. in c. j. de consti. xiiij. q. princip. uer. quæro de quæstione. facit quod not. per Bald. in l. j. de reg. iur. & suprà, Intrare. uersi. pen. Item, quòd

Statutum de condemnatis de falso, intelligitur scilicet ex capitibus legis Corneliæ, de falsis. s. Falsitas. uer. xxxv.

Statutum de satisdando secundum qualitatem personarum, intelligitur, quòd si sit bonæ famæ, sufficiat sola cautio. suprà, Satisdatio. uer. iij.

Statutum de stando simplici dicto, intelligitur, scilicet cum iuramento. suprà, in clausulis Compromissorum. in uerb. Dicto eius. uer. j. Item, quòd

Statutum de satisdando intelligitur, nisi possideat immobilia. per l. sciendũ. qui satisda. cog. iuncta l. nam & posteriores. ff. de legi. Item, quòd

130 Statutum de præscriptione, intelligitur scilicet cum bona fide, & contra minores. suprà uerbo, Præscriptio. uersicu. xlviij. & 50.

Statutum de præscriptione decem annorum, intelligitur scilicet inter præsentes tantùm, non inter absentes, ne sit correctorium iuris communis, sed conformetur cum eo, ut sic præscribenti incumbat onus probandi præsentiam aduersarij, iuxta notat. per Bald. & Ang. in l. præscriptionem. C. quib. long. temp. præscrip. non ob. & quod not. per doc. in l. in contractibus. C. de non nu. pec. & suprà, uerb. Præsentia. uersi. xx. Et ita aliàs iudicaui in ciuitate Senarum.

Statutum permittens capturã debitoris suspecti, intelligitur scilicet si suspicio emersit post contractum. suprà, Debitor suspectus. uersi. iiij. Pau. consi. xlj. incipiente, In causa capturæ. & domi. Maria. Socin. in rub. de dila. xxiiij. quæst. v. limitat uerum, quando conditio debitoris tempore contractus erat nota creditori: secus, si non fuisset nota. Ita Angel. in l. si creditores. in ij. col. ff. de priui. credi. Item intelligitur, nisi debitor cesserit bonis. d. uerb. Debitor suspectus. uersic. xij. Item, quòd

Statutum retardans exceptionem propter exceptionem nullitatis, intelligitur de ea, quæ requirit altiorem indaginem, aliàs non. Old. consi. cvj. Item intelligitur de nullitate latente, non patente. l. j. §. unde autem. cum glo. & ibi docto. ff. de tabu. exhi. Item, quòd

† Statutum annullans instrumentum, non tamen censetur annullare actum, de quo conficitur instrumentum, & poterit aliàs actus probari per testes. Decius consi. clxix. col. j. in fine. cum seq.]

Statutum permittens omnes exceptiones, intelligitur scilicet, nisi replicationibus elidantur. gl. & Io. And. in c. j. de lit. contest. in vj. & ibi Gemi. facit c. exhibita. de iudi. Item, quòd

Statutum, quòd hæres teneatur in solidum, intelligitur scilicet, nisi fecerit inuentarium. doct. post gl. in l. fi. §. in computatione. in uersic. confundantur. C. de iure delib. Bald. in l. ab executore. in ij. col. magna. in fi. uer. item apparet ex prędictis. C. quorum app. non reci. Pet. de Ancha. in d. c. j. xiiij. q. uersic. occurrunt. Adde Bald. in l. cùm à matre. in fin. C. de rei uend.

Statutum uocans ad successionem agnatos, intelligitur scilicet secundum gradus prærogatiuam. Bald. in l. fi. C. de uer. sig. & Petr. de Ancha. ubi suprà, uer. per prędicta non puto. Item,

Statuta recipiunt à iure communi passiuam interpretationẽ, etiamsi statutum aliud prohibeat statuta interpretari, uel glossari. Bartol. in d. l. omnes populi. in iiij. q. vj. princ. & ibi Bal. & Ros. in arbo. consang. col. 122. quia intelligitur de interpretatione friuola. Item de extrinseca, quæ potest circunscribi, non de intrinseca. Bal. in l. iij. in uer. scias tamen. C. de libe. præte.

Statutum non recipit interpretationẽ à iure communi, quando per aliud statutum prohibetur, aliàs sic. Bald. in l. maximum. iiij. col. uer. quare dico, quòd aut statutum. C. de libe. præte. Vel quando prohibetur per legem. Bal. in l. iubemus. §. fin. in j. not. C. ad Trebel.

140 Statutum, quòd statuta non interpretentur, operatur non posse argui ex mente interpretata. Bart. in l. Labeo. in ij. colum. ff. de sup. leg. Baldus in l. non dubium. C. de legi. in ij. colum. in uersic. aduerte, iste dicit. & Alexan. post Bartol. in l. omnes populi. ulti. colum. ff. de iusti. & iur. & per Alexan. consil. lxxx. j. parte. Item non extendi ex identitate rationis. Bal. in l. ij. in ij. col. C. de pa. qui fil. di. Alex. in l. omnes populi. in ulti. colum. de iusti. & iure.

Statuta debent sic intelligi, ne sonent in absurdum. ar. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tuto.
Statutum, quòd statuta non interpretentur, operatur, quòd expressa uulgaris non contineat tacitam pupillarem. Bald. in l. precibus. iiij. col. in uersic. & nota, quòd in quibusdam locis. C. de impub. & ali. sub. & Pet. de Ancha. in c. j. in ulti. col. de consti. in vj. uidelicet quando in statuto dicitur, quòd uerba intelligantur ad literam. Baldus in d. l. non dubium. Item excludit argumentum à contrario sensu in alijs statutis. Bald. in l. cùm patrem. in princip. C. de condit. inser. ubi dicit uerum, quando statutum prohibet subauditum, uel extraneum intellectum.
Statuta recipiunt interpretationem extensiuam, & restrictiuam, etiam ab alio statuto, ut contrarietas euitetur. Bart. in d. l. omnes populi. in iiij. quæst. vj. quæst. principalis. & ibi Alexan. ulti. char. & in extrauagan. ad reprimendum. uersic. non obstan. & in l. sanctio. in ij. colum. ff. de pœnis. Baldus in l. executorem. in vj. columna, in uersic. or redeo ad propriam naturam legis. C. de execu. rei iudi. no. in c. cùm expediat. de ele. in vj. & Bald. in l. pe. in fin. C. per quas personas nobis acqui.
Statutum non recipit interpretationem extensiuam, quando est contra ius commune. Bal. in l. si uerò. §. de uiro. sol. matr. per l. de quibus. ff. de legibus. Vide Bart. in l. omnes populi. vj. q. princ. ff. de iusti. & iure. & ibi Alex. ult. charta.
Statutum ampliatiuum iuris communis debet intelligi uniuersaliter, & generaliter, ut quòd qualibet admittatur ad accusandum de homicidio, intelligitur etiam de inhabili. Bal. in l. ita nobis pudor. in fi. C. de adu. & Petr. de Ancha. in c. j. xiiij. q. uer. ut tamen legi. de consti. in vj.
Statutum unum intelligitur secundum aliud, ut quòd procedatur summariè, & quòd procedatur parte citata. Bart. in l. prætor. §. erit. in ij. col. in uer. & per hoc Old. disputauit. ff. ui bo. rap. & per Flor. in l. quemadmodum. §. hæc uerba. ad legem Aquil. ubi uide multa similia. & s. uer. j.
Statutum, quòd habeantur pro ciuibus, intelligitur scilicet in pœnalibus, & in fauorabilibus. s. Contrarium. uer. v.
Statutum de dominio, non habet locum in eo, quod habet hæres hæreditate iacente, quia dicitur fictum. Bart. in l. hæres. l. ult. in j. q. ff. de acqui. hære. & s. Hæreditas iacens. uer. xiiij.
Statutum per uerba præsentis temporis requirit actũ consummatum, ut si quis extraxerit, &c. Flo. in l. arboribus. §. idem tractat. de usufru. & suprà, Gabellarum fraudes. uer. xx. & Bald. ibi. & in l. si quis non dicam. iij. col. de epis. & cleric. & Alexan. post Bal. in l. qui Romæ. §. Callimachus. de uerborum obligat.
150 Statutum de retinente merces in platea, habet locum, etiamsi quis retinet in manibus, uel in bancho, uel in terra, uel si eas secum portet ꝑ plateam. Flo. post Bart. in l. qui sellam. de seru. rust. præd. & s. Gabella per quos. uer. xlv. Dixi in tract. de gab. vij. parte, xxiij. q.
Statutum de uia publica quomodo interpretetur. infrà, uerb. Via. uer. j.
Statutum de uicinis intelligitur de proximioribus: ut j. Vicinus. uer. ij.
Statutum, quòd in uenditione uicinus uel coniunctus præferatur, uide Decium consi. lxxxviij.
Statutum de æquiparatione & exæquatione, quomodo intelligatur. suprà, uer. Aequiparare. uer. j.
Statutum de exercente artem, quomodo intelligatur. sup. uer. Exercere. uer. ij. & iij.
Statutum de lignis, uel lignamine, non habet locum in his, quæ habent nomen speciale, ut est lignum, in opere positũ, uel ædificium ex lignamine, secundum text. & Ray. de For. in l. ligni. uer. Offilius.
Statutum contra Rempublicam, non interpretatur in eo qui alios tangit. Bal. in l. ij. C. an seruus ex suo facto. Alex. in l. omnes populi. x. col. de iusti. & iu. & in l. fi. de consti. prin.
Statutum de probatione, intelligitur de legitima. suprà, uerb. Probatio. el j. uer. xix.
Statutorum interpretatio desiderat æquitatem. Bald. in l. cùm allegas. ad fin. & in auth. ad hoc. ij. col. C. de usur. & Alexan. in d. l. omnes populi. x. col. per l. in his. de cond. & demonst. Quod uerum etiam in extensiua. Alexand. ibi. xj. colum. & sine iniquitate fieri debet. l. ij. C. de noxa. c. cùm dilectus. de consue. & Alexan. in l. planè. de peti. hære. etiamsi recedatur à proprio significatu. Bartolus in dicta l. omnes populi. vj. quæst. princ. & Alex. consi. lxvj. iiij. parte.
Statutum de casu uero, an interpretetur in casu ficto. uide j. §. proxi. & econtrà ibi. & per Alexand. in l. ij. §. hæc uerba. de neg. gest.
Statutum de contumace, intelligitur de uero, non ficto. item de expresso, non de tacito. suprà, uer. Consensus per statutum. uer. xiij.
Statutum de possessore an habeat locum etiam in eo, qui dolo desijt possidere. Io. And. in regula, pro possessore. in Mercur.
Statutum de moneta currenti, & de Bononenis, qualiter intelligatur. Alex. con. xxij. ij. parte, & s. uerb. Moneta. uers. xxix.
Statutum, quòd repertus in domo aliena de nocte possit impunè offendi, habet locum in offendente illum incontinenti extra domum, repertum tamen in domo. per Alex. consi. xxiiij. ij. parte. & s. Incontinenti. uer. antepe.
Statutum, quòd socius teneatur ratificare mercatũ socij, quomodo intelligatur. Alex. consi. xxxvj. ij. parte.
Statutum de socijs, intelligitur de socijs uniuersorum negociorum communium, non de socijs unius negocij, uel rei, uel duorum, secundum Alex. consi. xl. ij. parte.
Statutum de fratre quomodo intelligatur. suprà, uerb. Frater. uersi. vij. & Alex. consi. xcvij. ij. parte.
Statutum de reconducente, intelligitur de prima. Alex. consi. xvj. iiij. parte.
Statutum de uicinis, quòd intelligantur distantes per unum milliare, quomodo intelligatur. Alex. consi. xxj. iiij. parte.
Statutum requirens satisdationem, intelligitur scilicet si illa petatur. l. peto. §. fi. & ibi Pau. de Cast. de leg. ij. & Alex. cons. lxxvij. iiij. parte. & suprà, Cautio. el j. uer. iiij.
Statutum, quòd habitans per decem annos intelligatur ciuis, intelligitur si habitat continuè, non si interpolatim, uidelicet per quinque annos una uice, & per quinque alia uice, ut plenè per And. Barb. in cons. Clementissimi Dei. quod est ultimum, in iiij. parte consi. Alex.
Statutum, quòd potestas non teneatur stare ad syndicatum, intelligitur nisi de reliquis, quæ retineat apud se, pertinentibus ad fiscum. Bar. in l. dominus. §. seruus. de pec. leg.
Statutum de persona non habet locum in capitulo. Bu. in cap. grauamen. de præben. Alex. in l. mortuo. de fideius. & suprà, uer. Persona. uer. iiij.
Statutum de compra, intelligitur secundum intellectum iuris & peritorum, non secundum communem usum loquendi. Alex. consi. lvj. iiij. parte. & suprà, uer. Compra. & uerb. Emptio. uer. xij.
Statutum, quòd si quis decesserit ab intestato, intelligitur de masculo, & non de fœmina. Sali. in l. ij. antepe. col. C. de noxa. & Alex. consi. lxvj. iiij. parte.
Statutum debet interpretari, ne sit contrarium iuri communi, etiamsi à proprio significatu recedatur. Anton. de But. in c. cùm dilectus. de consue. & Alex. de Ino. con. lxvj. iiij. parte.
Statutum, quòd statuta intelligantur ut iacent, non tollit literalem expositionem. Alex. in l. j. ff. si cert. peta. post Paul. de Cast. ibi, ubi plenè. in v. col. Et ibi uide, quid si statutum dicit, quòd uerba statutorũ intelligantur præcisè. & per Bart. in l. ij. de excep. rei iudi. & in l. clari. de fideicom. & in d. l. omnes populi. xiiij. col. & in l. filiusfa. §. fi. de proc. & in c. ij. & ibi Ab. de rescr. Pet. de Anch. in c. j. uer. fi. de consti. li. vj. & s. Clausula statutorũ. in clausula, Hoc statutũ sit præcisum, &c.
Statutum de habitantibus non habet locum in scholaribus, uel alijs habitantibus animo recedendi. suprà, Habitare. uersic. xxxij.
Statutum, quòd non possit quis extrahere granum, intelligitur, nisi ex causa necessitatis, & causa sui principalis. ff. si cer. pet. ꝑ Guil. de Cug. Ang. & Alexan. l. diuus. in prin. & ibi per Ang. de peti. hære. facit l. alienationes. fami. ercis.
Statutum, quòd non liceat habere domum altam ultra quadraginta pedes, intelligitur, quòd si semel est actum, & lata sit sententia, non sit opus iterum agere, uel noua sententia. Bal. & Alex. in l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iureiur.
Statutum de lucro, non habet locum in lucro dotis, sed in eo, quod ꝓcedit ex titulo lucratiuo. s. uer. Lucrũ. el j. uer. xvij.

Statutum de moneta, intelligitur de currenti, & usuali. in Spe. de sol. §. nunc aliquis. uersic. pone. & Alex. in l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. act. facit c. ij. de decimis. & ĵ. Statuta de maleficijs. uersic. clxxvj. Item,

Statutum de denario, uel moneta, non intelligitur de falsa. per gloss. no. in l. ij. C. de hære. & Alexand. in d. §. qui reprobos. Item,

Statutum de moneta, mutatur cum ea, & trahitur ad monetã nouam. Alex. in d. §. qui reprobos. & Ant. de But. in c. quanto. de iureiur. & Spec. de solu. §. nunc aliqua. ad finem.

Statutum de habente, & possidente, quomodo intelligatur. s. uer. Habere. uer. iiij.

Statutum loquens per uerbum Optimum, quomodo intelligatur: ut quòd causæ grauiores committantur consil. optimorum doctorum. Angel. & Alex. in l. stipulationes. de uerborum obligatio. quod intelligitur de optimis, ex communi reputatione.

Statutum generale nõ recipit restrictionem. l. si mihi & Titio. §. fi. de uerb. obliga. l. in fraudẽ. de testa. mil. in l. j. §. generaliter. de lega. præstan. nisi per aliam dispositionem. l. ita pudor. & ibi glo. & Cyn. C. de adul. & Alex. in d. §. fi. post Bart. in l. omnes populi. de iusti. & iure.

Statutum de ciuibus, intelligitur de his, qui onera subeunt. Bald. in auth. & omnino. C. ne uxor pro marito. Alexand. in l. j. ff. ad municip.

Statutum de Antianis, an habeat locum in his, qui nuper finierunt officium antianatus. Ludo. dubitat in l. si quis in graui. §. de his. ad Syllania.

Statutum requirens subscriptionem trium uirorum testium, non habet locum in subscriptione fœminarum. Bal. in l. scripturas. in fin. C. qui po. in pign. ha. Sed Alexand. contrà in l. j. ff. de uerb. sig.

190 Statutum de molendino, intelligitur scilicet de eo, quod habet molas: quia aliter non dicitur molendinum. Bal. in c. j. §. si quis de manso. de contro. inuesti. Alexand. in l. j. ff. de acqui. pos. & suprà, uer. Molendinum. uer. viij.

Statutum, quòd bona describantur in æstimo communis, intelligitur quòd etiam pignus describatur per debitorẽ, non per creditorem. Ang. in l. cùm notissimi. in princ. C. de præscript. trig. annorum. Alexan. in l. j. §. per seruum corporaliter. de acqui. pos.

Statutum de tenentibus, uel detinentibus res, intelligitur etiã de eo, qui ciuiliter possidet. Glo. Imo. & Alex. contra Ludo. Pon. in l. iij. §. ex contrario. pen. charta. de acqui. pos. & Glo. in c. causam. de præscrip.

Statutum de ædificante opus, intelligitur de opere habente instar operis. Ang. Imo. & Alex. in addi. ad Bart. in l. stipulatio. §. opus. de ope. no. nunc.

Statutum de pupillo, quomodo intelligatur. Glo. & Bald. in l. iij. C. de nauicul. li. xj. Bart. & Bal. in l. iij. C. de sponsa. Glo. in l. j. de seruo cor. Bart. in l. sanctio. de pœnis. & in l. hęc editio. §. quærentibus. de publica.

Statutum, quòd bannitus non possit esse de prioribus, intelligitur, si quis dicat se non ritè bannitũ, & alter dicat eum esse ritè bannitum, nõ possit administrare officium, nisi prius declaretur, an sit ritè bannitus. Alex. in l. j. ff. de glan. leg. & Guido de Suza. in quæstione, Statutum est, quòd bannitus, &c.

Statutorum extensio.

uide ĵ. eo. per totum.

Statuta an cõprehendant minores. suprà, uer. Compromissum per quos. uer. iiij. & xj. & uer. Præscriptio contra quos. uer. v. & lv. & duob. sequen. & uer. Minor. el j. uer. xj.

Statutum exorbitans non trahitur ad casus pupillorum. Bald. in l. j. in j. opp. C. quando Impera. inter pu. & uid. per c. significantibus. de officio deleg. sicut dicitur in rescripto.

Statuta an extendantur ad clericos, uel ecclesias. suprà, Statutum super quibus. uer. xj. & uer. xxv. & xxxvj. quòd non. & Bart. in l. cunctos populos. v. q. in viij. col. C. de sum. & tri. & Pau. de Cast. consi. ccxc. incipiente, Ad primum quæsitum dicendum est. & ĵ. uer. Statutum de iudicijs. uer. xxx. & seq. & uer. Statutum de ultimis uoluntatibus. uer. x. cum seq. & omnino per Alex. consi. ccx. & seq. ij. parte.

Statutum, quòd bannitus possit impunè offendi, comprehendit etiam clericum bannitum. Bal. in l. j. ij. col. uer. & per prædicta determinatur quæstio, si statutũ. C. si à non cõpe. iud.

Statutum de contractibus, non extenditur ad testamenta, nec econtrà. glo. & Bald. in l. testamentum. C. de testa.

Statuta non recipiunt interpretationem extensiuam, sed declaratiuam. l. quicquid adstringendæ. de uer. oblig. nisi alio statuto caueatur, quòd procedatur de similibus ad similia. Bal. in l. iij. C. de legi. facit l. de quibus. ff. eodem tit.

Statutum cessat, ubi uerba eius cessant. Vnde

Statutum non trahitur ad casus non expressos, nec ad personas similes expressis. Bal. in l. illam. C. de collat. in j. col. & in l. si defunctus. in j. col. in uersic. & induco sic. & in l. fin. circa principium. C. de suis & legi. sed Bart. in l. omnes populi. vj. quæst. prin. uersi. item quæro. de iusti. & iu. dicit uerum, nisi subsit eadem ratio in utraque persona. & adde ĵ. Statutum de ultimis uoluntatibus. uersic. xiiij. in j. col. circa medium. ibi: item tale statutũ nõ comprehendit. & in uers. xxiij. j. col. circa fi. ibi: item non comprehendit. & omnino per Alexan. in consi. xcvij. ij. parte.

† Statutum, quòd mulier decedens sine liberis teneatur relinquere certam partem dotis fratribus suis: si nõ habet fratres, tenetur uigore dicti statuti relinquere illam partem sororibus: & si non reliquerit, poterunt ipsæ sorores petere dictam partem. Quod est perpetuò menti tenendum: ut per Hippo. de Marsil. sing. xxxix. incip. Capias unum de pane lucrando.]

* Statutum præferens in patris hæreditate primogenitum alijs fratribus, in materna hæreditate nullum sibi locum uendicat. Bal. in l. diuturna. in j. lectur. ff. de legibus. Contrariũ tamen tradidit ipse Bald. in §. j. de succes. feud. in usibus feu. ubi Matthæ. Afflict. colum. j. Aemilius Maria Manolessus.

* Statutum excludens filias à patris hæreditate, stantibus masculis in hæreditate materna, nullum sibi locum uendicat. Corne. consi. 150. col. j. uol. ij. And. Tiraq. in tract. de iure primogenior. q. ix. nu. i. Aemilius Maria Manolessus.

* Statutum excludens sorores à fratrum hæreditate, stantibus masculis, non habet locum in hæreditate sororum. Bened. Capr. consil. lxij. And. Tiraq. in tract. de iure primogenior. q. ix. nu. i. Æmilius Maria Manolessus.

10 Statutum de Potestate, habet locum etiam in eius iudice, & officialibus. Glo. Inst. de satis. tut. §. sed & si testamento. uersic. partes. Bald. contrà in l. j. in ij. col. in prin. uer. nota quod sequitur. C. si rec. prouin. quòd offendens Potestatem, non habet locum in offendente officiales eius. Et idem dicit in statuto de re firma.

Statutum de Potestate, habet locum etiam in capitaneo, & econtrà, si habent æqualem iurisdictionem, aliàs non. Bar. in l. siue ingenua. ff. ad Tertul. Caue, quia licet Bart. ponat aliqua pulchra de statutis per discursum totius legis, tamen istum casum non ponit.

Statutum de marito, habet locum in uxore, & econtrà Raph. Cu. in l. non tantùm. ff. de re iudic. Lau. in l. in quorum. xiij. col. de pig.

Statutum fauorabile, etiamsi esset correctorium, loquens in uiro ratione correlationis intelligitur loqui etiam in uxore, ut no. do. Ias. dicens se ita consuluisse. in l. fi. in ij. col. uer. decimò facit. quod no. Panor. C. de indi. uidu. tollen. Addo pulchrum consilium do. Franc. Curtij in cons. xj. incip. Statuto Parmensi.

Statutum pœnale contra usurarium, trahitur etiam ad contractus iam celebratos ante conditum statutum, quando pœna imponitur ei exigenti, nõ si imponitur contrahenti. Bal. in rub. C. de usur. j. col. uersi. queritur hîc episcopus. sed non ad soluentem usuras. c. super. de usuris. Alexand. in l. si ego. de acceptil.

Statutum de pace, habet locum etiam in remissione iniuriæ. Paul. de Castr. in l. prima. ff. de pac. ubi Bald. in ij. col. non tamen ita clarè. & ibi Alex. de Imola.

Statutum extenditur ad casus futuros, non ad præteritos. l. fi. in fin. C. si cer. pet. & in tracta. de instru. cau. & fide. §. fin. per Bart. in l. omnes populi. v. q. prin. in xvij. col. uersic. circa tertium. & ibi per Alexand. viij. colum. ubi plenè. ff. de iusti. & iure. & in l. illicitas. in princip. de offic. præsi. & in l. meminimus. & ibi Baldus circa medium. C. de legi. hęre. & Bald. in l. j.

in l.j.§.locum.de cadu.tol.& uide ĩ.Statutum de ultimis uoluntatibus.uer.lxxxij. & per Alexand.in l.cùm lex.de legi. & in consi.lxxix.iiij.parte, ubi dicit non trahi ad præterita, etiamsi antè sit ius acquisitum. Quod uerum, etiamsi ratio statuti posśit trahi ad præteritum. Bald.in l.testium.vj.not. C.de testi.Item Bald.in l. comparationes. C. de fide instru. in ulti. no. quòd probandi forma trahitur ad futura,non ad præterita perfecta. Item non trahitur ad causas præsentes: ut ĩ.uerbo,Statuta de iudicijs.uer.ccxxxiiij.

*Statuta non extenduntur ad casus præteritos, ne respectu quidem effectuum, qui post statutum conditum ex casibus præteritis procedunt & emanant.l.iubemus.ubi Pau. Cast. Ias.& Cor.C.de testa.§.j.ubi Ang.in auth.ut cùm de appellatio.cognos.Abb.in c.fi.col.pen.ubi Felin.col.ij.de constitutio.Bald.in l.siquis hæredem.C.de institutio.& substit. Ias. in l.fi. colum.j.C.de testamen.And.Tiraq. in tracta. de iure primogenior.q.xliij.nu.17.Pau.Cast.consil.clxxxiiij.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

Statuta populi an seruentur in causis scholarium.suprà, Scholaris.uer.lxxx.

Statutum de blado extenditur ad farinam.suprà, Farina. uersicu. ij.

Statutum, quòd bannitus,& condemnatus posśit offendi,nō habet locum in bannito nō condemnato, quia qualitas deficit.Bald.in l.j.ff.in ius uoc.ut eant. Quod nota pro statuto Firmano de reddendis carceratis in festo sanctæ Mariç.Caue,quia Bal.ubi suprà,nihil dicit,prout etiam dixi s̃. in uerbo,Statuta interpretantur.uer.xl.

Statutum de homicidio,an extendatur ad parricidium.suprà, Parricidium.uersi.j.& ĩ.eodem.uersi.xxviij.

20 Statutum de aduocato non habet locum in procuratore, propter usum communem loquendi contrarium. Lanfr. in c.quoniam contra.uersic.testes.xx.charta,de probatio.

Statutum non extenditur ex identitate rationis. Bal.in l.j.uer. ulti.quæro. in lectu. anti. C. de cad. tol. Sed uide plenius s̃. uer.Extensio.uer.vj.& ĩ.uersi.lx.nisi esset talis,de quo si statuentes fuissent interrogati,idem statuissent.gl. sing.& Bal. in l.tale.§.fi. ff. de pactis.

Statutum de nuptijs,extenditur etiam ad sponsalia.l.oratio.ff. de sponsa. Lud. Pont.aliàs est Ibbus.in l.j.§.in eum.iiij.col. ff.ne quis eum,qui in ius uoc.ui eximat.

Statutum fauorabile extenditur ad similia ob publicam utilitatem.Paul.de Cast. consil. xxiij.incipiente,Viso puncto,& etiam oppo.s̃.Statuta interpretantur.uer.j.

* Statutum matrem à filij hæreditate excludens, à filię hæreditate non excludit.Alberic.in l.j.nu.4.ff.de uerbo.signific. Ioan.Imol.in l.si ita sit scriptum.ff.de leg.ij.Archidia.in cap. si quis suadente.col.iij.xvij. q. iiij. Gregor. Nat.in tracta. de statut.excludē.fœmin.à succesśio.ix.q.iij.quæstio.princip. And.Tiraq.in tracta.de iure primogenior.q. ix. nu. 2. Alex. consi.ccxxxiiij.col.j.uol.vj.con.xlv.col.ij.uol.vij.Aemilius Maria Manolessus.

Statutum de uxore,extenditur ad concubinam,quo ad honorem.l.item legati.§.patrui.de leg.iij.docto. in l.parentes.C. de testi.Lanfran.in c.quoniam contra.uersi.testis.uersi.circa prędicta adde. de proba.Sed melius suprà,uer.Concubina.uer.ij.& iij.

Statutum,quòd instrumentum dotis exequatur,est strictè intelligendum,quia contra ius commune.Ange.& Imo.in l. si cùm dotem.§. eo autem. & ibidem omnino per do. Alex.in iij.col.in uersic. & ex hoc dicit Angel. cum alijs per eum ibi adductis.ff.solut.matri.

Statutum de furto,habet locum etiam in robaria.Item,

Statutum de adulterio habet locum etiam in raptu.Vnde

Statutum de uno delicto,extenditur ad aliud maius.Bal.contra Bartol.in l.transigere.in iij.colum.in fin.in viij.oppo. C. de transactio.& Rapha.Fulg.in l.eum,qui.in §. in popularibus.ff.de iureiur.

† Statutum loquens de homicidio,non habet locum in homicidio qualificato:ut not. Andr.Barb. in consil. xxxviij.in v. colum. uersic. faciat quod pulchrè. in secundo uol. & posui suprà,in uerb. Homicidium.]

Statutum de procuratore, non intelligitur de procuratore in rem suam.Bal.in l.j.v.quæstio.& ibi Pet.de Sun.C.de actio. & obliga.in l. qui stipendia. C. de procu.Ioan.de Prat.in l.j. ff.eod. tit.

30 Statutum de committente aliquod delictum, an comprehendat mandantem,uel fieri facientem. s̃. uerbo,Statutum de maleficijs.uer.xxiiij.& uer.Mandans.uersic.xxvij.& uer. Faciens.uer.ix.& seq.

Statutum de patruo, non intelligitur de patruo magno. s̃. Patruus.uer.vj.

Statutum de nouerca, non intelligitur de nouerca magna. s̃. Nouerca.uer.ultimo.

Statutum de fratre,quomodo intelligatur.suprà,uer.Frater.el j.uer.vij.& sequenti.

Statutum requirens scripturam in certis casibus,tanquam exorbitans non extenditur.Bald.in l.siue apud.in j.col.in uer. ulterius nota.C.de transac.

Statutum de habente,intelligitur de eo, qui habere potuit, & nō habuit, nec habet.suprà,uer.Habere.uer.xiiij.

Statutum de pace, non habet locum in treuga. suprà, Pax. el primo.uer.vij.

Statutum,quòd non subiens onera non gaudeat priuilegijs ciuium, non comprehendit absentem, pro quo coniunctus præsens subeat.Bar.in l.cùm scimus. circa medium.uer.no. arg.quòd si statutum.C.de agri.& censi.lib.xj.Item,

Statutum, quòd non allibrati non gaudeant priuilegijs, non habet locum in habente coniunctum allibratum.Bart.in d. l.cùm scimus.circa medium.uer.& ideo si statutum dicit. & Ibbus.in l.j.ff.in ius uoc.ut eant.

Statutum de liberis quos comprehendat.suprà, uerb. Liberi. uersic.j.

40 Statutum de filijs,quomodo intelligatur. suprà, Filiorum appellatione.per totum.maximè in uersic.xij.

Statutum de posthumis,quomodo intelligatur.suprà,Posthumus.uers.j.

Statutum de mercatoribus,quos comprehendat.suprà, uerb. Mercator.uersi.v.& lv.Et an seruetur in omni foro. ibidem.

Statutum, quòd bannitus non audiatur, est pœnale, ideo restringendum.arg.l.mutus.§.pœnæ.& ibi Io.de Pra.de proc.

Statutum pœnale dicitur odiosum, & non potest extendi, etiamsi fauorem contineat.Bal.in l.illud.in ij.col.in uer.illud est no.C.de sacrosan.eccle.nisi contineat fauorē publicum. suprà,Extensio.uer.vj.

Statutum, quòd mulieres non portent uestes sericas,intelligitur etiam de uestibus factis ante conditum statutum.Card. in cle.ij.iiij.q.de ui.& ho.cle.Et an fieri posśit per episcopū. Io.And.in Mercu.in regula,ea,quæ fiunt.in vj.

Statutum quòd filia dotata non succedat,intelligitur etiam de dotata ante conditum statutum.Bart. in consil. Statuto Assisij cauetur,quòd si qua mulier.& Alex.in l. omnes populi. ix.col.de iust.& iur.& ĩ. Statutum de ultimis uoluntatibus. † & s̃.Filia dotata.uer.liij.† De huiusmodi statuto, & eius ratione,& quòd sit fauorabile, & extendatur ad Iudæos habitantes in loco statuti,uide Bened.in repe.c. Raynutius. fol. 20.& seq.de testa.Adde in terminis huius statuti, an frater liberetur adoptando sororē,si uellet ipsam admittere ad succesśionem cum eodem. Dic quòd non,secundum Alber. in statutis. q. cij. quem refert Paul. Picus in l. Titia. col.xxiiij. uer.confirmo.ff.de leg.ij.]

Statutum de bannito offendendo, an extendatur ad occisionem.suprà,Bannitus offendi.uer.xvj.quòd non.

Statutum, quòd banniti ex homicidio, rebanniantur habita pace,intelligitur de bannito ante statutum conditum, non de banniendis,quia daretur causa delinquendi.Pau.de Cas. in l.cùm lex.in prin.ff.de legi. dicit uerum, etiamsi tantum delinqueret ante statutum conditum,& post fuit positus in banno. Bal. ibidem.adde ĩ.eod.uer. xciij. & uer.cxxxvij.& sequenti.

Statutum, quòd instrumenta publica habeant executionem paratam contra obligatos in eis.Item,

50 Statutum,quòd contractus facti sine certa solennitate non ualeant,intelligitur de instrumentis,& contractibus, etiam futuris.Pau.de Cast.in d.l. cùm lex.& Bartol.in l.illicitas. in prin.de offi.præsi.

Statutum,quòd scholares habeantur pro ciuibus, extenditur tantùm ad commorantes in studio, & non tollit eis priuilegia

legia competentia ultra ciues. Bar. in l. iij. §. si emancipatus. circa fi. ff. de bon. posses. contra tabu. Bald. & Petr. de Sun. in authen. habita. in j. col. in fin. uer. sed pone, statuto. C. ne fil. pro pat. Item intelligitur de his, quæ sunt ad fauorem, non ad damnum. Bald. in l. si Ruffinus. C. de test. mili. & ibi per Fulg. & do. Ias. May. Addo Bald. in l. ea lege. in iiij. colum. in uers. ex hoc similiter apparet. C. de condi. ob cau. licet idem Bald. contrà in l. quod fauore. in iiij. col. uersic. concessum est alicui. C. de legi. & Ibbus in l. prætor. §. patronum. de in ius uoc.

Statutum, quòd habeantur pro ciuibus, intelligitur de habitantibus. Paul. de Cast. in l. nulla. ff. de legib.

Statutum an trahatur ad causas pendentes. j. Statutum de iudicijs. uer. ccxxxiiij.

Statutum de infirmis, de quibus intelligatur. s. Infirmitas. uer. ultimo.

Statutum dans arbitrium procedendi, non extenditur ad sententiandū in causa. Ia. But. & Ioan. de Pra. in l. qui procuratorem. de procur. Bart. in l. si lege. in princ. ff. locati.

Statutum per uerbum masculinum, an comprehendat fœminam. j. Statutum de maleficijs. uer. xxij. cum seq. & uersic. Masculinum. uersic. xij. & ibi per discursum.

Statutum de debitore capiendo, quomodo intelligatur. suprà, uerb. Debitor suspectus. uer. xlij. & 50. & lv.

Statuta declaratiua iuris præteriti trahuntur etiā ad lites præsentes. Bald. in l. iubemus. in iij. nota. C. ad Velleia. Io. Andr. in cap. fin. de constitu. in Nouella.

Statutum de scholaribus, extenditur etiam ad magistros. Flo. in l. si seruo. §. si horrearius. ff. de his, qui deie. uel effu. Addo Bald. in auth. habita. in iij. no. C. ne filius pro patre.

60 Statutum pœnale an extendatur ad casus similes ex identitate rationis. Item,

Statutum pro, uel contrà ius commune, an indistinctè extendatur. per Flo. l. hæc actio. si quadru. pau. fe. di. & suprà, Extensio. uersic. ij. iij. vij. & xiij.

Statutum an extendatur ex maioritate rationis. doct. & Bald. in l. j. in j. col. uer. dicamus ita statutum. C. de interdic. quòd nō, si est pœnale: ut quòd percutiens in platea puniatur pœna manus, non habet locū in percutiente in palatio: ut ibid.

Statutum, quòd statuta non extendantur, non tollit interpretationem literalem ex uirtute sermonis fiendam. Bal. & Io. Pet. in l. iubemus. in fin. in j. nota. C. ad Trebel.

Statutum, quòd bannitus soluens ducenta eximatur, de banno, non habet locum in eo, qui soluit ante conditum statutum. Bart. in l. ij. in fin. de condi. & demon.

Statutum de patre, quòd teneatur assignare legitimam filio in uita, non extenditur ad matrem. argu. l. de quibus. à contrario sensu. ff. de legi. Bald. in l. quicunque. v. col. uersic. item statuto cauetur. C. de ser. fugi.

Statutum de fratribus Minoribus, non extenditur ad moniales sanctę Claræ. suprà, uerbo, Monialis. uersic. xxxvj. Bald. in l. quicunque. in v. colum. uersi. quid si fit mentio.

Statutum, quòd petens debitum solutum puniatur, comprehendit etiam opponentem exceptionem compensationis. suprà, Exceptio compensat. uersic. xv.

Statutum de forensi, quomodo intelligatur. s. uerb. Forensis. el j. uer. j. & ij.

Statutum de uenditore, habet locum in emptore, & econtrà. Lau. de Fano. in l. in quorum. xij. colum. de pigno. docto. in l. si conuenerit. ff. de pac. Bald. in l. j. C. de cupressis. lib. xj. & in l. fin. ff. de accepti. Bal. in l. j. paulo post principium. C. de communi ser. manu. Addo Bartol. in l. fin. C. de indic. uidui. tol. Quod est uerum, traditione secutā, non aliàs. Bald. in l. j. ff. sol. matr. Sed statutum cogens ad emendum, non intelligitur cogere ad uendendum. Bald. in d. l. j. C. de communi ser. manu.

Statutum de locatore, habet locum in conductore, & econtrà. no. in l. si conuenerit. ff. de pact. per docto. & in l. si quis seruo. C. de fur. propter correlationem. & s. Correlatiua. uersi. iij. j. eod. uer. cj. & in c. j. & ibi Abb. de loca. & Alex. in l. fi. ff. ff. de acceptil.

Statutum trahitur ad casum similē, de quo fuerit uerisimiliter cogitatū. gl. in uer. exceptionē. Bal. in iij. not. Paul. & doc. in l. tale. §. fi. ff. de pac. facit l. si extraneus. de condi. ob causam.

Statutum de antianis habet locum etiam in electis, & designatis. Bar. in l. j. in prin. in j. oppo. ff. de pœnis. facit l. fi. si ex noxa causa aga. & ibi dicit Bald. & Paul. de Cast. quòd ea, quæ sunt in habitu, & nō in actu, si postea perueniunt ad actum, non dicuntur mutari in alium statum. facit lex penulti. de testa. mil.

Statutum de minoribus, habet locum etiam in furioso. Bar. in l. orationis. C. de cur. furi. ubi glo. Addo Bald. in l. si curatorem habens. C. de in integ. restitu. min.

Statutum non debet extendi contra ius commune. Bald. in l. illam. j. col. uer. præterea statutum. C. de coll. & suprà, Extensio. uer. vij.

Statutum, quòd statuta intelligantur ut iacent ad literam, & non possunt interpretari, operatur non fiat extensio statutorum ad similes casus. Bald. in l. ij. in prin. uer. extra inducitur. glo. in C. de pa. qui fil. di. Addo Bald. in l. illud. in ij. col. in uer. item not. ex glo. C. de sacrosan. eccle. Item quid aliàs operetur, uide Bal. in l. si quis filiū. de libe. præte. & in auth. si qua mulier. in ult. col. uersic. ultimò no. de sacrosan. eccle. & in l. maximum. in iij. col. uer. quia dico, quòd aut statutū. C. de libe. præte. & in l. iubemus. in fi. ad Treb. & in l. ij. in j. col. magna. in fin. C. de execu. rei iudi. & in l. precibus. iiij. col. uersic. & nota, quòd in quibusdam. C. de impub. & ali. substi. & in l. non dubium. iij. col. de legi. in uersic. & primò quærit, an statuta. & Institu. de iure natu. §. ius autem. & ibi Ange. Aret. Bart. in l. omnes populi. ulti. q. vj. prin. & ibi per Alex. ulti. char. Pau. de Cast. in l. pe. si cer. pet. Sali. in l. quamuis. j. col. C. de adul. Pet. de Anch. in c. canonū statuta. cciiij. col. de consti. in vj. Ros. in arbo. consang. lxxvj. col. Barthol. Cæp. in rub. ff. de uerb. sig. ulti. parte prin. uer. sed quæro circa prædicta. & s. uer. Statutorum interpretatio. uer. j.

Statutum de cadauere, non habet locum in ossibus mortui. s. Cadauer. uer. x. & s. Ossa. uer. j.

Statutum de creditore, quomodo intelligatur. s. Creditor. el j. uer. j. cum octo seq.

Statutum de debitore, quomodo intelligatur. suprà, Debitor. el j. uer. j. cum quinque seq.

Statutum de soluente bannum admittendo ad officia publica, intelligitur etiam de ignoranter soluente. Bal. in l. si quis. in fi. C. de institu. & substitu.

80 Statutum de testamento taliter condendo, intelligitur de futuris. j. uer. Statuta de ultimis uoluntatibus. uer lxxxij.

Statutum de patruo non extenditur ad amitam, nec ad fratrē. doct. & Paul. de Cast. in l. illam. & ibi per do. Alex. in vj. col. C. de coll. Ros. in arbo consang. lxxij. col.

Statutum quando extendatur ad præterita. Pau. de Cast. con. cclxxxix. incipiente, Ad primum quæsitum.

Statutum de uno correlatiuorum, etiam contra ius commune, habet locum in altero. l. fi. C. de indi. uidu. tol. Bart. in l. fi. de accepti. Rosel. in arbo. consan. colu. lxxviij. l. si quis seruo. C. de fur. & Abb. Sicul. in c. quia super. glo. ult. de iure patro. & suprà, Dispositio. uer. viij. & Ab. in c. j. de loca. & Alex. in d. l. fi. ubi dicunt uerum, si sit par ratio in utroque, non aliàs. Propter quod ego aliàs prætor Cassiæ puniui adulteram pœna statuti de adultero. Facit glo. in authen. sed hodie. C. de adul. quam sequuntur doc. & Sali. ibi. quòd uir accusans uxorem de adulterio per calumniā, punitur eadem pœna, qua teneretur uxor conuicta. licet d. auth. inducens pœnam contra adulteram, non loquatur de adultera, & hoc propter correlationem: ut dicit ibi Sali. quando est eadem ratio. & tenet Sali. in authen. sed nouo. eod. titu. ar. contrà in d. authen. sed hodie. & ibi doct. Salic. post glo. quæ loquitur de adultera, & tamen non extenditur ad adulterum, qui remanet sub pœna iuris communis, licet sint correlatiua. Dic secundum Salic. quòd ideo est, quic ratio est diuersa, id est, quod uxor reconciliari potest, non adulter. Et pro prima opin. moueor, quòd statutum puniens adulterum in pecunia, à fortiori habeat locum in adultera, quę est de iure Authen. sed hodie mitius punitur, quàm adulter, cùm possit reconciliari uiro, ut ibi. ergo non remaneat extra statutum adulteri. & in iure d. auth. cùm sit acrius, quàm adulter puniretur. quælibet enim pœna corporalis maior est qualibet pecuniaria. l. in seruorum. de pœnis: sed per auth. sed hodie. imponitur uerberatio, & reclusio in monasterium, quę sapit

seruitutem: ut suprà, uer. Obligatio personalis. uer. ix. & ult. & uer. Monachus. el j. uer. xxxv.

Statutum, quòd non licet mulieribus portare perlas, & uestes sericas, non extenditur. suprà, Statuta de maleficijs. uer. liij.

Statutum an & quando extendatur ad ignorantes. infrà, uerb. Statutorum effectus. uer. lxxiiij. cum duobus seq.

Statutum de amouente de pecunia communis, habet locum etiam in amouente unum denarium. Ang. in l. si quis dederit. §. prætor. in fin. de acquir. hæred.

Statutum de debitore non conueniendo intra annum, an prosit fideiussori. Bal. in l. quoties. in ij. col. uersi. secundo modo quęritur. & ibidem per Fulgo. & Sali. distinguit. C. de preci. Impera. offe. Addo Bar. & alios in l. cùm filius. §. in hac. ff. de uerb. oblig. Bald. in l. tam mandatori. C. de non num. pecu. in ij. colum.

Statutum ligat etiã mulieres, nisi expressè sint exemptę. Bald. in l. ne passim. C. de iur. & fac. igno.

Statutum de bannitis, an comprehendat bannitos ante statutum, uel post. Bal. in l. leges. la ij. in ulti. col. uer. ex quibus, & alijs prædictis. C. de legi. & ibi Salic. qui etiam ponit in l. ij. C. de gene. aboli. Bart. in l. omnes populi. iiij. q. vj. q. prin. ff. de iusti. & iure, distinguit. & in l. cùm lex. de legi. & suprà.

90 Statutum continens ius singulare, non extenditur de similibus, ad similia, sed continens ius generale sic. Bal. in l. non dubium. iiij. col. C. de legi. ubi etiam uide, an

Statuta restringantur, uel extendantur, & quando. Baldus ibidem.

Statutum de offendente in platea, uel domo, habet locum in offendente in platea, & extra, incontinenti, post rixam cœptam in domo, uel platea. Bartol. in l. quod ait. §. j. ff. de adul. Bald. in l. quicunque. j. col. in fin. uer. sed hîc quæri potest. C. de ser. fugi. Angel. Areti. in tracta. Malefi. uer. in platea. argu. contrà, s̄. uer. Fugiens. uer. xvij. cum seq.

† Statutum puniens offendentem aliquem in uia publica, uel strata, non habet locum in offendente aliquem in flumine publico. Ita no. dicit Bal. per illũ tex. in l. fi. in fi. ff. de ser. rust. præd. Secus autem dicit esse in ponte fluminis: quia offendens aliquem in ponte fluminis, dicitur eum offendisse in uia publica, seu in strata publica.]

Statutum non tollit exceptionem ortam ante conditum statu tum. Paul. de Cast. consil. cclxxxix. incipiente, Ad primum quæsitum.

Statutum nouum imponens pœnam delicto, an comprehendat delictum antè commissum. Bart. in l. omnes populi. ij. q. v. princ. de iusti. & iure. ubi facit tria principalia membra, & s̄. eo. uer. xlviij.

Statutum de ecclesia habet locum in quolibet loco pio, & in monasterio. no. in c. ij. & ibi Ioan. And. in Nouel. de restit. in integ. in vj.

Statutũ cum clausula, quòd extendatur etiam ad causas prçteritas, intelligitur, nisi sint decisæ per sententiam, iuramentum, uel transactionem. Bart. & Pet. de Sun. & in l. fi. C. sen. rescin. non pos. Bart. in l. causas. in prin. C. de transac. & in l. omnes populi. ij. q. v. princip. in xvij. col. uer. iuxta prædicta quęro. ff. de iusti. & iure. & in l. Lucius. §. quæ marito. de leg. ij. & in l. j. §. fin. ad Tertul. & in l. cùm lex. de legi. & Ioan. de Ligna. in c. cùm dilectus. de consue.

Statutum generale comprehendit pia loca. l. sancimus. la ij. & ibi Bal. de sacrosan. eccle. & plenius infrà, uerb. Statutorum effectus. uersic. xlvj. cum sequentib.

Statutum, quòd statuta de coniunctis trahantur ad extraneos, non intelligitur de statuto compromiss. fiendi. Bart. in l. j. §. lex Falcidia. in j. oppo. ubi Ang. ff. ad leg. Fal. & ibidem uide omnino per do. Alex. in j. col.

Statutum de usufructuario, locum habet etiam in emphyteuta, & feudatario, & alijs habentibus iura utilia, si materia patiatur. Pau. de Cast. in l. j. in princ. ff. ad Trebel. Barthol. Cæpol. de ser. tit. de usufr.

100 Statutum contra nobiles habet locum etiam contra nobilem condemnatum, & infamem. Bart. in l. j. C. de infa. li. x. & quod no. in l. j. C. de his, qui non imple. stip. eo. lib.

Statutum de bannitis locum non habet in carceratis. s̄. Bannitus. el j. uer. xlj.

Statutum habens rubricam, de mercatore, & rusticis, extenditur etiam ad rusticos. de quibus in nigro non fit mentio. Salic. & do. meus Fran. de Capi. list. in rubr. ff. si cert. pet. doc. in l. j. C. de diuer. rescrip.

Statutum nouum ueniens ad declarationem antiquorum an trahatur ad præterita. Alex. consi. vij. ij. parte.

Statuta an trahantur ad exemptos. s̄. Exempti. uersic. ij.

Statutum de præscriptione non extenditur ad similia, sed habet locum in casu suo. Bald. in l. quod est constitutum. ne de sta. defun.

Statutum de marito bannito, non habet locum in uxore banniti. Baldus in l. quicunque. v. col. uer. sed pone, statuto. C. de ser. fugi.

Statutum de inquilino, nõ extenditur ad colonum. suprà, Inquilinus. uer. xxiij.

Statutum puniens abusionẽ, uel etiam uerum delictum, semper comprehendit fœminas, non præsumptiuum. Bald. in l. quicunque. v. colum. in uer. & in summa, si statutum. C. de ser. fugi.

Statutum, quòd filius habitans seorsum à patre habeatur pro patrefa. an habeat locum, quando pater iuit ad habitandum cum filio. Paul. de Cast. consi. clxxv. incip. Ad primum quęsitum clara responsio. quòd sic.

110 Statutum extenditur ad æquipollens expressi, in eo, ut ꝙ non possit esse assessor, intelligitur nec consiliarius. Bar. in l. nemini. C. de aduo. diuer. iudi.

Statutum secundum non porrigitur ad eum, qui habet executionem paratam instrumenti, uel testamenti. Bartol. in prima constitu. Cod. §. hæc quæ necessariò. in iiij. colu. in uers. & per hoc dico, quòd secundum statutum.

Statutum non extenditur de similibus ad similia, quando non subest ratio. Bal. in l. iij. in ij. col. in uer. ex quo no. C. de iure dotium.

Statuta ciuitatis habent locum etiam in castellis de nouo quęsitis. Bal. in l. etiam. in ij. col. in uer. & ista lex inducitur in ar. C. de iure dot. quòd banniti non stent in castellis. & suprà, Castrum. uer. xl.

Statutũ, quòd filius teneatur ad debita patris, mortuo patre, non extenditur ad filium exhæredatum. Bal. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium.

Statutum an extendatur ad casum, qui est idem iuris fictione. Bart. in l. omnes populi. in iiij. q. vj. princip. xxvij. colum. ff. de iusti. & iure. uersi. ulterius quæro, quòd non. & per Alex. in l. iij. §. hoc uerbo. de nego. gest.

† Statutum annullans actum propter solennitatem, non seruatam, non extenditur ad iuratum. d. Mar. Ant. Baue. in suo tractatu, de uirtute iuramenti, in xxiij. casu.]

Statutum extendit, & restringit ius commune. Bal. in l. iij. in fi. C. ad Tertul.

Statutum pœnale an extendatur ad similia. suprà, Extensio. uersic. ij.

Statutum generale nõ comprehendit personas priuilegiatas. Bal. in consi. Super hoc puncto duo sunt uidenda. & suprà, Monialis. uer. xxx.

Statutum extenditur etiam ad causas, appellatione pendente super eis, etiamsi dictum est in eo, quòd non extendatur ad causas pendentes. Vide in Specu. de app. §. de officio. in iiij. col. uer. quid si. Ang. in auth. in medio litis non fi. in §. fi. uer. & nota. col. viij. & in auth. ut cùm de app. cog. in prin. paulo post principium. col. viij. sed non potest fieri super lite pendente. suprà, Statuta super quibus. in uersi. cxxv. & omnino per Alex. in l. si quis in iudicio. in prin. ff. si quis caut.

120 Statutum de carceratis pro persona, non habet locum in carceratis pro debito. Ang. in auth. ut cum de app. cog. §. si quemlibet.

Statutum contra ius commune ratione speciali trahitur ad casum similem. Item,

Statutum licet sit stricti iuris, trahi potest ad consequentiam, dum tamen casus, ad quem trahitur, non sit inclusus in iure communi. Baldus in l. si quis seruo. in ij. col. uer. ex hoc no. C. de furtis.

Statutum non debet trahi ad præiudicium tertij, etiamsi aliter nihil operetur ultra ius commune. Bald. in l. cùm à matre. in fin. col. uersic. ulti. quæritur. C. de rei uen. & in l. j. in ult. col. C. qui accu. non pos. & s̄. Statutorum interpretatio. uer. 99.

Statutum

Statutum tollens actionem, non tollit exceptionem. Bald. in l. peremptorias. iiij. col. uer. quæro, si statutum. C. sent. rescin. non pos.

Statutum nouum non extenditur ad causam appellationis, & sic ad rem iudicatam. Bald. in addi. Spec. de appel. uer. noua constitutio.

Statutum de procuratore, habet locum etiam in tutore, & curatore. Bal. in l. quod si nolit. §. quod in procuratore. de ædi. edict. argu. contrà in l. mandato. per gl. ff. de procur. & s. Statuta de iudicijs. uer. cxxj.

Statutum pœnale contra ius commune, uel præter, uel secundum ius commune, an habeat locum in casu ficto. j. uer. Statutum de maleficijs. uer. 50.

Statutum priuans aliquem beneficio obtinendo, non habet locum in beneficio iam obtento. Bar. in l. si seruum. §. fi. ad fi. ff. de acquir. hære. arg. cõtrà, in l. Publiciana. ff. de iure codicil.

Statutum de obligatione non extenditur ad actum diuersum. Io. de Imol. & Alex. in l. is, cui. de uerbo. oblig.

130 Statutum prohibẽs aliquam artem exerceri in ciuitate, extenditur etiam ad suburbia. Abb. Sicu. in c. fi. de præb. Alex. in l. ij. de uer. sig. Adde s. uer. Ciuitas. uer. xviij. & uer. cij.

Statuta, quòd instrumenta habeant executionem paratam, an extendantur. j. uer. Statuta de contractib. uersic. cxxxiij. & j. Statuta de iudicijs. uersic. xxxj.

Statutum de faciente, habet locum in faciente per se, non in faciente per alium. s. uer. Facere. uer. ix. & x.

Statutum legitimans ad aliquem actum, intelligitur de subditis, non de forensibus: secus, si statutum disponat circa solennitatem aliquam. Bar. in l. j. circa fi. uersi. nota ex hac lege. ff. de tut. & cur. da. ab his. & j. Statutorũ effectus. uersi. xxxiiij. & xxxvj.

Statutum, quòd instrumenta usurarij præsumantur fictitia, habet locum etiam in instrumentis quondam usurarij, qui desierit fœnerari, celebratis antequam desineret. Bart. in l. palàm. §. non solùm. de ritu nup. & no. in l. prætor. §. sed si dominus. de eden. & quod per Bartol. in l. quis sit fugitiuus. in prin. de ædi. edicto.

Statutum refertur ad casus in eo complexos. Bal. in l. cùm quidam. uer. nota quòd lex, uel statutum. C. de duo. reis.

Statutum non obstat socio non citato, licet alter socius sit citatus. Bal. in l. fi. C. de duo. reis.

Statutum per uerbum præsentis uel præteriti temporis, ut qui est, uel fuit debitor, & publico instrumento capiatur, intelligitur etiam de debitore obligato post conditum statutum. Bar. in l. cùm lex. ff. de legi. Item,

Statutum, quòd debitor capiatur, & contra instrumentum opponatur, exceptio habet locum, quo ad debitorem capiendum, sed non quo ad exceptionem ortam post conditũ statutum. per Bart. in d. l. omnes populi. ij. q. v. in prin. in xviij. col. uer. ex his possunt solui, &c. Item,

Statutum, quòd possidens quinq; annis præscribat, intelligit de possessione incœpta post cõditum statutum, non de anteriori. Bar. in d. l. ij. q. v. in prin. in xix. col. uer. ecce aliam, dicit statutum.

140 Statutum generale non extenditur ad casus, in quibus est specialiter prouisum. Bart. in consil. A` domino Cyno de Bononia. & in l. prætor. §. erit. in ult. col. ff. ui bon. rapt. & Bal. in l. quemadmodum. §. hæc uerba. in j. col. ff. ad l. Aquil. Vnde

Statutum, quòd bannum cassetur bannitis soluta pœna, nõ habet locum de robatoribus stratarũ, quibus ex forma statuti non debet cassari bannum, etiam pœnam soluentibus. Dyn. in l. talis scriptura. in fi. de leg. j. & j. Statutorũ effectus. uersi. xvj. ubi plenius.

Statutum de officiali, habet locum etiã in eius substituto. Bar. in l. j. §. hi, quibus. ff. de leg. iij.

Statutum de offensione banniti extenditur ad priuatos carceres. De eo Bal. & Salic. in l. j. uer. quærit hîc Iac. But.

Statutum non extenditur, ubi iurisdictio non extenditur. Bal. in l. necessarium. in prin. ff. de ori. iur.

Statutum cõprehendit fœminas. Bald. in l. ne passim. C. de iur. & facti igno. & s. Masculus. uer. xv. & ibi per discursum.

Statutum non extenditur cõtra rempublicam, si potest in alijs operari. Bald. in l. creditoribus circa medium. C. an ser. ex fac. suo.

Statutum non extenditur in pœnalibus, & odiosis. Bald. in l. si quis in colluctatione. §. Celsus. ad legem Aquil. in uer. quæro, hîc dicit statutum. nisi fauore publicæ utilitatis. s. Extensio. uer. ij. & vij. & per discursum.

Statutum præter ius commune extenditur ad casum, non expressum ex eadem ratione. per gl. in c. constitutioné. de sent. excom. in vj. Alex. in l. j. in prin. de uerb. obli.

Statutum, quòd extenditur de persona ad personam, proportionari potest ad utramq;. Geminia. in c. indemnitatib9. §. s. dicta. de elect. in vj. aliàs non. Bald. in l. illam. C. de collat. & Bar. in l. omnes populi. vj. q. de iusti. & iure. Alex. post Bar. in l. iura. ff. de legi.

150 Statutum de conducente, uel extrahente sal, uel bladum, non habet locum in eo, qui sal, uel bladum emptũ alibi portat per territorium statuti transiturus ad alium locum. Alex. consil. lxvij. iiij. parte.

Statutum, quòd capiens talem malefactorem, habeat tale castrum in feudum, extenditur etiam ad mancum uel incapacem feudi. Gul. Bal. & Salic. & Alex. in l. si filius. ff. si cert. pe. & Alex. in l. filio. de libe. & posthu.

Statutum ratione publicæ utilitatis non recipit restrictionem de habilitate. l. iij. §. utrum. uersi. ei, qui. ad Syllan. Alex. in d. l. si filius.

Statutum de pignore extenditur ad hypothecam. s. Pignus. el j. uer. xxxiiij.

Statutum pœnale de uestibus non comprehendit caligas, quę ex communi usu loquendi nõ ueniunt nomine uestis, licet de iure in legatis ueniant. j. Vestis. uersi. xxv. Ita Card. in cle. ij. q. v. de ui. & ho. cle. Vnde

Statutum prohibens portari uestes diuisatas, non extenditur ad caligas diuisatas, nisi expresim etiam de caligis loquatur. Card. ibidem, & textus.

Statutum de arbitrio habet locum etiã in arbitratore, quando est par ratio. Abb. Sic. in c. uno delegatorũ. de off. deleg. Itẽ,

Statutum, quòd delinquens in officio puniatur, habet locum etiam in arbitro, uel arbitratore delinquente in arbitrando, secundum Abb. sing. in d. c. uno.

Statutum ad præcedentia quando extendatur. Bal. in l. si quis quandam. ff. si quis caut.

Statutum per uerba præsentis, uel præteriti temporis, an trahatur ad futurum. Alex. post Bart. in l. omnes populi. pen. col. de iusti. & iure. Bald. & Imol. in l. cùm tale. §. pen. de condi. & demon. & Bal. in l. leges. ij. C. de legi. & Bal. & Imol. in l. cùm secundum. de iniusto testa. Alex. post Bar. in l. cùm lex. de legi. & in l. illicitas. in prin. per Bar. de off. præsi. & Gemi. post gl. in c. fi. de consti. lib. vj.

160 Statutũ loquens de casu ficto, an extendatur ad casum uerum. Bal. in l. si quis seruo. C. de fur. & ibi Bar. & Alex. in l. iij. §. hæc uerba. de neg. gestis.

Statutum, quòd de uino soluatur gabella, non habet locum in oleo. Bal. in l. j. C. quę sit longa consue. & Alex. in l. iura. ff. de legi. & j. uerb. Vinum. uersi. j.

Statutum an & quando extendatur ad casum fictum, per Alex. plenè in l. iij. §. hæc uerba. de neg. gest. post Bar. ibi, quòd nõ, nisi esset conforme iuri communi. & Abb. in c. ad audientiã. de cler. non resi. Item nisi esset præter ius, ut ibi plenè. Vide Bal. in l. meminimus. C. de legi. hære. Item,

Statutum de consensu, non intelligitur de ficto, scilicet per cõtumaciam. Bal. in l. ij. §. uoluntate. sol. matr. Alex. in d. §. hæc uerba. & per Alex. in l. apud Iulianum. §. fi. ex quibus cau. in poss. eatur. Item,

Statutum de contumace, intelligitur de uero, non ficto. Ange. in consil. cxcv. Adde Bal. in l. recepticia. ad fi. C. de constitu. pec. & Alex. in d. §. hæc uerba.

Statutum nõ comprehendit bannitos. Bal. plenè in l. cùm mulier. vij. col. & seq. ff. sol. matr. & j. Bannitus. el j. uer. xxiij.

Statutum, quòd possessio transeat in hæredem, an transeat in fideicommissarium. Alex. consil. lxxxij. ij. parte.

Statutum prohibens alienationem, intelligitur etiam prohibere præscriptionem. Alex. consil. j. iiij. parte. & s. Prohibitus alienare. uer. iij.

Tertius potest excipere contra electum pro interesse publico, & appellare ab electione. Cardin. in clem. constitutionem. in fi. prin. de elec.

Tertius uolens potest exhibere instrumenta litigantibus, sed non cogitur. s̃. Editio à quo. uersi. pen. Item potest petere sibi exhiberi pro interesse suo sibi exhibito.

Tertius appellans pro interesse suo debet causam exprimere. Bar. & Alex. in l. j. §. fi. ff. de app. Inno. & doc. in c. cùm super.
† de re iud. & ibi Abbas Sicu. † Et per Feli. in d. c. cùm super. & in c. quod ad consultationem. in x. col.]

Tertius potest soluere pro condemnato corporaliter in subsidium etiam inuito. s̃. Solutio à quibus. uersi. v.

Tertius an impediat executionem banni. Bald. in rubr. C. de iure fisci.

50 Tertius defensor si obtinet in causa, an sententia prosit ei, quem defendit. Bar. in d. l. à sententia. in j. col. in uer. quæro, utrum sententia lata. & Bu. & doc. in d. c. cùm super. distinguit. & s̃. Sententiæ effectus. uer. lxxviij.

Tertius potest appellare etiam à sententia lata in causa appellationis. Bar. in l. à sententia. in fi. prin. ff. de appel.

Tertius potest pro interesse suo appellare à sententia lata contra alium, non obstante clausula, appellatione remota. Bart. in l. j. §. fi. uer. quæro, Imperator. iuncto uersic. sequenti. ff. à qui. appel. non licet. & not. in c. super eo. & ibi Sicu. de offi. deleg. ubi etiam dicit posse appellari propter tertiũ ab executione instrumẽti guarentigiati, licet per statutũ ab ea prohibeatur appellatio. & Andr. Barba. consi. Scripsit Ecclesiasticus. xiiij. col. quod est post consi. ciij. Alex. iiij. parte. & al-
† legat Ant. de But. in ca. ut debitus. de appel. † Et per Felin. in ca. ueniens. de testi.]

Tertius pro interesse suo non potest petere publicari testes in causa productos per alium, qui litigauit. c. constitutus. secundum communem lec. sing. de testi. & ibi doc.

Tertio an quæratur ius ex contractu aliorum. Alex. in l. sed si hac. §. constituta. & ibi Bal. & Ang. de in ius uo. & Bar. & do. & Alex. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uerb. oblig.

Tertius, cui quis stipulatur, dicitur procurator ad exigendũ. l. si cùm Cornelius. de solut. secundum Bald. sing. in l. si cùm tuam pecuniam. C. de contra. & commit. stipula.

Tertius possidens rem creditoribus hypothecatam, præscribit per decem annos iuri hypothecæ. suprà, uer b. Hypothecaria. uer. iiij.

Tertius auditur etiam contra tres sententias conformes.doct. & Ioan.And.in d.c.cùm super.in clem.j.eo.tit.
Tertio scienti,& non defendenti,nocet sentẽtia.s̃. uer. Sententiæ effectus. uer.liiij.
Tertius si comparens pro suo interesse non admittatur, quæ sit forma appellationis suæ. in Spe. de appellatio.§.de offic. quoq;.uer.si autem.
60 Tertius citatus pro suo interesse, si uenit post terminũ admittitur in eo statu,in quo causam reperit.in Spe.de expen. §.nunc de expensis.in j.col.uersic.quid si talis.
Tertius appellans à sententia contra possessorem beneficij latã pro interesse suo, non potest impedire sequestrum. Rota in deci.cccxciij.si feratur.In nouis.
Tertius si sit clericus comparens pro suo interesse, habet priuilegium fori ex persona sua, secundum ueram & cõmunem opinionem:ut ĩ.Venditor de euictione.uer.xxxix.& s̃.Clericus declinat.uer.xxiiij.& s̃.eo.uer.xxvij.

Thesaurus arte magica repertus fisco debetur. gloss. in uer.arte.& Bar.in l.j.uer.quæro,quid si inueniatur per artem magicam.C.de thesau.lib.x.
Thesaurus casu repertus in fundo cedit emptori, nisi sit in pecunia:quia cedit uenditori.in l.à tutore. & ibi Bart. ff.de rei uen.De quo plenè in d.l.diuortio.§.si fundum.per gl.in uerbo,& in alieno.& doc.sol.mat.& in l.nunquam nuda.§.thesaurus.de acq.re.do.& Instit.de re.di.§.thesauros. j. & ibi gl. in uer.in suo.& in d.l.j.de thesau.lib. x. Et quid si reperiatur in fundo ecclesiæ.tex.sing.in d.§.thesauros. & gl. in d.l.j. in uerbo,in suis.& ibi Bar.in uer. quid si inueniatur in loco sacro. † Et per Bal.in l.item lapilli.in fin.de rerum diuis.]
Thesaurus repertus in re emphyteutica,cui cedat.in Spe.de loca.§.vj.uer.cxxxij.& glo.in d.l.j.in uerbo,in suis. quòd emphyteutæ pro dimidia,ut inuentori,secundum Io.And. ibi. & gl.in §.thesauros.in uerbo,in suo.Instit.de rerum diui.
Thesaurus repertus per colonum arantem, debet diuidi inter ipsum & dominum fundi.dicta l.prima,& ibi nota.
Thesaurus ecclesiæ dicitur abundantia meritorum sanctorum Dei.Cardi.in clem.j.§.fin.de reli.& uene.sanct.
Thesauri possessio àcquiritur ꝑ apprehensionẽ,non per inuentionẽ solam.l.iij.§.Neratius.& ibi doct.& Alex.de acq.pos.
Thesaurus pecuniæ repertus in nemore, non potest salua conscientia retineri: sed debet episcopo præsentari distribuendus inter pauperes, si dominus nõ reperiatur ad proclama. Bald.in d.l.j.ff.de rerum diui.Bart.& Alex.in l.rem,quæ nobis:pe. col.de acq.pos.melius in l.interdum.§.quod ex naufragio.eod.titu.& ibi Ioan. de Imo. & Hostien. in capi. cùm tu.de usuris.
Thesaurus si reperiatur per canem ad id doctum, cedit domino canis.Flo.in l.statuæ.ff.de usufruc.
Thesaurus est uetus quædam pecuniæ depositio, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat, & fit inuentoris.d.l.nunquam.§.thesaurus.& gl.in §. thesauros. in glo. j.Instit.de re.diui. Vide gloss.& Alexand.in l.iij.§. Neratius. de acq.pos.
Thesauri inueniendi gratia non potest quis fodere in alieno fundo,inuito domino fundi.l.prima.C.de thesau.lib.x.
Thesauri habentis dominum,qui eum sub terra condiderit,fit furtum: quia tunc dicitur thesaurus, ex quo dominum habet.d.§.thesauros.

Thesaurarius fisci exigens à debitoribus fisci,non debet scribere in libro propria manu, sed debet facere scribi per notarium suum, ad id deputatum, aliàs tenetur fisco,priusquam debitores: quo non existente soluendo, tenentur iterum debitores in subsidium fisco. l.fisco.& ibi Bar.C.de conue.fis.debi.lib.x.
Thesaurarius exigens debet facere apocham de recepto debitoribus soluentibus.l.j.& ibi Bartol.in uer.secundò nota ex prin.legis.C.de apoch.pub.li.x.
Thesaurarij scriptura non obligat in futurum ad soluendum pro fisco.Cy.in consi.Rector ducatus.
Thesaurarius Marchiæ potest creari etiam à legato Marchiæ. Bar.in l.illud.C.de præsta.lib.x.
Thesaurarius si aufugiat cum pecunijs fisci, non est periculum debitorum, qui ei soluerunt. Bartol. in l. pro his. C. de transfu.lib.xj.
Thesaurariorum materiam uide in tit.C. de susce. & arca. lib. xij.& supple s̃.uerb.Bancherius.per totum.ubi plenius.

Testamentum dicitur testatio mentis,seu uoluntatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri uoluit.l.j.ff.de testa.& Insti.eo.ti.in prin. † & dicitur Græcè διαθήκη.]
* Testamentum,& lex easdem uires eandemq; habent potestatem.§.disponat.in auth.de nupti.l. seruus. hac lege. ff. de manumissio.l.si ita fuerit seruis duobus. in extr.ubi Bart.ff. de manũ.test. l. cùm quidam.uer. quemadmodum enim.C. de uer.sig.And.Tiraq.q.xl.nu.xcv.in trac. de iur. primogeniorum.Æmilius Maria Manolessus.
Testamenti factio debet esse libera ab omni coactione hominis,non legis.Bald. in l. humanitatis.x.col.C.de impu.& al. sub.ideo ualet etiam sine consensu requisito à statuto : ut in uer.Statutum de ultimis uoluntatibus. uer.lxxxviij.
† Hæres institutus in certa re in testamẽto,nõ dato alio cohærede, obtinet hæreditatem in totũ, & non potest quis decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus.l.j.§. si ex fundo.ff.de hær. insti. & Instit. eo.tit.§.non autem.Nunquid in foro animæ habeat locum d.l.j. §. si ex fundo. uide Pet. de Anch.& Ioan.de Imol.in c.j.in fi.de testa.Io.Calde. post beatum Thomã in procœmio Gregoriano. Ioan. And. in c.ij. de usur.lib.vj.Abb.in c.ij. de test.]
† Fratres minores in iudicio petere possunt eis relicta in testamento.Abb.ibi.Pet.de Anch.& Io.de Imo. in ca. ij. de testa. Bart. in tractatu Minoricarum.& Io. de Ligna. etiam in tractatu Minoricarum.Gasp.de Cald.in tit. de testa. consi. suo xlvj.incip.An bona ingressi.Fede.de Senis consi.xij.Bal. in c.cùm causa.de re iud.& in auth.ingressi.C.de sac.san. eccl. in xj.col.in uer.iuxta hoc quæro.]
† Clericus beneficiatus,etiamsi careat administratione, licet de rebus proprijs testari possit ex suo beneficio perceptis, condere testamentum nequit.Abbas in d.cap. cùm esses. in repe.in xvj.colum.& ibidem,an ea, quæ acquisiuit clericus, postquã fuit promotus ad beneficia, efficiatur sua,ita quòd de ipsis testari possit.]
† Bona per clericum beneficiatum, & patrimonium habentem acquisita,in dubio intelliguntur acquisita de reditibus tam proprijs,quàm ecclesiæ, & ideo de illis testari non potest.Abb.ibi.]
† Si legatur res aliena scienter in testamento,an de iure canonico possit peti æstimatio illius rei. Abbas ibi.& in capit. filius.de testa. co. in authent. similiter. C. ad legem Falcid.in repe.glo.& docto.in l.cùm alienam.C.de legi.glo. & docto. in l.multum.ff.de uerbor. oblig.& in l.cùm seruus. §. cõster. & ibi per Alex.ff.de leg.primo,plenè per Bar.in d. cap.filius. unde Abb.in dicto.c.cùm esses.in repe.quòd legatum rei alienæ siue ignorãter, siue scienter factum de iure cano. non debetur,nec eius æstimatio.]
† Testamentum an ualeat, si aduocatus, qui propter infirmitatem nõ poterat loqui, nec scribere, sed religioso quodam sibi dicente,ut prouideret de anima sua, & quòd si bona sua uolebat dimittere pauperibus,aperiret librũ,si sanus mente aperuit librum,an ualeat talis dispositio.Bal.in l.j.C. de sac. sanct.ecclès.Pet.de Anch.& Ioan.de Imol.in c.ij.de testa. in vj.col.Abb.in rub.eo.tit.
Testamentũ dicitur hæredis institutio,nõ codicillus. l. nõ codicillum.& ibi Bal.in j.no.C.de testa.& ĩ.eo.uer.v.& xxxiij.
Testamentum constat ex quatuor substantialibus, scilicet forma,uel solennitate,persona testatoris,persona hæredis, uel legatariorum,& substantia,seu tenore testamenti.Bald. in l. milites.in prin.C.de testamen.mil.Bar.in l.neq;.§. deportati.in princip.ff.eo.tit.
Testamentum dicitur,in quo continetur hæredis institutio,etiamsi testator illud appellauit contractum,codicillum, uel donationem.l.testamentum.& ibi Bal.in j.no.C. de testa. & uide ĩ.in uer.Testamentum nullum.uer.xxij.
Testamentum consummatum dicitur executum.not. Cardin. in clemen.j.de testa.
Testamenta ad piam causam non subiacent legibus secularibus,& humanis.ca.cùm esses.& c.relatum. de testa. & Alex. plenè consi.lxxxvj.iiij.parte.& s̃. uer. Statutorum effectus. uer.xlj.& xlvij.

† Testa-

† Testamentum, in quo clericus instituitur, nõ uitiat defectus registrationis, uel alterius solennitatis requisitæ à statuto: secus in testamento ad pias causas. Ita tenet Feli. post alios, quos refert in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in xxxvij. colum. uer. quartus casus. de constitu.]

Testamentum an sit de iure gentiũ, uel ciuili. gl. in l. j. ff. de acqui. re. do. & Bar. in rub. ff. de acqui. hær. in l. interdum. & ibi Alex. de condi. inde. & quod est de iure gentium.

* Testamentũ est de iure gentium. l. si testamẽtum. ubi Raph. Fulg. & Lud. Roma. C. de testam. Bartol. in l. interdum. ff. de condi. indeb. Ioan. Crot. consil. lx. num. 26. Æmilius Maria Manolessus.

Testamentum unũ dicitur, & probatur, quando testes dicunt, quòd Titius fuit institutus hæres, & mox Caius. Dy. & Bal. in l. fructus. in prin. ff. solut. matrim. Idem si dicunt, & postea Caius, secundum Dy. & Bar. ibi prope fin. & uersicu. hoc inducit Dy. ad quæst. & interpretatur, quòd incõtinenti unus post alterum.

10 Testamenta duo dicuntur, quando pater facit unum testamentum pro se in scriptis, & nuncupatiuum pro filio. Bart. in l. patris & filij. j. colum. uer. quæro circa hanc legem. ff. de uul. & pup.

Testamenti loco est dispositio facta de bonis contemplatione mortis. gl. in l. quoties. in uer. diuidit. C. fami. ercisc. l. licet. C. de pac. Bal. in auth. si qua mulier. in vj. col. in uer. tertiò principaliter iuxta prædicta. C. de sac. san. eccl.

Testamentum trahitur ad mentem codicillorum, & econtrà. Bald. in l. Nesennius. ff. de excu. tut. per illum text. in uer. scrupulosa.

Testamentum habet præsumptionem pro se. Bald. in l. ij. in fi. C. de edi. di. Adri. tol. per l. post diuisionem. C. de iur. & fac. igno. & in Specul. de testa. §. j. in ulti. char. uer. quid ergo. ubi dicit pro eo interpretandum esse in dubio, & de instr. edi. §. nunc uerò aliqua. in xiij. col. uerb. quid si sunt plures.

Testamenti quæstio agi debet, ubi est maior pars hæreditatis. Bal. in l. ij. in j. no. C. quemadmo. testa. aper.

Testamenti factio duplex est, scilicet actiua, & passiua. l. filiofa. la j. & ibi Bar. ff. de testa.

Testamentum dubium potest declarari per testatorem. l. hæredes palam. §. j. & ibi doc. ff. de test. & per quẽ interpretetur. s. Interpretatio. uer. liiij cum seq. & per iudicem. Item,

Testamentum dici potest omnis ultima uoluntas. glo. in l. ij. in fi. C. de consti. pec. facit l. pe. & ibi Bal. in ult. col. uer. ex hoc no. C. communia de leg. & s. Statutum de ultimis uoluntatibus. uer. lxvij. & lxxx. no. in l. j. & ibi Bald. super gl. in uer. directo. ff. de testa. qui dicit saluari notarium dicentem, Talis condidit testamentum, licet non condiderit.

† Testamenti una pars ambigua declaratur per alteram. l. qui filiab. in prin. ubi Bar. & doc. ff. de leg. j.]

Testamentum debet interpretari secundum ius commune. l. quanquam. per Bal. in l. fi. C. de testa. mil. Item debet reduci ad ius commune, quoad potest. ibi. & j. eo. uer. xx.

Testamenti appellatione uenit ualidum, & solenne, non inualidum. l. j. §. j. ff. quemadmo. test. aper. sicut contractus inualidus non dicitur contractus. l. j. & ibi doc. C. de eunuch. Bal. in auth. ex causa. ult. col. in uer. extra quærunt quidam. C. de lib. prẽte. nisi impropriè. Ang. ibi & Bal. in l. si pater. j. q. in vj. col. in fi. uersi. item nullum testamentum. C. de insti. & substi. & in l. fi. §. in computatione. in fi. de iure delibe. Bart. in l. j. §. j. quod ui, aut clàm. Caue, quia fortè uoluit allegare in §. & parui. ubi habetur de materia proprij instrumenti: tamen de testamento uerbum nullum.

20 Testamenti uerba interpretanda ex forma statuti, sunt intelligenda secundum sensum iuris. Bald. in l. fi. x. colum. C. de hære. insti.

Testamentum potest pendere à uoluntate alterius confirmatoria, non dispositoria. Bal. in l. si pater. xj. oppo. ad finem. C. de insti. & substi. & j. Testamentum nullum. uer. xxviij.

Testamentum fauorabilius est, quàm causa intestati. l. Gallus. §. & quid si is. de libe. & posthu. Bal. in l. ij. in ij. col. uer. quartò quæro. C. de bon. pos. contra tabu.

Testamentũ quoddam dicitur in scriptis, de quo in l. hac consultissima. C. de testa. aliud nuncupatiuum, de quo in d. l. §. per nuncupationem.

Testamẽtum in scriptis dicitur priuata scriptura. l. ij. ff. quemadmod. test. aperi.

Testamentum dicitur duobus modis, scilicet strictè, prout habet ualidam institutionem: largè, prout habet inualidam. Bal. in auth. ex causa. vj. opp. de libe. præte.

Testamentum debitoris non impedit uenditionem pignoris fieri à creditore. Bal. in l. prædia. ult. col. in uer. sequit secunda pars principalis. C. de fideicom.

Testamentum non dicitur impugnari, licet filius petat legitimam. Bal. in l. cum lege. in iiij. no. C. de epis. & cle.

Testamentum diuersis nominibus nuncupari non nocet. in Spe. de arbi. §. sequitur. uer. econtrà.

Testamentum in scriptis præsumitur esse apud hæredem. l. si legatum. ff. de eden. nisi probet contrarium, saltem per iuramentum. Pau. de Cast. in l. publicati. in fi. C. de testam. & ibi Alex. plenius. non autem præsumitur esse apud legatarium, nisi tempore litis cõtestationis fuerit apud ipsum, & nisi habuerit ab hærede. Cy. & Pau. de Cast. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. Item,

30 Testamentum non habet executionem paratam, sicut guarentigia. Alex. in l. in fraudem. §. j. de iure fisci.

Testamentum præsumitur uerum, etiam pendente quæstione falsi, mota contra ipsum. Bald. in l. iure nostro. §. propter alias. l. idem fiet. ff. de testa. tut.

Testamentum prius dicitur non à die conditi, sed quod prius sumit uires. Bal. in l. is, qui tres. in prin. de excu. tut.

Testamentum proprio modo accipitur pro institutione hæredis: sed largo modo pro testatione mentis. Bald. in l. ut in epistola. in j. colum. in uer. nec obstat, quod litera dicit. C. de fideicom.

Testamenta principum, uel dominorum, sunt tanquam lex uiua, & pro legibus seruanda. Bal. in l. precibus. xiij. opp. C. de impub. & al. sub. Idem in testamento priuati. in Spe. de testa. §. j. & §. disponat. in auth. de nup.

Testamentum uidetur approbari per hæredem legatarij petentem legatum. l. fin. §. fi. & ibi Bar. ff. de inoffi. testa.

Testamentum an possit assumere uires à tacita uulgari: uide Bartol. omnino in l. j. viij. colum. uer. ulterius quæro, an testamentum. & in uer. ulterius quæro, pupillus, &c. de uulgari & pupillari. Item,

Testamentum potest incipere à substitutione, si non ualet institutio. l. iij. §. fi. & ibi Bar. in prin. ff. de libe. & posthu. Bald. in l. j. in iij. q. C. de lib. præte. ubi filius præteritus in institutione, si sit substitutus, succedit ex fideicommisso, licet institutio non ualeat. Idem in legato nullo propter unum testamentum, quia ualet fideicommissum pium in eo factum coram duobus testibus. Bar. in l. fi. de his, quæ pro non scri. uide in l. si quis eum. §. j. & ibi Bar. in j. col. in uer. quero, utrum sit differẽtia. & in l. ex facto. §. Lucius. de uulg. & pup. Adde secundum Bal. in l. fin. ij. col. uer. quæro, quidam credens. C. de insti. & sub. quòd substitutus posthumo succedit, si posthumus non nascatur. Item à pupillari substitutione non potest incipere. Bald. in auth. ex causa. x. col. in uer. nunc uenio ad ista. uer. cætera. C. de lib. præte. Sed à uulgari sic. d. l. iij. §. fi. secundum Bal. in l. quidam elogio. in vij. col. in uer. modò quæritur, si cohæres. C. de iure delibe.

Testamentum quomodo sumat uires à secundo gradu. Bal. in d. l. j. in viij. col. in uer. secundus effectus est, quòd testamentum. ff. de uulga. & pup. ubi facit tria membra.

Testamentum præsumitur solenne, & ualidum, nisi contrariũ probetur. l. si scriptum. & ibi Bald. in princip. C. de probat. gloss. in uer. obtineas. & Bart. in l. si post diuisionem. in fine. C. de iur. & fact. igno.

40 Testamenti appellatione uenit etiam codicillus. s. Codicillus. uer. ij.

Testamentum si habeat admistam donationem, uel uenditionem, nunquid uitietur. per gl. & doc. in l. hæredis. §. fi. in uerbo, alienum. ff. de testa. & Bal. in l. cum antiquitas. in uer. hîc potest formari quæstio. C. eo. tit. quòd non.

Testamenti solennitas est duplex, scilicet in uoluntate, & in probatione. Prima debet probari per septem testes: secũda potest probari per duos. l. ij. & ibi Bald. j. col. in j. oppo. C. de bono. pos. secundum tabu.

Testamentum seruandum est, quatenus lex, & sua natura patitur, &

tur,& non ultra.l.cerdonem.ff.de oper.liber.Bald.in l.ea lege.C.de condi.ob causam.in ij.colum.in uersic. secundò ad idem, quòd non teneat.

Testamentum non uenit appellatione contractus, maximè statuto.Bal.post gl.in l.testamentum.in uer.extrà quæritur.C. de testa.Io.de Por.in l.seruum.§.eum,qui.de leg.j.

Testamenti appellatione uenit testamentũ in scriptis, non autem nuncupatiuum quæ nuper.C.de inoffi.testa.

Testamentum falsum pronunciatum uerum à iudice,debet haberi pro uero.Innoc.in cap.super literis.in ij. col. magna. in uer.sed quid si literæ falsæ.de rescriptis.non tamen loquitur præcisè in testamento,sed in quolibet instrumento.& in ca. causam,quæ inter R.qui fil.sint leg. Bal.in addi. Spe. de suc. ab inte.uersi.ij.& quod no.Bal.in Spe.de appel.uer. per diffinitiuam. ubi idem dicit in testamento nullo: per l. ij. §. si. quando prouo.non est ne.ut j.eod. in uerbo, Testamentum nullum.uersi.cxiiij.& cxv.

Testamentum omne præsumitur ultimum,nisi contrariũ probetur.Bal.in l.omnium.in fi.C.de testa.in uer.item nota.

Testamẽtorum obseruantia pertinet ad publicam utilitatem. l.ij.& ibi Bal.ad fi.uer.deinde no.tex.C.ut in pos.lega.

Testamentum patris continens substitutionem pupillarem,dicitur etiam testamentum filij.l.patris & filij. de uulga.& pupil.Sed an sit unum,uel plura,gloss.in uerb. per scripturam. & doct.ibi,præsertim Bart.in j.col. in uer. quæro circa hanc legem,quòd sunt duo.

50 Testamentum præsumitur perfectum.l.si is,qui.de testa.gl. in l.fideicommissa.§.si rem.de lega.iij.Allegat Ludo. in rub. de operis noui nun.penul.charta.

Testamẽtum sumit uires ab aditione.l.si alienum.§. extraneis. de hæred.instit.l.si seruus communis Mæuij.in fin. princip. de stip.seruo.Bald.in l.fin.ad fi.uersic.ultimò scias.C.si quis omis.causa testa.Sed Specul.de sta.reg.uersic.j.dicit,quòd à morte,non ante.

Testamentis, & ultimis uoluntatibus fauendum est in dubio. in Spe.de teste.§.j.uersic.quid de codicillis.

Testamenti benigna interpretatio fieri debet.in Speculat. de instrumen.editio.§.nunc uerò aliqua. in xiij. colum. uersic. quid si sunt plures.

Testamentum à quibus fiat,uel non,dicetur j.eo. per totum. & Inst. quibus non est permis. fa. test. per totum.& ibidem gloss. magistra. in §.fi. in uer.ex lege Cornelia. quæ enumerat septemdecim personas, quæ non possunt condere testamentum.& C.eo. tit. in Spec.eo. tit.§.j.& ij.de instru.edi.§. compendiosè. in j.char.ubi ponit sexdecim casus,in quibus testamentum est nullum ex persona testatoris.Addo Panor.in rubr.extrà,de testa.in j. & ij. colu. ubi enumerat octodecim, & deinde multùm pulchrè ibidem.in xiij.col.in princip.uer.sed nunc quæritur.quærit successiuè,nũquid tales personæ possint testari ad pias cau† sas:ut ibi per eum. † Et plenè per domi.Iaso.Mayn.in l.j.C. de sacr.san.eccle.in prin.ij.col.]

* Testamentum quilibet conficere posse præsumitur.Bald.in auth.omnes.C.commu.de succes.Ioan.Cephal. consi. cclvj. nu.9.uol.ij.Æmilius Maria Manolessus.

* Testamentum concedere possunt etiam ignoti.Bal.in auth. omnes.C.com.de successio.Io.Ceph.consi.cclvj.nu. 8. uol. ij.Æmilius Maria Manolessus.

Testamentũ à minoribus an fieri possit.s̃. uer. Minor testatur. uersic.j.& per totum.ubi plenè.& s̃.Adultus.uer.x.

Testamentum à pupillo ad pias causas cum authoritate tutoris an fiat.s̃.uer.Pupillus.uersic.ix.quòd non.

Testamentum ab eunucho fieri potest. l. eunuchis. C. qui testam.fa.poss.

Testamentum fieri potest ab eo,qui seipsum occidat.l. ij. & ibi doc.C.qui testa.fa.pos.

Testamentum à Christiano an fieri possit apud Saracenos.j. Testamentum qualiter.uer.vij.in fi.

Testamentum fieri non potest à filijs bannitorum.Bal. in l.j.in vij.col.uer.scias autem.C.de hæred.instit.

Testamentum à fratre Minore sancti Francisci fieri nõ potest. s̃.uer.Fratres religiosi.uersic.xlv.Item,

* Testamentum nemini de rebus alienis conficere licet.l.conficiuntur.§.si post.ubi gloss. ff.de iur.codicil.authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Ias. in rubr. C. qui testam. facere poss.Ioan.Ceph.cons.cclvj.num.13.uolum.ij.Æmilius Maria Manolessus.

* Testamentum cùm quæritur, an quis de suis uel alienis rebus confecerit,est inspiciendum tempus post eius mortem. Bar.in l.j.q.iij.& iiij.C.de sacrosanct.eccles.Deci.in authen. ingressi.not.iij.C.eo.Ioan.Cephal.consi.cclvj.nu.58.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

Testamentum fieri non potest ab eo, qui dubitat de statu suo. l.qui testamento.& l.de statu.ff.de testa. & ibi Bartol. Addo gloss.in §.fi.Insti.qui.non est permis. fa. test. & Pau. de Cast. consil. cciij. quod incipit, Ad primum quæsitum. nisi dubitet,an sit de ciuitate,uel comitatu.Bart. ibi. Item nisi sit miles.l.ex militari.§.miles.ff.de testa.mi.Bald.in l.milites. in j. col.in uer.secundò in dubitante.C.eo. tit. Item nisi ad piam causam,& in articulo mortis constitutus.Barto.in l.j.v.q. in vij. col. C.de sacrosanct. eccle.in repe.Addo Panor.in rubr. de testa.ad fi.

10 Testamentum à carcerato fieri potest.l.qui à latronibus. de testa.gloss.in l.pe.& ibi Bartol.ff.quod met.causa. etiam coram paucioribus septem testium.Bal.Ange.& Pau.de Cast. in l.fi.in j.colum.in uer.unde est arg.C.de testa.Adde s̃.uerbo,Carceratus.uersi.lxv.cum his,quę addidi post autorem, etiamsi sit carceratus perpetuò:ut j.eo.uersicu.xxxij. Addo tamen,quòd illi,qui sunt in carcere, & postea damnatur ad mortem,non possunt testari,secundum Bartol.in d.l. qui in carcerem.

† Testamentum condemnati ad mortem, etiam quo ad pias causas,non ualet,ut determinat Io. And.in addi. Spec.tit.de instru.edi.§.compendiosè. in addi.quæ incipit, quid de damnato.quem refert,& sequitur Pau.de Cas.in con.cccxxix. secundum ordinem meum, incip.Primum quęsitum habet. in fin.in primo uol.]

Testamentum facere potest Imperator, & papa.Bald. in l.cùm hæredes. C.qui testa.face.pos.

Testamentum ingressi religionem non ualet, si non relinquit parentibus legitimam.Bartol.in auth. si qua mulier. in pen. colu. in fi.in uer.sumus expediti.C. de sacrosanct. eccle.ubi per Bald.& Bartol.de eo.& per Angel. & gl. in auth. de monach.§.illud quoque.& s̃.uer.Ingressus.uer.vij.& uerb.Monachus testatur.uer.j.& pen. & in Specul. de statu monach. uersic.lij.& seq.

Testamentũ reuersi ab hostibus,uel restituti per principẽ, cõfirmatur sine expresione nouæ uoluntatis.Bar.post gl. in l. si quis filio.§.quatenus.de iniust.testa.

Testari non potest hæreticus. in auth. credentes. C. de hæret. Bal.in l.fi.in j.col.in uer.secunda cõclusio. C.si à non cõpe. iud.Nec reconualescit testamentum, si postea reuertatur ad fidem ueram.Dyn.& Bal.in l.j.§.si quis planè.de leg.iij. & j. Testamentum nullum.uer.xliiij.Addo gl.in l. si quæramus. ff.de testa.Panor.in rubrica,de testa.in ij. col. uer. duodecimò hæreticus. & circa fi. ubi ponit, an possit testari ad pias causas.& Panor.in cap.parochiano.de hæret.

Testari nõ potest mutus,& surdus simul, nisi ad piam causam, sed codicillari, & donare causa mortis, sic. l. discretis. & ibi Bal.C.qui testa. face. pos. Addo Panor.idem tenentem in d. rub.in iij.col.uersi.de surdo,uel muto. † Et per Fran. Aret. in l.Iulius.de testa.in d.l.discretis.]

Testari an possit obses,s̃.uer. Obses.uersic.ij.quòd non.

Testari non potest usurarius, nisi præstet cautionem de restituendis usuris. c. quanquam. de usur.lib.vj.no.in auth. credentes. C. de hære.Bartol.in consi.Existens,&c. Angel. in l. Gallus.§.j.& §.forsitan.de lib.& posth.Paul. de Castr.consi. ccclxxxij incipiente,Præfatum te.Bald.in l.falsus.iiij. colu. uersicu. alibi dicitur manifestum. C. de furt. & plenius in l. fina.in j.colum. ad fin. uersic. secunda conclusio. C. si à non compe. iudi. Quod est uerum, etiamsi desijt esse usurarius. Pau.de Cast.l.prætor.§.sed si dominus.ff. de eden. ubi nihil allegat.& tenet Bartol.in l.palàm.§. non solum. de ritu nup. & quod per Bart. in l. quid si fugitiuus.in prin. de ædi. edic. Item uerum,etiamsi sibi cautio remittatur.no.in d.ca. quanquam.& Bal.in l.pactũ inter hæredes. in secundo not. & ibi per Pau.de Cast.ff.de pac.& s̃.Cautio.el j.uer. x. Item uerũ, etiamsi habuit licentiam liberè testandi à papa. Bald. in l. si quando.

quando. in princ. in uer. & ex ista habetis. C. de inoffic. testa. Item uerum, si habet licentiam ab episcopo, nisi clàm faciat. Bal. in l. executorem. iiij. col. uerb. dubitatur, si quis fecit testamentũ. C. de execu. rei iudic. Item uerum in usurario manifesto. d. c. quanquam. & Bart. in l. ij. in prin. in j. col. in uer. ista lex facit ad quæst. ff. de furtis. & ibi Alexan. Item uerum, etiam ad pias causas. Bart. in l. j. vj. q. de sacrosan. eccle. in repe. in vij. colum. Adde Panor. in d. rub. in ult. col. Item etiam cum cautione præstita, si postea perseuerat palàm, nõ clàm. Bald. in d. l. executorem. vj. colu. uer. sed dubitatur. de quo per Iac. But. in con. Super facto nostrę quæstionis, &c. Item, & testes esse prohibentur in testamento usurarij. Bal. in l. ij. in iij. colum. in uer. præterea ista prohibitio. C. de bon. pos. contra tab. per c. quanquam. §. nullus. de usur. Item, nec confirmatur per cautionem pòst præstitam, secundum Bald. in l. j. §. filiusfam. ad fi. in uer. per istam theoricam. & ibi Cy. de lega. iij. & in l. ij. C. de bon. possess. contra tab. in ij. col. in uer. dubitatur de testamento. & per Bald. in l. certum. pen. col. in uer. item dubitatur. C. unde cognati. & in l. seruis. in uer. itẽ fallit. C. de leg. Sed Bartol. & Ioan. de Imol. tenet contrà, in l. filio. in ulti. colum. uer. ultimò quæro. ff. de iniusto testa. & ibi Bald. & Ang. in auth. de nup. §. primæ siquidem. & ipse Bal. in l. j. in ij. col. in uer. quęro, quid uult dicere. C. de ædil. acti: quem uide in d. l. executorem. in vj. col. uer. sed dubitatur. & in l. uniuersa. in j. col. in uer. & est ar. ad te. C. de preci. Imper. offe. & in l. ex libera. C. de su. & leg. & Bartol. in l. si filius. la ij. ff. de test. ubi se non firmat. & Nic. de Mata. in consi. Cùm in constitutione Grego. &c. Lau. de Fano in l. in quorum. xvij. col. de pign. doct. in d. c. quanquam. cõmunis opi. est pro testamento. & Cardi. in cle. j. xxiij. q. de sepul. Item si usurarius in testamento iussit caueri per procuratorem suũ specialiter constitutum, ad cauendum post mortem sufficit. Card. ibi. q. xxiij. non tamen ualet, si iussit restitui, sed non cauit. ibi. q. xxj. Item cõualescit, si dicta cautio post testamentum pręstatur in articulo mortis. Io. And. in d. c. quanquam. & Bald. in d. l. executorem. vij. col. uer. quid si fecit testamentum. Bar. in l. qui soluendo. ff. de hære. insti. Vide Bal. in d. l. ij. iij. col. uer. dubitatur de te. C. de bo. pos. contra tab. Item conualescit, si cautio præstetur ab hæredibus usurarij mortui. not. in d. c. quanquam. & doct. cõmuniter, ut s. licet Bal. contrà in l. si hæreditas. C. de testa. ma. Vide Bald. in addi. Specul. de testa. uersic. j. Sed quid de substitutione pupillari, uel exemplari facta pupillo usurario, non pręstita cautione: dic ualere, secundum Bald. in l. humanitatis. ulti. col. in uer. tertiò quæro. C. de impub. & al. sub. qui dicit uerum in bonis testatoris, non in alijs. Quid de donatione causa mortis. s. Donatio causa mortis. uer. xlvij. Addo omnino do. Alexan. in l. discretis. in j. col. C. qui test. fa. pos. & j. Vsurarius. uer. xlij. quòd sic. Quid de executoris creatione. j. Vsurarius. uer. lj. quòd sic.

Testandi priuilegium quomodo intelligatur. s. uerb. Priuilegium testandi. per totum. & uerbo, Licentia. uersicul. lxx. & lxxv. & in uersic. lxxxv. & xcix.

Testari potest, qui est testabilis tempore testamenti, & tempore mortis. l. j. §. exigit. & §. seq. cum gl. in uerb. tempore. ff. de bon. possess. secundum tab. Vide Bald. in l. ij. in ij. col. in uer. dubitatur. de te. C. de bon. possess. contra tabu. l. ij. & ibi Bartol. ff. de testa.

20 Testari non potest usurarius manifestus, id est, qui coram sacerdote, & testibus publicè fatetur se usurarium, & usuras mandat restitui, fortè tradens librum rationũ: non si extraiudicialiter confitetur coram testibus, & sacerdote, non tamen mandat usuras restitui. Angel. in consi. In causa prædicta est ratio. post gloss. in c. quanquã. de usuris. in vj. & Alex. in l. ij. ff. de furtis. Item,

Testari non potest usurarius manifestus tempore testamenti: secus, si antè fuit, sed pœnituit: uel si ante mortem fuit occultus usurarius, pòst uerò palàm detectus est: quia potest testari. d. cap. quanquam. & Alexand. in d. l. ij. & j. Vsurarius. uersic. xlij. & seq.

Testamentum factum per clericum ante habitam licẽtiam testandi, ualet, & comprehenditur in ea de testando concessa. s. uer. Licentia. uer. lxx.

Testamentum conditum antequam testator fieret usurarius, infirmatur, & non ualet. Cardin. in clem. j. iiij. q. de sepul.

Testamento usurarij testes interesse prohibentur. d. ca. quanquam. §. nullus. Bal. in l. ij. in iij. col. in uer. præterea ista prohibitio. C. de bo. pos. contra tab. & s. eo. uersi. xvij. circa medium. ibi: item testes esse, &c.

Testamentum usurarij nõ uitiatur, licet quis simpliciter confiteatur se usurarium. Bald. fin. in l. j. in ult. col. in uersi. remanet unum dubium. C. de confes. Sed in l. ij. iiij. col. in lec. anti. de fal. cau. adiec. leg. dicit non ualere testamentum.

Testamentũ usurarij non est exequendum per iudicem laicũ prohibitum ab episcopo, sicut nec testamentum, in quo incestuosus est hæres. Bal. in l. consulta. in j. q. C. de testa.

Testamentum usurarij, uel deportati, uel aliud à iure reprobatum, nullam parit obligationem, imò nec retentionem. Bal. in l. si ueritas. ad fin. C. de fideicom.

Testamentũ à muliere prohibita testari sine consensu propinquorũ fieri potest, proximis tacentibus. Bal. in l. ij. §. uoluntate. in j. col. in uer. & facit ad statutum. ff. sol. mat. Item,

Testamentum fieri potest à cõstituto in articulo mortis. j. Testamẽtum qualiter. uer. xxxiij. c. Raynutius. c. nos quidam. & c. indicante. de testam. ca. fin. de suc. ab intest. l. si pater. §. quidam. & ibi Ang. de fideicom. lib.

30 Testari nõ possunt subditi Romano Imperio. l. j. & ibi doct. & Bar. in j. col. in uer. ponitur etiam in diffinitione. ff. de testa. no. in l. iiij. & in l. qui in potestate. eo. tit. Quod uerum de iure communi, sed de usu sic. Sed non est eorum testamentum priuilegiatum, sicut Romanorum, & subditorum: quia ex eo in hæredem non transeunt omnia iura directa, nec hæres transmittit ius deliberandi, nec repræsentat personam defuncti. doc. d. l. j. Barth. Cæp. in rub. de testa. xix. col.

Testamentum à constituto in metu fieri non potest. j. uer. Testamentum nullum. uer. xlvij.

Testari potest aduena. in auth. omnes. C. communia de succes.

Testari potest quilibet, nisi prohibitus expressè.

Testabilis quilibet præsumitur. Bal. in d. auth. omnes. in ij. col. uer. nota, quòd omnes ignoti. in Spec. de testa. §. ij. & de instru. edi. §. compendiose. in j. col. uer. potest autem testari.

Testamentum non ualet factum à testatore habente linguam grossam ex infirmitate, uel qui loquelam amisit propterea non relictum. Bar. & Pau. de Cast. in l. iubemus. C. de test. & ibi per do. Alexan. in j. no. Addo Alexan. in l. quoniam indignum. ad fi. eo. tit. Ang. in l. discretis. C. qui testa. fa. pos. Bal. in tit. de pace Constan. §. uasalli. ij. col. in uer. extrà quæro. ubi uide omnino. Quod uerum, si nutu fiat etiam inter liberos. Bartol. Angel. & Pau. de Cast. in d. l. iubemus. & ibi do. Alex. in j. no. Ang. & Bald. ubi s. uide do. Alex. in d. l. discretis. in iij. col. in uer. & ex hoc dicto Ang. hic Pau. in l. hac consultissima. §. at cùm humana. de testa. Idem si testator est semimortuus, si tamen loquatur apertè. Bart. in d. l. iubemus. & do. Alex. in d. l. quoniam indignum. ad finem.

Testari an possit pupillus. s. uer. Pupillus. uersic. ix. quòd non.

Testari an possit cæcus. s. Cæcus. uer. vij. cum seq. & j. Testamentum qualiter. uersic. lxj. Addo melius in uersic. vij. cum seq. quòd sic, cum solennitate ibi requisita.

Testari an possit bannitus. s. uer. Bannitus testatur. uersic. j.

Testari non potest seruus pœnæ, id est, condemnatus ad mortem. s. uerb. Condemnatus. uersicul. lvj. & lviij. ubi plenè. Quod ibi deficit, supple hîc. & per Cardin. in clem. j. x. q. de pœni. & remiss. Et adde Bartol. in auth. sed hodie. C. de dona. inter uirum & uxorem. & Pau. de Cast. in l. ij. C. qui te. fa. pos. & ibi do. Alex. in ulti. col. uer. ultimò pondera. cum alijs ibidem per eum adductis. & Bartol. in l. qui in carcerem. in fi. ff. quod met. causa. & Spec. de instru. edi. §. compendiose. uer. xj. & per Ange. Are. in trac. Malefi. uer. caput à spatulis. Quod uerum, nisi sententia sit nulla. Bartol. in l. si quis filio. §. quod si quis. ff. de iniuf. test. & Alexand. in l. qui ultimo. de pac. Item uerum, nec quo ad legata, uel fideicommissa. Bart. in l. res. C. de do. inter uirum, & uxo. Item uerum, nisi sit condemnatus in contumacia. Bald. & Imo. in l. seruo legato. §. fi. de leg. j. & plenius suprà, uer. Condemnatus. uersicu. lviij. Item uerum, nisi sit appellatum à sententia: ut in d. uer. & tenet Alexand. post Bartol. in d. l. qui à latronibus. §. fin. in uersicul. ultimo gloss. ff. de testam. Item secus in condemnato ad perpetuum carcerem, quia potest testari. Ang. & Imo. in l. si

in l.si quis mihi bona.§.j.de acqui.hære.& Alexand.in l.ij.ff. de publ.iud.Item uerum, etiamsi condẽnatus euasit de manibus curiæ,uel quia fuit exemptus.Bart.in d.l. qui à latronibus.& ibi Alexand.plenè.Bald.in l.j. in iiij. col. in uer.sed iuxta prædicta. C. de sacrosanct. eccles. Item uerum, nisi sit condemnatus à iudice non suo. Bartol. in l. qui ultimo. in princip.& l.rei.§.eum.ff. de pœnis.Item uerũ,etiam ad pias causas,nisi pro restitutione malè ablatorum.Bald.in l.fin.in ij.colum.magna,in fin. uer. extrà quæro, utrum. C. si à non compe.Sed aduerte,quia non loquitur in testamẽto ad pias causas,sed simpliciter dicit, ipsos nõ posse testari.& in l.j.in iij.colum. in uer. reuertor ad primum. C. de sacrosanct. eccles.& ibi Bartol. iiij. q. per Bald. in titul. de pa. Constan.§. nos Romanorum.vj.colum.in uer.item in castris,seu in terris. Addo Panor.in rubr.de testam.in ultim.colum.Paul. de Castr.consi.lxxxvij.incipien.Primum quæsitum habet. ubi etiam ponit de testamento condemnati ad mortem, qui occidit bannitũ extra territorium, an ualeat, quo ad bona sita in territorio banniti,in quo statutum permittit impunè occidi.& tenet quòd non. Item non ualet tale testamentum,etiamsi per statutum approbetur, cùm statutum non possit facere testabilem eum, qui non est. Bald. in authen. defuncto.in fin.C.ad Tertul.Sed Bartol. contrà in l. si quæramus. in ultim. colum. in princip. uer. circa istam quæro. ff. de testa.dum loquitur de prodigo. Item irritatur, si post testatoris memoriam condemnatur. Bartol. in d.l. qui à latronibus.§.si quis.Sed si bona sunt per sententiam confiscata, an lite pendente post mortem ualeat testamentũ. gloss. & Bartol.in d.§.si quis.circa fin. in uer. plus dico. ff. de testa.quòd sic. Item uerum,nisi sit condemnatus ad membri mutilationem.s.uer.Mutilatio.uer.pen. Item uerum, etiamsi post restituatur: quia testamentum non conualescit.Bald.in consi. Cùm quidam Cicchus.& in l.seruis.circa fi.in uer. item fallit.C.de lega.ar.contrarium in l.j.§.filius.de lega.iij.& in l.si quis filio.§.quatenus. & ibi Bart. de iniu.testa.Item uerum, etiamsi in sententia sit reseruatum ius testandi.Bald. in titu. de pa.Constan.§.nos Romanorum.vj.colum.in uer.item in castris.Sed Barto.tenet contrà in l.si quis.in princip.§.fi. de leg.iij.& in l.j.in vj. colum. in iiij. q. C. de sacrosanct. eccles. quòd imò potest reseruari ius testandi. Pro quo est tex. & Bald.in l.& militib. C. de testa. milit. qui loquitur in milite condemnato de crimine militari: proditori uerò, & pacis fractori non potest reseruari factio testamenti. Bald. in d.l. & militibus.in iij.q.quod no.Item nec condẽnatus per sententiam,quæ adimat libertatem, quæ etiam facit eum insuccessibilem.in Specu.de exec.sen.§.j.uer.fi. Item nec ualet etiam factum ante inquisitionem formatam, secundum Angel.Aret.in trac.Maleficiorum. uer. caput à spatulis. & allegat Bartol.& Bald.qui non dicunt hoc.

40 Testari potest qui amisit manũ, uel aliud membrum. l. qui manus. ff. de testa. nisi sit truncatus membro ex causa, quæ priuaret testamenti factionem.Bartol.ibi. Addo Bald. in l.j. in repeti.in iij.col.in uersi.secundò quæritur.C.de sacr. san. eccle.ubi tenet,quòd talis potest testari ad pias causas.

Testari non potest tyrannus. Bald. in authentic. decernimus. ultim. colum. C. de sacrosanct. eccles. in uer. de testamento tyranni.

Testari potest furiosus ante furorem. suprà uerbo, Furiosus. uersic. vj. & lv.

Testari potuit mortuus in duello.Bald.in c.j.viij.col.uer.quæro,nunquid ille.de pace tenen.

Testari an possit feudatarius de feudo.suprà,Feudatarius.uersicu.lij.quòd non.Bal. in l. ij.C.commu. de lega. quòd non. per capitul.j.de suc. feud. Addo, quòd nec etiam pro anima potest disponere de feudo: ut suprà, Feudum.uersic. xv. tamen potest legari uni ex filijs,uel ipsi assignari:ut ibidem.in uersic.cxxxiij.

Testari an possit emphyteuta. s. Emphyteuta testatur. uer. j. quòd sic.

Testari an possit excommunicatus. suprà, uer. Excommunicatus testatur.uer.j.

Testari an possit filiusfa.s.uerb.Filius testatur. per totum.

Testari an possit filiafa.suprà,uer.Filia testatur. uersicu. j.cum duobus sequentibus.

Testari non potest dãnatus in metallum,nec conualescit testamentum,eo restituto.j.Testamentũ nullum.uer.cv.& seq.

50 Testari an possit captus in bello Imperatoris mortui post indictum bellum. Bald. in l. cùm cognatum.C. de inge.ma. ubi non clarè firmat.

Testari an possit hæreticus,uel schismaticus.Bal.in l. fin. j. colum.ad fin. uer.secunda conclusio est.C.si à non compe.iud. quòd non.

Testari potest infirmus corpore tantùm, non corpore & mente.l.ij.& l.in aduersa.de testa.l.senium.C.qui test.fa.pos.

Testari an possit infamis.s.uer.Infamis.uer.lxx.

Testari potest etiam grauatus alteri restituere. suprà, Grauatus.uer.xxviij.

Testari an possit filius banniti. suprà, Filius testatur.uersiculo ultimo.

Testamentum uxoris factum præcedentibus minis uiri,an ualeat.Barto.in l.fi.ad fi.ff.si quis al.test.probi. ubi tenet,quòd maritus priuatur tanquam indignus.Bal.in l.j.pe.col.in fin. in uer.item quæro,pone.C.eod.tit.

Testari non potest,qui non potest naturaliter obligari. Bal. in l.ij.in prin.C.commu.de lega.

† Testari potest etiam de rigore iuris quilibet habilis: ut no. do.Ias.in rub.C.qui test.fa.pos.ad fi.]

Testamenti factio cum conceditur alicui, intelligitur de legitima.in Specul.de loca.§.vj.uer.lxvij.& suprà,Licentia.uer. lxxxv.& xcix.

Testari an possit libertus,uel homo alterius. in Spec. de feu.§. quoniam.uersi.xix.de sta.mon.uersi.lij.& seq.quòd non.

60 Testari an possit seruus. suprà uerbo, Seruus. uersicu. lx. quòd non.

Testari an possit clericus.suprà,Clericus testatur. uersicu. j. & per totum.

Testari an possit episcopus.s.Episcopus circa res. uersicu. xv. & seq.& in Spe.de statu mona.uer.xxiij.quòd sic.

Testari an possit monachus.s.uerb.Monachus testatur. uer.ij. viij.& x.

Testari non potest,qui est in potestate alterius, etiã de uoluntate domini.in Spe.de statu mona.uer.iij.& seq.

Testamentum qualiter,& quando fiat.j. eo. per totũ. & j.uer.Testamẽtum probatur.per totum.& s.uer.Institutio.per discursum.

Testamenti formam uide in Speculat. de instrum. edi. §. xiij. in princip.

Testamentũ in scriptis fit hoc modo, quia testator offert illud propria manu,uel alterius scriptum,clausum, testibus rogatis,puberibus,& liberis,septẽ numero simul, & semel omnibus signandũ, & subscribendũ, qui sciãt se testamentũ subscribere, ipseq; ultimo loco subscribat, cuius tenor etiã incognitus testibus esse potest: sed si testator scribere nesciat, octauum testem adhibeat ad subscribendum pro eo: ut probatur in l.hac consultissima.in prin.C. de testa. & in Spe. de instru.edit.in §.compendiosè. in ij.char.

Testamentum nuncupatiuum fit coràm septem testibus rogatis,scientibus tenorem testamenti: ut j.dicetur,uer.vij.

Testamentum fieri debet cum institutione hæredis, aliàs non ualet.l.j.§.fi.de uulga.& pupil.per Bart. in l. cohæredi.§.fin. eodem tit.& j.eo.Testamentum nullum.uersic.xiij.

Testamentum non ualet cum septem testibus, quorum unus sit inhabilis,secũdũ Raph.in l.j.C.de testa. de quo per Alex. in l.si quis.§.cogentur.de eden.sed ualet cum octo testibus, quorum duo sunt inhabiles: quia habentur pro uno habili, secundum Ioan.de Imo.in l.qui testamẽto. in prin. de testa. & Alexand.in l.iij.de testi.& omnino per Alexand.in consi. xlvij.ij.parte.

Testamentum regulariter fieri debet cum septem testibus. d.l. hac consultissima.& ibi doc.C.de test.in §.per nuncupationem.Fallit in testamẽto inter filios,quia cum duabus etiam fœminis fieri potest. d. l. §. ex imperfecto. gloss. in authent. quod sine.eod.titul.& ibidem Bald.expressius in uer. quæro,nunquid inter liberos.l.si.C.fami. ercis. Alexand. consil. lxxxvj. iiij. parte. & Bald. in d. l. §. per nuncupationem. & Bartol.in d.l.§.ex imperfecto.in ea.l.ad finem.etiam non rogatis. Bald.in authent.quod sine.in uersic. quæro, nunquid sufficiant. Idem si sit una fœmina, & alter masculus,uel hermaphroditus.

Testibus in specie deponentibus magis creditur, quàm deponentibus in genere, etiam pluribus. Nico. de Neap. in l. turpia. de legi. & Alex. in l. ob carmen. §. j. de testi.

60 Testes singulares nõ probant, quando agitur de probatione rei, in qua tempus est de substantia, etiamsi uelint probare in genere. gl. in l. ob carmen. §. fi. C. de testi. ut si agitur de probanda possessione alicuius temporis certi, & limitati. & ibi secundum Alex. consi. iij. iiij. parte, & infrà.

† Testes quãdo recitant uerba formalia ab aliquo prolata, debent concordare etiam in uerborum cortice, aliàs dicuntur esse contrarij, & singulares. Ita dicit Anto. in c. nihil. de uer. signifi. Quod dictum refert, & sequitur, dicens esse singulare, And. Barba. in consi. iij. incipiente, Et quidem uiso puncto. in viij. col. uers. item isti duo testes. in ij. uol.]

Testes, quorum unus dicit, Titium occidisse Caium, & alter dicit, quòd Titius occidit Seium, nõ probant, Titium esse homicidam. Alex. in d. consi. iij. & Ant. de But. in c. cùm oporteat. de accusa.

Testium singularitas arguit dolum. Bal. in l. iurisiurandi. C. de testi. in ij. col. uer. deinde nota.

Testis etiam non iuratus facit informationem. Bal. in l. si duo. j. col. super uerbo, producit. de pace tenen.

Testes dicuntur contestes, licet uideant per rimulam, uel foramen, unus post alium incontinenti. Ioã. de Imo. in l. si pater captus. de uulga. & pupil. & doct. in l. hac consultissima. de testa. Bald. in d. l. testium. in fi. col. uersic. quæritur etiam. C. de testibus. & ibi per Salic. Angel. & Imol. in l. si quis. §. j. & ibi per do. Alexan. in ij. col. in uersic. nota tamen ex hac glo. cum alijs concor. ibidem per eum signatis. ff. de uulgari & pupillari. in l. quærebatur. ad finem. ff. de testa. mili. & Ioan. And. in Specul. de teste. §. vj. uer. quid si unus. Quod uerum est, etiam ad probandum adulterium. Bald. in d. l. testium. in fi. col. uersic quæritur etiam. ubi Cyn. & Salic. & glo. iij. q. ix. nihil. ubi uide omnino Bartol. in l. in operis. paulo post prin. uer. no. tamen. ff. loca. & s. Simul. uer. j. & seq.

Testes, quorum unus dicit de possessione decem annorum, alter de possessione octo annorum, nõ dicuntur contestes. Bald. Angelus, & Imola in l. ex facto. §. item quæro. de uulga. & pupilla. & ibi do. Alex. in ij. col. sed non loquuntur de possessione, sed solùm de probanda pupillari ætate. & Bald. in l. j. viij. q. circa medium. & in uer. quod autem dixit Arch. C. de testi. quòd sunt singulares. Archid. iij. q. ix. nihilominus. In contrarium allegat Io. And. & doc. in c. j. de arbi. lib. vj. in Nouella. uide in Spec. de teste. §. j. uer. quid si unus. Bal. in d. viij. q. vj. colum. dicit etiam, quòd si deponunt de initio possessionis probant: aliàs secus. Quod bene nota. & plenius tenet Alex. in l. j. §. si stipulanti. de uerb. obli. & ibi Imo. & in l. inter pares. de re iudic. Adde, quòd clausula Non adstringens se, &c. facit dici eos contestes. s. in clausulis Libellorum, in uerbo, Non adstringens. uer. penul. item in instrumentis. s. Instrumentum. j. Item,

Testes, quorum unus dicit ualere rem decẽ, alter quindecim, sunt singulares: ut infrà, Valor. uersic. ij.

Testis, quorum unus dicit, Titium possedisse per decẽ annos: & alter dicit, possedisse ferè decem annis, & plus, probant, & sunt contestes. Bal. in j. const. Digestorum. in iij. no. Item,

Testes testamenti si pars probat partem testamenti, & pars alteram, non probant. suprà, Testamentum probatur. uersic. xxj. Item,

Testes, quorum unus probat possessionem unius anni, & alter alterius anni, probant. Bart. in l. ob carmen. §. si testes. ff. de testi. Item quid si unus dicit percepisse decem corbes grani, alter quinque. Io. And. in c. qualiter & quando. in glo. hic potest. uer. & idem. de accu. Item suprà, Possessio probatur. uersic. xxj.]

70 Testes, quorum unus dicit de mutuo decem, alter de quindecim, non probant mutuum de uigintiquinq;. Io. de Imol. in d. l. ex facto. §. item quæro. & ibi do. Alex. in ij. col. uer. & utrum testes. cum alijs ibidem per eum signatis. Item quid in æstimatoribus. suprà, uer. Estimatores. uer. viij. † Et Fran. Aret. in §. item quæro.]

Testes, quorum unus dicit de debito in decem, alter in uiginti, alter in triginta, non probant. Io. Andr. in d. c. j. de arbi. in vj. in Nouella, quem allegat do. Alex. in d. uer. & utrum testes. Item omnino per Alexandrum consilio lxiiij. ij. parte. Item,

Testes, quorum unus dicit Titium condemnasse in decem, alter in quindecim, an probent iurisdictionem. Io. And. in d. c. qualiter & quando. de actio. in d. gl. & suprà uerb. Iurisdictio. uersic. clvj. de quibus omnibus uide Alex. consil. lxiiij. ij. parte. & per eum in l. j. §. si stipulanti. de uerb. obliga. & in consi. cxviij. j. parte.

Testes an & quòmodo probent tenorem instrumenti perditi. suprà, Instrumentum perditum. uer. ij.

Testis an possit uariare. s. Testium repetitio. uersi. xj.

Testis dicens, Scio, quia uicinus sum: probat præsumptiuè, cùm præsumatur scire de uicino, an sit pauper, uel bonæ famæ: & regulariter omnia in genere, non in specialibus, qui non sit notus uicinis. Bal. in l. conuenticula. v. col. in uersi. ex prædictis infero. C. de episc. & cler. in l. j. vj. col. in uer. & facit, quòd testis. C. de seruis fugitiuis. per Bart. in l. j. si cert. pet. & ibi Alex. ubi plenè ponit, in quibus credatur testimonio uicini. & subdit ibi in viij. col. post Bald. in l. ij. ult. char. C. de rescin. uen. quod in testamentis uicinus nõ plenè probat, sed facit indicium. Item subdit in xij. col. quod eius probatio dicitur præsumptiua, quæ facit mitius puniri, & contra eam admittitur probatio cõtraria. & s. uer. Probatio per præsumptionem. uer. penul. Et de teste uicino uide etiã per Ang. in auth. de hære. & Fal. §. hinc nobis. & in auth. de testi. in principio. sed in suo repertorio, uerb. Vicinum, dicit non probare, nisi reddat causam per sensum corporeum. Quod dictum destruit doctrinam Bald. & doc. ubi suprà. Pro com muni opinio. est l. si uicinus. C. de nup. Item præualent alijs. Baldus in Spec. de testibus. uer. uicinus. Item probat meretricium. s. uer. Meretrix. uersi. iij. sed non ualorem rei. Bald. in l. ij. ulti. col. in uer. & scias quòd æstimatio. C. de rescin. uen. Et si sit clausula, Præsentibus talibus testibus uicinis, præsumptio est, quòd cognoscant contrahentes. Bal. in l. fi. § j. vj. colu. in uer. & nota, quòd uicini. C. de iure delib. † Et per Fel. in c. cùm causam. de testi. in col. vj. & aliquid in cap. causam. de præscrip. circa medium vij. col. & Franc. Areti. in l. j. si cer. pet.]

Testes singulares contra usurarium an probent. j. uer. Vsurarius. uer. x.

Testes singulares non probant impedimentum. Alex. cons. iij. ult. col. iiij. parte.

Testes singulares super aliquo in genere probando, probant, ut quod quis possedit: non in specie, ut quod quis arauit. Inno. in c. qualiter & quando. ij. de accusa. in Spec. de teste. §. antepen. uersic. quid si plures. Alex. consi. iij. & cons. xciij. iiij. parte.

† Testes singulares si sunt ita nobiles, quòd iudicẽ adducant ad indubitatam fidem, iudex non debet curare de illa singularitate,

laritate,sed secundum eos debet iudicare:ut no.Hipp.Mar. sin.cxiiij.in ci.Vulgatum & tritum.]

Testis corruptus pecunia etiam ut dicat ueritatem, non probat.l.j.§.j.& ibi Bar.ff.de fal.Inn.in c.licet.de proba.in j.col. in glo.sua,in uersic. post sententiam. la j. qui tamen non ita clarè dicit:sed dicit, quòd non sufficit probare testes falsum dixisse,nisi probetur,quòd dixerint corrupti pecunia.doct. & Petr.de Sun.in l.uenales.quando prouo. non est necesse. Alexand.in d.l.j.Bartol.in l.diuus.de re iudi. Quod uerum, etiamsi pars sponte offert.Alex.in d.l.j.† Et per Felin.in d.c. licet.de proba.in v.col.]

Testes contrarij reddentes rationem suorum dictorum præualent alijs sine ratione deponentibus, licet de ea non interrogati.Bald.in l.presbyteri.ult.col.uer.iuxta prædicta quæro. C.de episc.& cle.Iaco.But.in q.questio talis est,quidam petijt à Titio,&c.

Testium examinatio an & quando possit committi, & cui.s. Examinatio.uer.xx.& xxxiiij.

Testis unus ualde idoneus supplet fidem alterius,non idonei. Bal.in l.ij.in ult.col.in princ.uer.sed quid si interrogatus.C. de bo.po.secundum tab.& in l.j.ij.col.in uer.quandoq; mutatur conditio testis. C.de testa.Iaco.But.& Ang.in l.si quis ex argentarijs.in prin.de eden.hoc dicit Bal.in d.l.si quis.in lect.antiqua.uerùm,si inhabilis est non omnino, ut infamis de facto,cui minus creditur,quia suppletur:secus, si omnino repellitur ut infamis de iure.& tenet Ang.ibi & Sali.in l. in bonæ fidei.xv.colum.de rebus credi.nec etiam testamentum cum septem testibus ualet, quorum unus sit omnino inhabilis.Raph.in l.j.C. de testa. sed tres testes amici pro amico probant.Iacob. Butr.in l.iij.ff.de testa.& ibi Alexand. & Ioan.de Imo.in l.qui testamento.de testa.facit glo.in l.iij. §.j.uer.numerus.de testi.Sed contrarium sentit Angel.consilio ccxxv.In Dei nomine, in facto proponitur, quòd Bellaflore.& ꝓbatur in c.in literis.de testi.ubi tres testes domestici non probant, sicut probarent duo integri, secundum Alexandrum ubi suprà,qui tandem distinguit.Bald.ubi suprà, uel dicit in dubio relinquendum esse arbitrio iudicis, inspecta qualitate testium.arg.l.iij.uer.ideóq;.de testi.Item adde Alexand.consi.xlij. ulti. col.iiij.parte.quòd tres amici probant. Vide Angel.consil.j.& infrà,Domesticus.uersicu. xxiij. ubi plenè.& Bartol.in l.ij.in princip. ff.de excusa.tut. Francis.de Cap.listæ de Padua, in consil.In causa uertente, & diu uersa.Bald.in d.l.si quis.§.quid enim.ad fin. uer. facit etiam §. noster ad q.Item suprà,Infamis.uersi.xlj.& Paul.de Cast.consil.ccclxij.ad fin.& per Alexand.consil.lvj.ij.parte. & suprà,Infamis.d.uer.xlj.& ibi omnino per Alex.& in con. ciij.iiij.parte.

Testis dictum non recipit adminiculum à confessione partis non contingente dictum testis. Bald.in d.l.ij.in j.col.ad fin. in uer.unde testes.C.de bo.po.secundum tab.

Testes non idonei plures numero debito probant,quia numerus supplet quod deficit fide.gl.est not. in l.iij.§.eisdem.uer. numerus. ff. de testi. de quo omnino per Alex. ibi, & Alex. in §.tormenta.ff.de quæstio.

Testis non integer probat, quando deponit de eo quod præsumitur de iure. Guli. de Cu. & Alex. in l.si duo.in princ.ff. de iureiuran.

Testis super mutuo probat per uerbũ,Commodauit, & econtrà.Bar.in l.ij.in fi.C.de his,qui ex pu.ratio.pec.ac.li.x.quia debet interpretari,ut probet.Bartol. in l. Labeo. de sup.leg. Alex.consi.xlij.iiij.parte.

Testis coram iudice iuratus non potest per alium examinari. s.uer.Examinatio.uer.xxix.

Testes non recipiuntur per priuatum,nec extra iudiciũ.Bald. in l.fi.v.opp.C.de edi.di.Adri.tol.

Testes super datione ob causam producti ad probandum de non causa,si de causa nõ recordantur,probant pro recipiente.Bal.in l.ij.ad fi.uer.restat unũ dictũ.C.de dona.ante nup.

90 Testis probat substantialia, licet de alijs non recordetur. Bald.ibidem,uer.modò quæritur.

Testis unus contra alium potest examinari, & facit indicium. Bar.in l.à sententia.ff.de appel.

Testes super uenditione nõ probant,nisi de precio deponant. s.Emptio.uer.xv.

Testes uiles an admittantur.s.Testis quis.uer.clv. & in uerbo, Testes quot.uer.xij.

Testes uerisimilius deponentes præferuntur.glo.ordin.in c.si testes.iiij.q.iij.& ibi text.no.& Bald.in l.testium.penult.colum.C.de testi.dicit Bald.in c.j.ij.colum.in uer.extrà no.de contro.inue.c.in nostra.de testi.& ibi Ab.no.in c.auditis.in ij.colum. in gl. super uer.exceptionem.de præscri.& ibi per doc.ubi Abb.Sicul.& infrà.Item suprà, uer.Probatio inualida.uer.xiiij.& Abb.fin.in c.cùm P.de accu.quòd testes accusati præualent,quia deponunt pro eo, pro quo est præsumptio, scilicet quòd sit bonus, & non deliquerit. & omnino per Alexand. consil. clxxix.in fin. in ij.parte.& Abb.ubi suprà.Adde suprà eo.& Alexand.in l.inter stipulantem.§.j.de uerborum obligation. & Abb. in dicto cap. in nostra. & suprà,uer.Testes quot.uer.lj.& lx.† Et per Felin.in cap.in nostra.de testib.]

Testi deponenti de facto non uerisimili non creditur.ca. præterea.& in c.literis.de testi.c.quia uerisimile.de præsum. ca. licet causam.de proba.l.ob carmen.de testi.l.non est uerisimile.ex quib.cau. ma. sed magis testi: pro quo est iuris præsumptio.suprà,Probatio inualida.uersic. xiiij. Item præualent,qui sunt conformes iuri communi.Inn.& Abbas in ca. auditis.de præscri.& Abb.in c.licet.de proba.

Testes deponentes,pro & contra producentem,probant in totum.Cardi.in cle.j. in fi. de testi. & s.Testium reprobatio.& Sali.in l.etiam.C.de testib.

Testes contrarij in aliquo modico, non dicuntur uarij.suprà, uer.Testium repetitio.uer.xiiij.

† Testium dicta non uitiat modica cõtrarietas, etiam non concordabilis:ut no.Ant.de But.in c.ij.in fi.de reg.Et idem si unus diceret plusquam alius,secundum Ant. de But.in c. ij.de offic.dele.in quibusdam lecturis refert,& sequitur Fel. in c.cùm tu.in v.col.uer.secundò no.de testib.]

Testes singulares probant iurisdictionem,ut quia unus deponit de uno actu, alter de alio. suprà,uerb.Iurisdictio.uersic. clxxxiiij.

Testes non dicuntur discordes,uel uarij, si concordant in facto principali,licet discordent in circunstantijs,uel qualitatibus.Alex.in l.ob carmen.§.j.de testib. per gl. in c. dudum. de conuer.coniuga. & in cap. cùm ecclesia. de causa poss.& propri.& Alex.consi.liij.j.parte.

100 Testes mariti præferũtur testibus uxoris,uidelicet in probanda potentia naturæ, quia deponunt de eo,quod est uerisimilius, scilicet uirũ esse uiripotentem. Inn. & doc.in c.j. in ultima col.in uersi.sic opponitur.de frigi.& male.non tamen loquitur de testibus. docto. & Abb. in cap. auditis. de præscrip.

Testes post cortinam probant.glo in l.ij.§.idem Labeo.in uer. audierint.uer.quid enim si paries. ff. de aqua plu.ar. Quod uerum in contractibus. infrà, Testes instrumentarij.in uer. xxvij.in Specu.de testib.§.j.uer. quid ergo si.& Alexand. de Neuo in consi.In causa prædicta: quod est post consi.Alex. de Imo.xliiij.in iij.parte.& Alexand.in d.§.item Labeo.Io. † And. in c. ex literis.de consue. † Et per Felin.in c.præterea. in fi. de testibus.]

Testis dicens nescire factum, & probans famam, non dicitur contrarius.infrà,Testium punitio.uer.xlj.

Testis si producatur absente parte, reseruatur ei ius opponendi.glo.in uerbo,absentibus.& Bald.in l.laudabile.C.de aduo.di.iudicio.

Testes ipso iure an repellantur. suprà, Testes qui. uersic.xix. quòd non.

Testis notarius,uel clericus magis probat, quàm alius. glo. & Ang.in auth.de testi.in §.sancimus.in glo.in uer.officij causam.iuncta gl. in uerbo, per dignitates. Bald. in authen. sed cùm testator. in ultima col. in princip. in uer. quæro, pone quòd.C.ad legem Falcid.

Testium examinatio an impediatur per exceptiones oppositas contra personas eorum.suprà,uerb.Exceptio contra testes.uer.j.quòd non.

Testis non probat,dicens,Dedit:sed nescio quare.Bald. in l.j. in j.col.ad fin.uersi.denuò quæro.C.de re.ali.non ali.nisi in mutuo.suprà,uer.Mutuum.uer.xxvij. Adde Bal.in l.ij.in fi. C.de dona.ante nup.

Testis

Testis debet esse notus iudici per inquisitionem antè factam à uicinis. Bart. in l. iij. §. j. uer. item quæro. ff. de testib.

Testis examinatus à iudice incompetenti non probat. Paul. de Cast. consi. lij. incip. In causa, quæ uertitur inter reuerendissimum. iiij. col.

110 Testes non possunt recipi pendente causa à consilio sapientis. suprà, uer. Consultor. uer. xxj. & uer. Consilium sapientis. uer. v. & xxv.

Testis negans sensum corporis, est singularis, non si negat actum. Bald. in l. in exercendis. ulti. col. uer. uenio ad secundum membrum. C. de fide instru. Inn. in c. cùm Ioannes. in glo. sua. in uer. inhabitares. eo. titu.

Testes pares hincinde in causa episcopi, & abbatis, qui præferantur. suprà, Testes quot. uer. xxx.

Testes super crimine non probant contra non infamatum de crimine illo. suprà, Infamia.

Testis singularis reddit iudicium temerarium. s. uer. Factum. uer. lxxv. Et si mille sint, semiplenè tantū probant. in Specu. de inquisi. §. nunc uidendum. uersi. si uerò sit aliud crimen. & ibi Bald. in additioni. uer. testes.

Testis super articulis ineptis nō potest bene probare, nec supplere defectum articulorum. Bal. in addi. Spec. de teste. uer. super articulis. post Spec. in uer. quid ergo, si capitula.

Testem singularem faciunt sex: persona, res, causa, tempus, locus & circunstantiæ, quando de eis est interrogandus. in Spec. de teste. §. iam de interrogatorijs. uer. quid si unus. & §. sæpe. testes. uer. nunc transeamus. & ibi Bald. uer. sex faciunt testem. & omnino per Ioā. de Imol. in l. inter pares. & ibi omnino do. Alex. in ulti. col. uer. tangit etiam Imo. cum multis concor. ibi per eum signatis. de re iud. Bal. in l. j. viij. q. C. de test. & Alex. consi. cxvj. j. parte.

† Testes singulares licet non probent, tamen si ex illis iudex in credulitatem deducitur, potest illis plenam fidem adhibere, licet iudices captiosi credere nolint. do. Barth. Socin. in consilio clxij. incip. In causa. uer. præterea etiam. circa fin. in ij. parte.

Testes si non examinentur culpa iudicis, debet tempus suppleri, nō dari noua dilatio. s. Terminus ad probandū. uer. xliiij.

Testibus affirmantibus magis creditur, quàm negantibus. l. diem. §. si plures. & ibi doc. & Bart. ff. de arbitr. Bald. in l. j. v. q. C. de testa. & in l. actor. in iij. col. magna, in fin. uer. item ex dictis Nic. C. de proba. ubi dicit rationē esse, quia causa affirmatiua credibilior est: & ideo affirmantibus sine ratione magis creditur, quàm negantibus. & Baldus in Specul. de teste. uer. testibus affirmātibus. & Spec. de proba. §. j. Quod uerum etiam in testibus instrumenti. infrà, Testes instrumentarij. uer. xix. Item uni affirmanti magis creditur, quàm duobus negantibus: Bart. in l. j. in princ. uer. ulterius not. ff. de uen. inspi. ubi etiam dicit in uer. ulterius hæc lex facit dictum unius negantis non lædere duos testes affirmantes: ideo magis creditur duobus, quòd equus est bulsus, quàm negantibus. Bald. in auth. omnes. ad finem. in uersic. quid in dubio facti. C. communia de suc. Prædicta regula est uera, nisi negantes asserant negatiuam per sensum: ut quòd Titius non est uiuus, quia uiderunt eum mori: tunc enim statur maiori numero, uel dignioribus. Bartol. Petr. de Su. & doc. in d. §. si plures. & in d. l. j. & Angel. in reperto. uer. testes. ubi ponit de testibus probantibus, quòd res ualet decem, & alijs, quòd non ualet decem, & distinguit. ut suprà, per d. l. j. Item nisi negatiua sit coarctata loco & tempore: quo casu æqualiter est eis credendum: ut in pract. Papi. titu. de excep. §. testes. uer. satagunt negatiuam. & docto. in d. §. si plures. Vide Bartol. omnino in l. hæredes palàm. in prin. in ult. col. uer. ultimo hæc lex facit. ff. de testa. & ideo probatio super negatiua non admittitur, quamdiu affirmatiua probari potest. Pau. de Cast. consi. lij. incipiente, In causa, quæ uertitur inter. Item de materia uidē per Innocen. in cap. quid per nouale. in glo. sua, in uerb. memoria. de uerbo. signif. & in c. super hoc. in j. col. in glo. in uer. reposcentibus. de renunc. & Bal. in c. j. ad fi. uer. item uidemus de litig. inter do. & uasal. de por. fratris. & in Mar. Testis. in xj. col. Et sciendum, quòd fauore liberationis à pœna præualet duo testes, etiam laici, negantes Titium occidisse Seium tali die, quia fuit cum eis per totam diem illam, duobus etiam clericis affirmantibus occidisse. & hoc, quia est coarctata, & de fauore agitur. glo. lxxxj. dist. clerici. & tenet Abb. in c. bonæ memoriæ. el j. in vj. col. in gl. secundum rerum naturam. de elec. & Bal. in l. data opera. pe. char. uer. & notandū est, quod dici solet. C. qui accu. non pos. quod bene no. Adde s. uerb. Obstetrices. uer. ij. & Abb. in c. cùm P. de acc. & debet reddere rationem, etiam non interrogatus: ut suprà, Testes deponunt. uer. clxxxix. cum multis seq.

Testes probantes negatiuam non coarctatam loco, & tempore, sunt suspecti de falso, tanquam temerariè asseuerantes. Inn. in c. cùm ecclesia. de causa pos. & proprieta. sed non tenentur de falso, nisi conuicti de dolo, aliàs tenentur de lata culpa: ut plenè per Alexand. in l. ij. in princip. quod quisque iuris.

120 Testis super negatiua coniuncta cum affirmatiua contraria probat, aliàs non, & est suspectus: ut quod Titius non possedit decem annis, sed Martinus possedit. Bald. in c. si quis per triginta. si de de feu. fue. contro. inter do. & agna. & Alex. in l. j. in prin. ff. si quis ius di. non obtem.

Testes de possessione titulata præferuntur testibus etiam pluribus, de possessione simplici: suprà, Testes quot. uer. lxxxj.

Testes non dicuntur singulares, si discordant in causa scientiæ, ut quia unus dicit de uisu, alter de auditu, si concordant in dicto, si tamē illud sit perceptibile per auditum: aliàs secus. Inn. in c. qualiter. el ij. in j. col. in gl. in uer. famam. de accu. iij. q. ix. de illis. in glo. in c. fin. in uer. solus testis. de suc. ab inte. Bart. in l. ij. quemad. tes. ape. Puto quòd uoluerit allegare in l. j. §. si quis neget. in iij. col. in uer. ad cuius declarationem. eo. tit. glo. in c. nihilominus. iij. q. ix. Ant. Rosel. in arbo. consang. j. col. Lanfr. in c. quoniam contra. uersi. testes. iiij. char. de proba. Item,

Testes dicuntur singulares, quorum dicta recipiunt separationem ex diuersitate factorum. Bal. in l. j. C. si unus ex plu. appella. ad fi. antè uer. quæro, utrum. & ibi no. & Bar. in l. ij. §. si dubitetur. quemad. tes. ape. Similiter uoluit allegare in d. uersi. ad cuius declarationem. & Bald. in l. apud antiquos. j. col. uer. item nota illam uulgatam. C. de furt. & in l. j. viij. q. de testa. & in l. ij. in ij. col. C. de bo. pos. secū. tab. & in l. actor. C. de proba. in iij. col. uer. scias tamen. cum uer. præce. quòd non sunt singulares, quando est ratio eadem, licet per diuersa media deducatur, ut dicitur in possessione. & uide Lanfr. ubi suprà, uer. generaliter. & per Bald. in l. de quibus: in repe. in ulti. char. ff. de legi. & in l. iuris. in ij. col. uer. deinde no. C. de testi. quòd si possunt adiuuari ex congrua uerborum interpretatione, non sunt singulares, sed si qua extrinsecus fiat suppletio pro concordia. Bald. in d. l. de quibus. in ultima char. & Lanfr. ubi suprà. Item testis unicus de ueritate tantum probat, quantum mille singulares. suprà, Testes quot. uersic. xxiiij.

† Testes singulares in quibus casibus probent, uide do. Barth. Socin. in consilio ccxcv. incipien. In causa. uer. postremo. in ij. parte.]

Testes quorum unus dicit uidisse pecuniam deponi, & alter dicit uidisse pecuniam numerari, sed non dicit causam quare, an probent. Paul. consil. ccxv. inci. In causa, quæ uertitur in curia. quòd sic. & suprà, uer. mutuum. uer. xxvij.

Testes singulares, si sunt personæ graues, & dignæ, probant. Pau. de Cast. fin. in l. admonendi. pen. col. de iureiur. ubi dicit, quòd multi proterui iudices habent hoc pro duro.

Testium singularium materiam uide omnino per Alexan. consilio clxxiiij. ij. parte. & consilio iij. iiij. parte. & consilio cxvj. j. parte.

Testium impugnatio fit multis modis, de quib. in Spec. de dispu. & alle. §. iij. in prin.

Testes singulares probant sacerdotium. s. uerb. Sacerdos. uer. xxiiij. Item,

130 Testium excommunicatio potest opponi, etiam post terminum datum ad opponendum contra testes. s. uerbo, Terminus ad opponendum. uer. vij.

Testibus oppositiones, & earum formam. uide in Spec. de teste. §. sæpe testes. per totum.

Testes debent esse concordes in gradu in causa criminali. Car. in cle. j. ad fi. de testi.

† Cautela ad euitandum, ne testes discordantes concordentur per

per multiplicationem actuum, est quòd fiat interrogatio de unitate actus. Felin. in cap. cùm tu. in iij. colum. uersi. modò istis diuersis. de testibus.]

Testis dicens se non interfuisse, si conuincatur à testibus, quòd interfuit, potest torqueri: uel si uolebat, uel si tentat corrum pere ueritatem. Bar. in l. ex libero. ff. de quæst.

Testes corrupti non possunt, etiam consensu partium, ualidari. Bal. in auth. qui semel. C. de testi. & Alex. in l. j. ff. de ferijs.

Testes ante litem contestatam regulariter non admittuntur. in cap. quoniam frequenter. & ibi doct. ut lite non contest. in Specul. de teste. §. nunc tractemus. ubi plenè. & de recu. §. v. de lite contest. §. quando autem. uersic. & nota. ubi ponit, quomodo intelligatur hæc regula. Nisi in casibus, in quibus de plano cognoscitur. Innoc. singu. in c. olim. in j. col. in glo. in uerbo, de plano. de accusa. Lanfran. in clemen. sæpe. uer. de plano. de uerbo. significat. Item nisi ad perpetuam rei memoriam. auth. si quis. & ibi docto. C. de testi. c. significauit. eodem titu. & infrà eodem tit. planè. uersic. proximo. & sequen. Item nisi in causis decimalib. usurarijs, & matrimonialibus. Innoc. in d. c. quoniam. in prin. in gl. sua, in uerbo, procedendum. ubi ponit etiam alias fallentias. & ibi Io. And. & doc. Alber. de Rosate in d. auth. si quis dicatur. & Angel. in auth. eod. tit. §. fin. Item nisi in causa restitutionis in integrum. Inno. in d. c. quoniam. in prin. in d. glo. in uer. procedendum. Ang. in l. fi. §. illud. de tempo. app. & in d. auth. de testib. §. fi. ij. col. uidelicet post tres menses contra contumacem. Inno. in c. accedens. el j. in gl. in uerbo, contestata. ut lite non contesta. & Bald. in Marg. testis. xvj. colum. ubi refert Hostien. tenere contrariũ ibi. Item nisi in causa appellationis. d. §. illud. & Inno. in d. c. quoniam. in princ. uer. item in causa appellationis. Item nisi de consensu partium. Bar. in l. quoties. C. de priuil. schol. lib. xij. Aduerte, quia nõ dicit hoc: sed dicit, quòd iuramentum testis potest remitti partium consensu. gl. in cap. cùm olim. de causa pos. & propriet. in uerbo, recusare. circa medium. uer. sed qualiter. secundum Pet. de Sun. in l. prolatam. C. de sen. Item nisi super exceptione emergente ante litis contestationem, in qua non contestatur lis: ideo testes lite nõ contestata recipiuntur. Ange. in d. §. fi. Alberi. de Ros. ubi suprà, Lanfran. in d. c. quoniam contrà. uerbo, testes. uer. circa præmissa quæro. de proba. Item nisi agatur de statu, & libertate ecclesię. c. cùm olim. de testi. Item nisi quando causa est merè spiritualis. & sine commodo alicuius. arg. xxij. q. ij. sanè. Adde Inn. in d. c. quoniã. in prin. Item nisi agatur officio iudicis. l. ij. C. de fruc. & lit. expen. l. iij. C. fi. regun. c. præterea. de sponsali. Item nisi reus absente accusatore producat testes. ca. causam. qui fil. sint legi. & c. interposita. de app. Item nisi in casu c. ad nostram. de iureiur. Item nisi in causa expensarum. l. sancimus. C. de iud. Ang. in d. §. fi. Item nisi in causa absolutionis à iuramento. Ang. ibidem, iiij. col. & Lanfr. ubi s. Item nisi ratione publicæ utilitatis. Ang. ibidem. Item nisi super inquisitione contra absentem. Ang. ibi. & gl. in c. qualiter & quando. el ij. in gl. magna, in uer. ad inquirendum. in uer. si uerò infamatus. de accusa. & in d. c. quoniam frequenter. in uer. regulariter uerum esse. Item nisi in causis criminalibus, quando procedi potest ad sententiam lite non contestata, aliàs non. Ang. in d. §. fi. iiij. col. Aliquos casus uide etiã per Bal. in Marg. uerbo, Casus. uer. iij. Item nisi in casibus, in quibus per legem, uel statutum lis non contestatur. Bald. in d. auth. & Alex. in l. in lege Aquil. si deletum. ad leg. Aquil. Item nisi in crimine læsæ maiestatis. in extrauag. ad reprimendum. uerbo, publicatione. per Bart. & per Alex. in l. iiij. §. prætor. de dam. infec.

† Caute. Testes an etiam super aliqua exceptione ad perpetuam rei memoriam examinari possint, & qua cautela utendum sit, quando talis exceptio non est probanda per testes, sed alio modo, uide Petr. Gerardũ singul. xcj. incip. Tu scis, quòd reus potest facere.]

Testes ad perpetuam rei memoriam ex parte actoris ante litis contestationem regulariter non possunt examinari. dicto c. quoniam frequenter. de quo plenè per Bartol. in dicta auth. si quis. in j. col. uer. quæro, an omni casu. & ibidem per Bald. in iiij. colum. in uer. modò sequitur. ij. quæst. & Bar. in l. fin. C. de usu. publ. & plenius per Moder. & Alexand. de Imo. in l. si finita. §. eleganter. in x. colum. uersi. sed dic, quòd Innoc. ff. de dam. infec. Fallit, quando actori non posset competere ius, uel exactio, nisi examinatis testibus: tamen in hærede ex testamento nuncupatiuo, qui, nisi prius probet se hæredem, nõ potest agere ad bonorum possessionem secundum tabu. uel petitione hæreditatis. l. j. de bono. poss. secundum tab. l. ij. quemadmo. testa. ape. Item & quia hæres, nisi sit certus, non potest adire. Bart. in l. de ætate. j. quæst. prin. de mino. quo facto auditur petens se mitti in possessionem bonorum. Bald. in l. fina. iij. q. C. de edi. di. Ari. & Bart. in d. auth. si quis. in j. colum. in fi. in uer. quandoq; ius agendi. C. de testibus. Item fallit, si testes actoris sint morituri, senes, uel absfuturi. l. in lege Aquilia, si deletum. & ibi Bartol. in ij. colum. uer. item oppo. quòd testes. & iij. colum. in fine. & Flo. ad legem Aqui. Inno. in cap. significauit. in princ. & ibi doct. de testibus. Bart. in l. mortis. la j. de dona. causa mor. Ang. in d. §. fin. Et intellige de senibus & infirmis arbitrio iudicis. Innoc. in d. c. quoniã frequenter. in j. col. in fi. in gl. sua, in uerbo, senex. & Bal. in d. auth. si quis. pe. col. uer. quæro, si iudex. & Alex. in l. in lege Aquilia. si deletum. ff. ad legẽ Aquiliam. Item si actor est creditor in diem, uel sub conditione. Bar. in d. auth. in j. col. uersi. quandoque non competit. Sed ibi Bal. contrà in iiij. col. in fin. & Pet. de Sun. Vide Ang. in d. §. fina. in ij. col. Item si testes, possent uerisimiliter fieri immemores. Bart. in l. iij. §. duæ causæ. in fi. ff. ad Carb. Item si in causa non contestatur lis de iure communi, uel municipali. Bald. in d. authen. si quis. ad fin. uersi. ulterius quæro. & in col. antepe. uer. secunda est, quòd licet regulariter.

Testes ad perpetuam rei memoriam ex parte rei indistinctè admittuntur ante litis contestationẽ, siue sint infirmi, siue nõ. l. fin. & ibi Bar. C. de usur. pu. & d. c. quoniam frequenter. & d. auth. si quis. & ibi doct. & Ang. in d. §. fi. qui tenet idem in l. purè. §. fin. de doli excepti. Quod uerum, actore differente petere. Bal. in d. l. fi. Item per eum, qui indistinctè potest uti ad agendum, & defendendum. Bart. in d. authen. in ij. col. in prin. uer. secundo casu principaliter. & ibidem Bal. in v. col. in uer. si uerò petuntur examinari. & Bartol. in d. l. in lege. in ult. col. in uer. secundo casu, quando. si tamen potest esse futurus tam actor, quàm reus, ut qui est in quasi possessione seruitutis, in qua potest esse reus per negatoriã, & actor per confessionem non potest petere testes examinari ad perpetuam memoriam. Inn. in d. c. significauit. de testib. Ang. in d. §. fin. Alex. in d. l. si finita. §. eleganter. de dam. infec.

Testes ad perpetuam memoriam in iudicijs duplicibus, scilicet familiæ erciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, recipi possunt. Barto. & doc. in d. auth. si quis. in ij. col. & no. in c. Albericus. de testibus.

Testes ad perpetuam memoriam ex parte actoris examinantur, sed non publicantur, quando est in sua potestate agere ante probationem factam: aliàs etiam publicantur, ut si uelit adire, uel agere ex testamento. Sed ex parte rei examinantur, & publicantur. Bart. in d. l. de ætate. ij. col. in uer. secundo modo quæro de ætate. & in d. authent. si quis. in ij. col. & in d. l. in lege Aquilia. Vide Bald. in l. iij. §. contrarium. circa medium, in uersic. interdum potest deperire. ff. de contrario iud. tute. & Specul. de teste. §. nunc tractemus. in uer. in hoc autem. ubi reprobat docto. in eo. quod dicunt ex parte rei recipi, & publicari. uide Ang. in d. §. fi. & doct. in d. c. quoniã. infrà eodem, uersic. x.

Testibus ad perpetuam memoriam examinatis, si pronunciatur per iudicem esse fidem perpetuò adhibendam, in publicatione non potest contra eos, uel eorum dicta, & personas opponi, cùm causa agatur. suprà, Publicatio processus. uers. antepenultimo.

Testes super ultima uoluntate ad perpetuam memoriam sunt examinandi, etiam super articulis, & interrogatorijs. Bald. in l. publicati. iiij. q. de testam.

Testibus examinatis ad perpetuam memoriam sufficit interlocutoria, quòd redigantur in publicam formam. Bald. in d. l. publicati. v. q.

Testibus ad perpetuam memoriam publicatis, non possunt alij examinari super eisdem. Bald. in d. auth. si quis. vj. col.

10 Testes super testamento ad perpetuam rei memoriam examinati, an publicentur ad instantiam hæredis scripti, non possidentis,

posſidentis,& an legatarij.Bal.in l.publicati.vij.q.C.de teſta.diſtinguit.Item an uiuo teſtatore.Bald.ibidem in fi.x. q. quòd ſic. Item an citatione generaliter facta. Bald. ibi.vj.q. diſtinguit. & ſuprà, Publicatio proceſſus.uerſi.xxvij.& antepenultimò.

† Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam, non publicati fidem faciunt.Felin. in c.cùm I.& A.de re iudi.poſt medium.ij.col.ibi:idem in teſtib.]

Teſtes ad perpetuam memoriam poſſunt ex officio mercenario,non nobili,ſi tendit ad condemnationem, uel æquipollens,recipi per iudicem inquirentem. Bal. in additio. Spec. de teſte.uerſic.an ex officio.poſt Spec.ibi.in §. nunc tractemus.uerſic.xxx.

Teſtes eſſe infirmos,uel ſenes,an non eſſe,poteſt cognoſci ſummatim per iudicē,à quo petitur examinatio ad perpetuam memoriam.Flor.in dicta l.in lege Aquili.& doct. & Petr. de Sun.in d.auth.ſi quis.& Specul. de off.om.iud.§.poſtremo. uerſic.tertiò uidendum ibi:item ſi teſtes recipiuntur.ubi etiam dicit eſſe ſecus,ſi opponitur eſſe inimicum,uel coniunctum,& ſimilia: quia debent plenè diſcuti. Item eſt in arbitrio iudicis,an ſint infirmi.Bald.in d.auth.ſi quis. in pe. col. in uer. quæro,ſi iudex recipit.& Alex.in d.l.in lege.Item nō debet probari eſſe morituros, cùm ſola ſuſpicio ſufficiat. Bart.in d.l.in lege.in ult.colum.in prin.uer. ſecundo no.ſed prius debet iudex interloqui,eſſe infirmos,& ſimilia, & eſſe examinandos.Bart.poſt gl.in uerbo,teſtes.ibidem.Et ſi fiat eorum receptio,non facta debita inquiſitione per iudicem, non ualet.Bal.in d.auth.pe.col.uerſi.quæro,ſi iudex, etiam à cardinali:ut ibi per c.accedens.de accuſatio.Et ſi recipiuntur tanquam ualetudinarij,cùm non ſint,ſufficit,ſi iudex ſic pronunciauit,facta inquiſitione.Bald.ibidem.& Alex.in d. l.in lege Aquilia.

Teſtes ad perpetuam memoriam etiam tempore feriato recipi poſſunt.glo.in uerbo,ætates.& Pau.de Caſt. in l.ij.ff. de fer. ubi etiam Bald.in ij.col.& do. Alexan. qui legit illam legem cum §.fi.l.j.in ij.col.

Teſtis in articulo mortis conſtitutus,ut examinetur ad perpetuam memoriam,debet iudex ire ad ipſum.Bal.in tit.de pace Conſtan.§. uaſalli. in ij. col. uer. extrà quæro. qui tamen non loquitur in terminis iſtis, ſed quærit ſolùm,an exiſtens in articulo mortis,poſsit examinari tanquam teſtis. Angel. in l.ſi uacantia.de bo.ua.lib.x.& Bar.in l.admonendi.in xij. colum.in uerſic. quid ſi dictum teſtis. ff. de iureiuran. Item debet tunc examinari ſine interrogatorijs. & breuiter Bal. ubi ſuprà.Prædicta uera, niſi laboret in extremis, quo caſu tanquam immemor non poteſt examinari. Bald. etiam ibi per Alex.in l.hac conſultiſsima.§.at humana.in princ.C.de teſta. niſi iudici aliter uideatur,qui arbitretur eum non eſſe extra mentem.Bald.in l.hac conſultiſsima.penult.col.uerſi. item eſt arg.quòd ille.C.qui teſt.fa.poſ.quòd non.quo caſu, id eſt,in articulo mortis pōt ſolus notarius examinare.Antonius de Butrio in c.fin.vj.col.de iureiuran.& Bar.in l.admonendi.xj.col.ff.eod. titu. & Alex.in d.l.in lege.& in l.hac conſultiſsima.iiij.col.C.qui te.fa.poſ.

Teſtis inimicus etiam in extremis laborans, etiam ſuſcepto corpore Chriſti,nō poteſt examinari ad perpetuam memoriam,& examinatus non probat:& ſi falſum dicit, reprobatur.Bald.in d.§.uaſalli.in ult.col.in uer.extrà quærò.

Teſtes ad perpetuam memoriā ſunt examinandi per iudicem rei futurum in cauſa mouenda contra ipſum per actorem. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum.iiij.col.uer.unum tamen puto aduertendum. ff. pro ſoc. & in l. cùm hi. §.tranſactiones.de tranſactio.& Alex.ubi ſuprà,niſi neceſsitas aliud diſponat.Angel.& Paul. de Caſt. ibi.argu. in l.quoties.C.de naufra.lib.xij.

Teſtium examinatio ad perpetuam memoriam non nocet tertio poſſeſſori.Dyn.in conſi.vj. Quæſtio talis eſt,&c. doctor. & Petr.de Sun.in dicta authent.ſi quis.in fin. & Flor. in d. l. in lege.Ioan.And.in cap.ſignificauit.de teſti. in gl. & in cap. Albericus.Spe.eo.tit.§.nunc tractemus.uerſ.ſed de his teſtibus. Bartol. in l. ſi mater.§. fin.de excep.rei iudi.Vnde examinati pro donatario, quòd res fuerit ſibi donata,non probant contra emptorem , cui poſt donationem donator uendidit.Bartolus ibidem in l.ſæpe. in fine. col. in penultima quæſtione. & ibi per dominum Alexandrum in ult.char in princ.in uer. quæro,an illis caſibus. cum concordan. ibidem per eum ſignatis.ff.de re iudi.& Bar.in l.ſi ſuperatus.ff. de pigno.

Teſtes ad perpetuam memoriam pro actore parte abſente intra annum recipi poſſunt,ſed pro reo etiam poſt annum,ſecundum And.de Iſer.in conſtitu.regni. tit.de probatio.decur.§.pars.Ad quod adde no.per Bartolum in l.j. C.de uſu. pub.& in l.pater.in fi.de doli excep. Caue,quia credo quòd uoluerit allegare in d. l. ſi mater. §. fin. ff. de exceptione rei iudicatæ.

Teſtes ad perpetuam rei memoriam poſſunt ex parte actoris examinari ex quadam conſequentia,quando reus facit examinari ſuos.Bald.not.in d.auth.ſi quis.ult.col.uerſi.quæro, quando reo permittitur.

20 Teſtes ad perpetuam memoriam in criminalibus examinari non poſſunt.Doc.& Bernar.in d. c. quoniam frequenter. & ibi Innoc.in j.col.in gl.uer.ciuiliter.& Hoſtien.& Sicu.in iiij.col.in fi.uerſic.quæro,quare tex.dicit.in Spec.de teſte.§. nunc tractemus.uer.pe.qui incipit,quid ſi criminaliter. Sed Vincen.contrà,ſecundum Ioan.And.in d. c. quoniā. quem ſequitur Nico.de Matta.in dicta auth.ſi quis.ſecundū Bald. in ij. colum. in uer. iuxta hoc quæro. Pro quo etiam uide Angel.in d.authen.de teſti.§.fi. Sed prima opi. uerior eſt ex parte accuſatoris, ſecunda ex parte accuſati procedit, qui fortè uelit ſe defendere & probare quod fecit ad ſui tutelā. Bald. in d.auth.ij. col. in d.uer.iuxta hoc quæro.& ſic tenet † Flor.in dicta l.in lege.† Et Bald.in l.in lege.ad legem Aquiliam.]

Teſtes ad perpetuam memoriam cùm examinantur, quia ſunt morituri,uel receſſuri, ſunt ſignandi, ſi uerò ob aliam cauſam,ſunt publicandi:quo ſecundo caſu etiam ſani & manſuri recipi poſſunt, quorum dicta ſunt durabiliora. Io. Andr. in addi. Specul.ubi ſuprà, uidelicet in dicto §. nunc tractemus.in uerſi. in hoc autem eſt differentia.in additione,quæ incipit,& huic contrario.& Flor.ubi s.in iij.col.

Teſtium examinatio ad perpetuam memoriam fieri debet,parte præſente,uel citata perſonaliter,non ad domum. Docto. & Bal.in d.authen. ſi quis. in iij. colum. in uerſic. modò ſequitur uidere de monitione.Flor.ubi ſuprà, in iij.col. doct. in l.iiij.§.ait prætor.& ibi Bartol.in iij.col. in fine. in uerſic. Dyn.inducit legem iſtam.& ibi Ang.& Imol. contradicentem Bart.ff. de dam. infec. ubi latiſsimè per dominum Alexandrum in vj. colum. cum ſequent. uerſic. quærit etiam Bartol. cùm multis concor.ibi per eum ſignatis.Angel. ubi ſuprà.Bal.in Specul. de cita. uer.quicquid dicat.uide Lanfran.in c.quoniam contra.uer.teſtes. uerſic.circa præmiſſa. de proba. Ioan. de Por. in l.ij. §. fina. ſolu. matrimo. Quod uerum,niſi periculum ſit in mora. doctor. ibi. ſed citari non debet pars potens, de qua timeatur. Ioannes Andreas in d. capit.quoniam frequenter. Nec pars abſens.d. c. quoniam. de quo ſuprà,uerb.Citatio ad domum.uerſic. xiij. quo caſu ualet citatio in forma,uidelicet,Compareas,ſi uis: capit. ſignificauit.de teſti.ſecundum Bald.in dicta authen. penult. colum. in uerſic. extrà quæro.Hoc uerum , niſi fiat examinatio extra locum per alium iudicem ſuper caſu fortuito; qui ibi contigerit,ut mors equi conducti.l.ſi quis nauicularius.de naufrag.lib.xj.ſecundum Alex.in l. cùm hi.§.tranſactiones. ff. de tranſactio. & in l. iiij. §. prætor.de dam.infec. ubi plenè.Item parte abſente ante litis conteſtationem poſſunt examinari ad publicationem. glo. in l. laudabilem. in uerbo,abſentibus.C. de aduo. diuer. iudiciorum.

Teſtes recipiuntur lite non conteſtata propter timorem obliuionis,ne propter moram uarient fidem:ut eſt text.in l.tertia. §. duæ.ff. ad Carb. quod æſtimabit iudex ex negocij & perſonæ qualitate. not. Ioannes Andreas, Anton. & Abbas in cap.fina.ut lite non conteſta.in iiij.col.ubi dicit,quòd ſatis poteſt timeri de obliuione ; cùm & propria facta homines ex longinquitate tradunt obliuioni : iuxta nota in d.§. duæ.& in c.ab excommunicato.de reſcrip.

† Teſtes ſi recipiantur contra præſidem tyrannum ad perpetuam rei memoriam, uel propter timorem mortis abſentiæ diuturnę,cui timetur denunciationē fieri,uel uocari,ſubuenit iudex ſic timenti:ar.c. ſi iuſtus metus.de app.& recipiat

testes quàm citius & cautius poterit, & diligens sustinebit uices rei, & testium examinationé, reseruando sibi exceptiones in personas & dicta testium. Abb. in c. fi. in §. j. ut lite non contest.]

Testes recipi non possunt ad perpetuam memoriam, quando reus offert se paratum tunc uelle subire iudicium. Angel. in authentica, de testibus. §. hic uerò. & Barthol. Cęp. in caute. clij. Quod dicunt uerum, post Innoc. cap. significauit. in glo. sua prima, nisi iudicium pendeat ex alieno arbitrio, non actoris tantùm. Item uerum, nisi reus se sic offerens, opponat exceptiones impedientes litis ingressum. Ang. ibi in iiij. columm. quòd dicit ibi sing. probari contra Innoc.

Testes super natalibus filij possunt ad perpetuam memoriam examinari ad instantiam parentum: & sufficit generale proclama de habentibus interesse. Bal. in l. neque natales. pen. col. uer. tertia scriptura est. C. de proba.

Testes super dominio rei ad perpetuam memoriam ad instantiam possessoris, an possint examinari. Bal. in d. auth. si quis. in ij. col. magna, ad fi. uer. sed hîc dubitaē de tali quęstione.

Testium examinatio ad perpetuam memoriā fieri debet, nec est lis contestanda, licet contradictor accedat. §. Litis contestatio in quibus causis. uersic. penul.

Testes ad perpetuam memoriam super fama publica non sunt examinandi. Baldus in dicta authen. ult. colum. in princi. in uer. quęro nunquid ista auth. & Alexand. in l. in lege. ad legem Aquil.

Testis, etiam unicus, ad perpetuam rei memoriam potest examinari. Bald. in d. ult. col. uer. sed pone, quòd quis non habet. & Alex. ubi s̄.

Testis ante litis contestationem examinatus nō facit indiciū. Bart. in l. maritus. in ij. col. in uersi. quandoq; testis non debet examinari. ff. de quæstioni. Idem si parte nō citata. ibidé.

Testes etiam absfuturi, non sunt recipiendi super articulis impertinentibus. Rota in deci. cccxxvj. super articulis. in nouis, nisi super impertinentibus, quoad formam, non quo ad materiam. Rota in deci. cccxcvij. si suspensio.

Testes quando ante litis contestationem recipi possunt, non requiritur libellus in causa. suprà, uer. Libellus necessarius. uer. pen.

Testes post publicatum processum attestationum nō possunt regulariter produci super eisdem, uel directò contrarijs articulis. c. fraternitatis. & c. intimauit. & ibi doc. de testibus. & plenè in Spec. de teste. §. satis utiliter. per totum. in auth. qui semel. & ibi doc. C. de proba. & in practica Papia. in titu. de excep. contra testes. uer. sunt quoque publica, &c. ubi plenè in auth. de testibus. §. quia uerò. & per Alexand. consi. lviij. ij. parte. & in consi. ccxij. ea. parte, & in
† consi. lxv. iiij. parte. † Et per Feli. in d. c. fraternitatis. ubi plenè.] Fallit primò in casibus, in quibus sententia nunquam transit in rem iudicatam. gl. in uerb. iuri contraria. & ibi doc. in c. series. de testi. & uide Bart. in l. produci. ff. de testi. ut in causa matrimonij, secundū d. glo. per c. causam matrimonij. de probat. Ang. in d. §. quia uerò. iij. col. uersic. ulterius opp. Lanfran. in cap. quoniam contra. uer. testes. de proba. uersi.
† uiso. † Et per Felin. in d. c. series.] Sed Spec. contrà de testa. §. satis. uersic. in causa autem matrimoniali. Item potest post didicita testificata inualida. Ang. in d. §. quia uerò. in iij. col. uer. item oppo. ad idem colum. vij. Io. Andr. in cle. testibus. de testi. in dicto cap. fraternitatis. Bart. in dicta authen. qui semel. in iiij. colum. Lanfran. in c. quoniam contra. uerb. testes. uersic. ulterius quæro. Dic etiam secundum Cardin. in clemen. testibus. iiij. quæst. quòd testes recepti in prima instantia perempta, non possunt recipi in alia: quia subest timor subornationis. Idem, si prima instantia perijt ob libellum ineptum. Et tenet in fin. d. cle. ubi secus dicit, si perijt, quia lis non fuerit contestata: quia idem, & alij possunt in alia recipi, secundum Landu. quod no. Item potest, si testificata publicata sunt didicita, non aliter. &c. ubi s̄. & glo. in c. constitutis. l ult. de testi. & in Spec. ubi s̄. uer. quod autem dixi. & uer. quid si publicata. & Barto. in con. Quæsitum est per dictum capitulū. & But. in dicto c. fraternitatis. & doct. in d. cle. & Alex. in d. consi. lxv. iij. colum. Item potest super articulis etiam ante publicationem datis, quando non fuerunt testes producti, licet articuli fuerint dati. Alex. in d. con sil. iij. col. & Anto. post Ioan. And. in dicto cap. fraternitatis. ix. colum. uersic. fallit septimò. & Abb. ibi v. col. uersic. xviij. fallit. Item potest, quando iudex testes admisit seu debuit productioni testium post publicationem processus, secundum Alex. singu. in dicto consil. lxv. penul. col. arg. deci. Rotæ: Item si post conclusum in causa, &c. viij. quæstio. suprà, uerb. Conclusio in causa. uersicu. xix. & Cardin. in clem. testibus. Item potest in causis summarijs, in quibus sine figura iudicij proceditur. Alex. in d. consi. uersic. quarto principaliter. Cardinalis in dicta clem. testibus. post Bart. in extrauag. uerbo, figura. Item post ipsam publicationem inualidam factam die feriata, uel parte non citata, nisi pars didicerit testificata. Barto. in d. auth. qui semel. iiij. col. uer. quæro, quid si publicatio. Rota in decisio. clxvj. non obstate. in nouis. & in decisi. cccxciij. si ad instantiam. in nouis. Item post publicationem processus, etiam de consensu partiū factam, non tamen didicitis testificatis. Bart. in d. auth. qui semel. in ulti. quæst. ubi Bal. in j. col. in fi. & Salic. in ij. col. & Ioā. And. in d. ca. fraternitatis. & in cle. testibus. Item si producens sit oblitus testificatorum didicitorum. Ang. in d. §. quod auté. j. col. uersi. ex hac tamē sol. doc. Bal. & Pet. de Su. in d. auth. in ij. col. argu. l. ueluti. de eden. Item propter casualem perditionem attestationū publicatorum. Bar. Bal. in ij. còl. in uer. sextò fallit. & doc. & Pet. de Su. in d. auth. qui semel. Inno. in c. constitutus. in glo. in uersi. causam. ad finem, de testibus. not. in c. fin. de proba. Quod uerum, obtenta restitutione in integrum ex clausula generali. Bal. in Marg. uerbo, Attestationes. uersi. fin. Item post conclusum in causa, dum tamen non sint didicita testificata. Ange. in d. §. quia uerò. j. colum. in iij. not. Item ex parte rei super exceptione opposita contra actorem non directò contrariam intentioni actoris. Ioannes Andreas in dicta clemen. testibus. & Ang. quem uide omnino in dicto §. quia uerò. ij. colum. & do. Balio. de Perusio in cap. illud. de præscrip. & dixi s̄. uerb. Terminus ad probandum. uersic. xxxvij. Item post sententiam ad liquidationem eius, si quando de corpore dubitaretur. Bald. in l. uoluntatis. ad fi. C. de fideicom. Item post conclusum in causa super inhabilitate impetrantis recipi possunt, & super recognitione sigillorum, signorum, & notariorum pro informatione iudicis. Rota in decisione vj. per eadem. in nouis. aliàs incipit, si post. Item ad reprobandum testes publicatos, quòd sint corrupti, & falsi. l. diuus. de re iud. Inno. in c. licet. in j. col. in glo. sua, uerbo, post sententiam. de proba. & ibi per Abb plenius, qui reprehendit Legistas, tenentes indistinctè admitti probationem in contrarium, scilicet contra primos testes publicatos: & malè, quia non admittitur, nisi allegetur nouus articulus, id est, corruptio. & dicit probari in cle. ij. de test. & ibi gl. no. & Car. in v. opp. qui dicit se tenuisse in d. c. licet. posse indirectè, nō directè probari falsitatem cum corruptione: quod est fortius. Vide etiam Ab. in d. c. licet. xj. col. ubi dicit, quòd debet utrumque probari, scilicet falsitas, & corruptio: aliàs probatio falsitatis directę nō prodesset, quia uideretur in fraudem capitulata corruptio, quod nota. & uide etiam Bar. in auth. qui semel. antepe. col. C. de probatio. qui tenet idé quod Abb. Sicu. quod directè potest probari contrarium, allegata falsitate cum corruptione. Io. And. in d. cle. Ang. in d. §. quia uerò. ij. col. uer. ulterius oppo. ad idem. l. si quis testibus. secundo responso. C. de testi. & ibi per Bal. plenè in fi. primæ col. in uers. secundò opp. dicitur hic. & Bald. in auth. si dicatur. ad finem. uersi. ultimò no. eod. tit. ubi dicit personas testium posse reprobari post publicatas attestationes. Vide per Bal. in additio. Specu. de execu. senten. uersic. sed quomodo possunt. & per Inno. in c. ex parte. in glo. sua, in uerbo, probaturum. de testibus. Bald. uerò in Marg. uerbo, Testis. j. colum. refert Abb. anti. in cap. series. tenuisse testes esse reprobandos ante publicationem. Sed dic ut suprà, uel quòd sint infames, uel aliter non idonei. per cap. cùm causam. de testibus. Accusari tamen possunt de falso post didicita testificata. Bal. in l. si quis testibus. in ultima colum. uersic. quæro, posito. Item ad reprobandū per indirectum dicta publicata tanquam falsa, ut quod tali die fuerit alibi, per capitu. cùm clamor. de testibus. in clemen. ij. eod. titu. Bart. plenius in dicta auth. qui semel. in d. uer. secundò opp. de proba. Angel. ubi s̄. in d. uersic. ulterius opp.

† Titulus potest multiplicari ad cautelam in eodẽ beneficio. Clausulam cum limitationibus ponit Feli. in cap.in nostra. col.iij.de rescript.]

Titulus singularis non præsumitur, nisi probetur per allegantem,etiam filiũ.Bald.in l.siue possidetis.in iij.no.C.de probationibus.

Titulus in legato ante aditam hęreditatem in effectu neutrius est,id est,nec hæredis, nec legatarij, sed post aditam est legatarij. Bald.in l.j.pen.col.in uer.modò quæro, nunquid in relegata.C.de usuris,& fruc.lega.

40 Titulus pro suo,generalis sufficit in præscriptione accessoriorũ,ut fructus.Bald.in l.j.ij.col.in prin.in uer.& no.quòd est priuilegium.C.de usur.& fruct.leg.

Titulus non requiritur in bonæ fidei possessore, præscribente fructus extantes.Bald.in d.l.j.in ij.col. in princ. in d. uer. & nota, quòd est.

Titulus debet probari per scripturam, non per testes. Bald.in l.fi.xv.opp.uer. potest autem probari.& in viij.q. & ibi Bar. in fi.C.de edi.diui Adri.tol.ubi uide.

Tituli prioritas facit præsumptionem in possessorio. Bal.in l.j. in uer.& sic no.C.de edi.diui Adri.tol.

Titulus lucratiuus dicitur in beneficio ecclesiastico, uel præbenda, etiam data pecunia acquisitis.Bar.in l.j.§.fi.ff.si quis omissa causa te.aliàs est in l.ij.quæ incipit,licet.in j.opp.

Titulus iustus in prælatura causatur ex sola canonica institutione.Inno.in cap.si quando.in gl.in uerb.canonica.de offi. deleg.Addo Ang.in l.non nudo.C.de eman.lib.

Titulus iustus in præscriptionibus dicitur, qui habetur à non uero domino,si tamen præscribens crediderit tradentẽ esse dominum.gl.no.in c.si diligenti.in glo.magna,in uerb.titulus.de pręscrip. Sed Ang.in l.cùm longi.C. de præscrip.lon. tempo.dicit esse iustum, qui procedit à bonæ fidei authore. Itẽ dicitur iustus,id est uerus,& qui tendat ad dominij translationẽ,& cesset sciẽtia rei alienę. de usuca.l.iusto.& l.apud. de fur. Item omnis, quem prætor tuetur,etiam cum alienæ rei scientia. de noxa.l.& generaliter. Bal.in consi. Considerandum est,&c.Item qui causatur à bona fide. Card. in cle.j. §.j.ult.q.de rebus ecclesi.non alie.

Titulus beneficij probãdus est probabiliter in causa spolij . de restit.spo.ca.in literis.& c.ex transmissa.ut lite pen.c.j.in vj. & Car.in cle.ij.x.q.de iudi.

Titulus beneficij potest sequestrari.s̄. Sequestrum.uer.lxv.

† Titulus an allegari possit, & ad ipsius probationem diuturnitas temporis induci,uide Fel.in c.de quarta.de præscript. circa fi.pen.col.in uer.considera duo.& in ca.causam.col.ij. post medium uer.puto sustentabilem.eod.tit.]

Titulus an & quando præsumatur ex diuturnitate temporis. Bar.in q.quædam mulier habens amplum,&c. ad fin.& per gl.xvj.q.iij.electio.xij.dist.illa.

50 Titulus ex scientia, & longa patientia, nõ pręsumitur.l.nulla.C.de rei uend.& Alex.consi.lxxxiiij.iiij.parte.

Titulus in præscriptione nõ est de necessitate allegandus specificè,quia sufficit allegare præscriptionem. Innoc.in c.fraternitatis.de testi.& Abb.Sicul.in c.fi.ix.col.uer. sed quęro. de pręscrip.ubi tenet idem in bona fide.

Titulus à iure pręsumptus sufficit in cessione. Dy. in l. frater. de

papa toleraret de facto non resistendo, non inducitur dispẽsatio. Et sic intellige text. in d. cap. cùm iamdudum, ita Panor. in cap. nisi esset. in ulti. col. de præbend. & dicitur Græcè καρτερία.]

Tomentum quod dicatur, & si sit lana. in l. si cui. §. lanæ. el ij. & ibi gl. uerb. Tomẽtum. ff. de leg. iij. † Et dicitur Græcè γνάφαλον.]

Tonsura an prosit post impetrationẽ beneficij ecclesiastici. Bald. in addi. Spe. de act. seu peti. uer. fi. ubi se remittit ad Spe. in §. sequitur.

Tonsura quare, & qualis esse debeat. gl. sing. in cle. ij. uer. idem. de uita & hone. cler. & sup. Clericus. el j. uersi. ij. & uerb. Corona. uersi. v. & ult. † Et per Feli. in c. cõtingit. de senten. excom. remisiuè.]

Tonsuram nisi clericus habeat, impunè percutitur. suprà, Clericus. el j. uer. xv. & uide in uersi. xvj.

Tonsura, & primi ordines à proprio prælato sunt requirendi, sicuti sacri ordines. c. cùm inter. de re iud. & c. abbate. in fin. de priuileg. in vj.

Tonsura dicitur ordo. Card. in cle. ij. §. j. de sepul. & sup. uerbo, Ordinare. uersi. xv.

Torcular uenit appellatione ædium. Bartho. Cæpol. de serui. tit. de igne.

Tortura & suspicio, uel metus torturæ, æquiparãtur. Bal. in l. interpositas. circa fin. in uersi. item adde. C. de transac. & sic pariter probentur: ut ibi. & Alex. in l. j. §. diuus. ff. de quæstio.

* Nihilq; interest, utrum reus in tormentis, aut tormentorum metu crimen cõfiteatur. Bal. in l. nouissimè. in prin. ff. quod fals. tut. aut. Ang. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. here. Innoc. S. P. c. relatum. quod met. cau. in c. causam matrimonij. de offic. deleg. Ang. Aret. in tracta. Malefic. uer. fama publica. Hippo. Marsi. in pract. §. expedita. nu. 2. Aemilius Maria Manolessus.

* Tormentis subijci reus non debet, cùm eius probationes firmiores, aut pares, aut etiam aliquantulum infirmiores sunt fisci aut accusatoris probationibus. Alex. con. xxx. pater ueritatis. dub. ij. uol. vij. Ay. Crau. consi. vj. nu. 39. uol. j. Aemilius Maria Manolessus.

† Torqueri non debet minor quatuordecim annis, licet ueritas ab eo ferula, uel corrigia haberi non possit, & elici. ut in l. j. §. impuberes. ff. ad Syllanianum. & in l. ex libero. §. j. ff. de quæstio. Item senes decrepitæ ætatis non debent torqueri: ut in l. iij. ff. ad Syllania. Item mulier prægnans: ut in l. prægnantis. ff. de pœnis. Abbas in d. cap. cùm in contemplatione. in fi. Et de materia uide Ioan. de Ana. in cap. si constiterit. de accusa. & in ca. cùm causa. de rapto. & in c. si constiterit. de accus. & in c. j. de sortileg. & in c. j. de delict. puero. & in c. j. de cleri. percus.]

† Tortura nõ debet esse ita seuera in clericis, sicut & in laicis: unde nõ debent supponi equuleis, uel funiculis, sed uirgis, seu corrigiatis. pro hoc bonus text. xxxiij. q. v. c. j. in fi. Abb. in d. c. cùm in contemplatione. de reg. iur.]

Tortura potest inferri pro reperiẽdis rebus fisci perditis. Bal. in l. j. in iij. col. uersic. item quod in causa fisci. C. de hære. uel actio. uen.

Tortura in iudicio, & loco publico debet fieri. Bartol. in l. si ea quæstio. in fi. C. de his, qui. ut indig.

Torqueri potest testis uacillans, scilicet quando unum dicit in iudicio, & aliud extra iudiciũ, etiam sine indicio. Alex. consi. lxiij. j. parte. & Ant. de But. in c. cùm in tua. de testibus.

Tortura probatur per indicia, uel coniecturas. Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cler. in j. col. uer. adde tamen unũ. & per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. in iiij. col. ff. de ope. no. nun. Alex. in l. pen. ff. de fer. dicit, quòd de principali reo criminis non, sed de teste sic. Pau. de Lea. in c. grauis. ad fin. de deposito.

† Tortura probatur à communiter accidentibus: ut no. Hipp. de Mar. sin. j.]

Tortura etiam die feriata in honorem Dei permittitur pro crimine enormi. l. iij. & ibi Bald. in uer. deinde not. C. de episc. aud. & domi. Iason Mayn. in l. j. in j. colum. in fin. C. de preci. Impe. offe.

Torqueri clericus non potest, nisi sit diffamatus de crimine, licet alia sint indicia. sup. uerb. Indicium. Pro quorum declaratione uide Fel. in c. uniuersitati. de sen. excom.]

Tortura post publicatas attestationes permittitur, si iudici uideatur. Barto. in l. unius. in §. reus. ff. de quęstio. Sed an ante, Bald. in l. milites. C. de quæstio. Vide Alex. post Barto. in l. si quis adulterium. de adulterijs.

Tortura in principio non est habenda. Bart. in l. j. in princ. in j. no. ff. de quæstio.

10 Torqueri non debet testis, qui non cogitur testificari. Bart. in l. j. §. si seruus. ff. de quæstio. Adde suprà, Testium coactio. uersic. vij.

Torquens scienter decurionem, præsumitur fecisse in contumeliam. Sali. in l. decuriones. C. de quæst. Et punitur pœna capitis, nisi pro crimine læsæ maiestatis ibidem. Quod uerum etiam in eo, qui fuit decurio. l. nihil. & ibi Bald. C. de quæstio.

Tortura permissa est in delictis atrocioribus. l. edictum. & ibi Bar. ff. de quæstio. & pro qualibet iniuria personali. quæ dicitur grauis. Bar. in l. non solùm. §. si mandato. in ij. col. ff. de iniur. nihil tamen dicit, de tortura. Bald. in l. j. C. de quæstio. dicit, quòd in omnibus criminalibus mundi habet locum, nisi in exceptuatis.

Tortura in leuibus delictis est prohibita, sicut damnum datũ, ire de nocte cum armis, & similia. Bart. in d. §. si mandato. in ij. col. uersi. tu uerò dic clarius. & in l. leuia. de accusa. Caue, quia Bartol. in istis locis solùm dicit ista fore delicta leuia: de tortura autem uerbum nullum. & do. Anto. de Canna. in tracta. de quęsti. tertio membro princ. in princ. Item,

Tortura in causis ciuilibus non permittitur. l. etiam liberi. & l. diuus. in princ. & ibi Bartol. ff. de quæstio. Angel. Aretin. in Maleficijs, uer. fama. Quod uerum de libero: secus, de seruo in subsidium. ibidem. Item uerum, nisi aliter ueritas haberi non possit. l. fin. & ibi Alexand. in princ. ff. de quæstio. Item nisi pro delicto quis conueniatur ciuiliter. Bald. & Phil. in ca. dilectis. de appell. Item nisi causa ciuilis habeat crimen annexum. cap. j. & ibi docto. de deposi. Item in causa falsi ciuiliter mota. l. sicut. & ibi Bald. C. de fal. Ita Alexan. in d. l. diuus. † Et Paris de Put. in tract. Syndic. in uer. an in causa pecuniaria in materia Torturæ.]

Tortura in subsidium permittitur, quando alia dubitatio deficit. d. l. edictum. & ibi Bar. & Bald. in l. j. ad fi. in uersi. ultimò, hæc lex. in l. fi. C. de iura. calumniæ. & Ang. Aret. ubi sup. in materia torturæ, quæst. ij.

† Tortura est grauior utriusque manus, uel pedis abscisione. Tex. in auth. ut nulli iudic. §. quia uerò. col. ix.]

Torquẽdus potest appellare. l. ij. ff. de appell. recip. & s. Appellatio à tortura. uer. j. Bal. in Spe. de appel. uersi. tortus. l. ij. de episc. audi. per Bal. in j. col. in fi. in uer. modò quæro, pone.

Tortura ante litis contestationem non est permissa. Bar. in l. si quis. in princ. ff. de adulte.

Tortura ex uno indicio indubitato potest inferri. sup. uerbo, Indicium. uersi. vj.

Tortura allegata præsumitur, nisi contrariũ probetur, unde si confessus crimen dicat se fuisse tortũ, licet non probet, non potest condemnari, nisi ratificauerit apud acta, cùm in officialibus præsumitur illatio metus. Bald. sing. in consil. tres sunt casus, &c. & sequitur Pet. de Anch. in quodam consilio suo, in quo recitat de uerbo ad uerbum dictum consilium Bald. quod bene not. & Bald. in l. nouissimè. ff. quod fal. tut. au. & per Cyn. in l. ij. quod me. cau. & Alexan. in l. j. §. diuus. de quæstio. † Vide Hippo. in l. j. §. diuus Seuerus. col. j. ff. de quæstio.]

20 Tortura fieri potest ex cõiecturis, & ex dicto fœminæ, & socij criminis. sup. uerb. Indicium. uersi. xxv.

Tortura datur ex indicijs etiam in minoribus, quàm sit probatio semiplena. Pau. de Castr. in l. ij. §. j. & ibi. d. Alex. in ij. col. ad fi. allegat d. glo. quam dicit singularem, & mẽti tenendã. si ex noxa. causa aga. per gl. in l. cùm probatio. ff. de proba. in uer. deficit. Addo Bart. in l. fi. in ij. col. in uersic. ueniamus ad indicia. ff. de quæstio.

Tortura ex fama sola quando permittatur. s. Fama. uers. xxxix.

Torqueri potest officialis pro barataria ex solo iuramento. suprà uerbo, Officialis conuenitur. uersi. vij.

Torqueri quis potest ex solo iuramẽto damnum passi in casibus,

bus,in quibus standum est eius iuramento ex forma statuti. Bar. in l. de periurio. in fi. ff. de in litem iuran. & ibid. Alex. in fin. Ang. Aret. in Maleficijs. uer. quod fama. Et ad ueritatẽ huius dicti addo Bart. in l. maritus. in j. col. in fi. in uer. ulterius quæritur. ff. de quæstio.

Torqueri potest quis ex trepidatione, & balbucinatione. Bart. in l. de minore. §. tormenta. in princ. ff. de quæstio. in Spec. de teste. §. nunc tractandum. uer. cõsiderare. etiam sine alijs nouis indicijs. infrà eod. uersi. lxxxiij. & in uersi. lxx.

* Torquendus sit aliquis, uel non, est in iudicis arbitrio tanquã uiri boni, non mali. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Ang. in l. fi. C. de quæstio. Hippo. Mar. in pract. §. expedita. nu. 85. Careri. in pract. Crimi. in princ. num. 186. Ioan. Ceph. consil. clxiij. num. 11. uolum. ij. Aemilius Maria Manolessus.

Tortura ex quibus indicijs permittatur, uide etiã Bal. in l. cõgruit. de offi. præsi. Caue, quia ibi de tortura uerbũ nullum. & in l. j. de sum. tri. in vj. col. magna. in v. op. ibi: sed plenior. Sed addo latius s. uerb. Indicium. uersic. lxvj.

† Tortura quomodo probetur, uide latè & notabiliter Hipp. in l. j. §. diuus Seuerus. col. j. uersic. uiso de hac quæstione. ff. de quæstionibus.]

Torturæ testium non est citandus aduocatus. suprà, Aduocatus. uersic. v.

Tortura si fuit leuis. per Bal. in l. ij. C. quorum appel. non reci.

Tortura fieri, uel sumi debet palàm, & coram personis honestis, non in secreto: aliàs dicitur metu illata. Bald. in l. legis uirtus. ff. de legi. & Alex. in l. j. §. diuus. ff. de quæstio.

30 Torturæ materiam uide per Io. And. in c. cùm in cõtemplatione. in vj. de reg. iur. in Mercur. in c. j. in gl. de deposi.

Tortura sine indicijs facit pręsumi uiolentiam in iudice. infrà, uerb. Violentia. uersic. xvij.

Tortura illicita non uitiat processum postea factum. gloss. & Bald. in l. j. in fin. C. de quæstio. Alexan. in l. quæstionis. ff. de quæstion.

Tortura ad inquirendum, ut reperiatur quis occiderit hominem repertum mortuum. Bal. in ca. j. in ij. col. in uersi. si quis occisus est. qui. mod. feu. amit.

Torqueri non debet is, pro quo est præsumptio innocentiæ, ut quia fuit absens tempore criminis. Angel. in l. j. §. fin. ff. ad Syllanianum.

Torqueri potest etiam conuictus de crimine quod prodest, ut confessus, & conuictus non appellet. Bal. in l. j. in fi. in uersi. ultimo hæc lex. in fin. C. de iura. ca. & Alex. in l. unius §. j. de quæstio. Ergo sentit, quòd conuictus tantùm, licet non confiteatur delictum, potest condemnari. De quo uidi multos practicantes dubitare: quibus ego respondi posse per dictã doctrinam Bal. & probatur in l. qui sentẽtiam. C. de pœnis. sed in l. & si certus. ad Syllan. secundum Alex. ubi sup. reprobat dictam cautelam.

Tortus ex grauibus indicijs, & cõfessus, non appellat sicut cõuictus & confessus: secus, si ex leuibus indicijs. secundum Bald. no. in l. fi. in ij. col. in uer. & adde circa materiam. C. de proba. quòd no.

Torturæ contumax ad eam citatus habetur pro confesso. Bar. in l. quæstio. la ij. in uer. circa istam lecturam. ff. de quæstio.

Torqueri non potest excusatus ab offenso in articulo mortis. sup. Excusatio. uersic. xj. & uer. Inculpatio. uersic. j. & ij. Sed an inculpatus. ibidem. uersi. iij. quòd non.

Torturæ species dicitur etiam denegatio uictus. l. item apud Labeonem. §. quæstionem. & ibi glos. & Ray. de For. de iniur. facit l. necare. ff. de li. agno. Vnde iudex malè facit, cùm alimenta denegat carcerato, qui non possit torqueri. Barto. in l. j. §. diuus. el ij. in uersi. idem si esset in carcere. ff. de quæstio. facit l. ij. §. si quis autem. de ui, & ui arma. Ang. in l. nemo carcerem. in princ. C. de exac. trib. li. x. & Angel. Areti. ubi suprà ij. colum.

40 Torqueri cum ferula debent pueri. glos. in uerbo, Seruos. & Bartol. in l. j. oppo. & Bald. in l. fin. in uersic. ulterius not. C. de his, qui ut indig. & doc. & Ang. in l. j. §. fi. ff. eod. titu. & est text. in d. l. j. §. impuberes. Quod uerũ est, ut ueritas sciatur, non ut condemnetur. Barto. in l. ex libero. §. de minore. de quæstio. & Bald in l. fin. ubi etiam dicit secus in infante. infrà uersi. lij.

Torqueri debet primò in dubio is, à quo iudex magis sperat ueritatem elicere. Item is, qui est magis suspectus. Item cæteris paribus, qui est debilioris naturæ. Bart. in l. j. in princ. in uersic. ulterius dicitur hîc. ff. de quæstio. Item filius in conspectu patris. arg. l. isti quidẽ. quod me. cau. Etiã pro patre. suprà, Filius banniti. uersi. pen. Item fœmina, postea masculus, tanquam debilior, & timidior eo. l. filio. C. de inoffic. testa. & l. deferre. & in prin. de iure fisci. Ita Dy. in tract. de quęstio. uer. quo ordine. Sed arg. contrà, quia uulnera grauiora sustinet fœmina, quàm masculus: gl. in l. nihil. in uer. grauia. ff. de adult. Pet. de Anch. consi. cclxxxv. Sed prudentis iudicis arbitrio hoc relinquo. Itẽ prius dominus rei furatæ. Bar. in l. j. ff. de offic. præfe. uigi. Caue, quia hoc non dicit, sed dicit, quòd quando furtum fieret de nocte, quòd custodes possunt torqueri, ut indicẽt fures. Item uicinus proximior, seu suspectior, torqueri debet prior, non alij, licet omnes terreri possint. Bal. in l. j. paulo post princ. C. loca. & Bartol. in d. l. dominus. §. horreorum. ad fi. in uersi. ultimò no. ff. eod. tit. & in l. si. ita. ad fin. de fun. instru. ubi tamen nihil dicit de tortura, sed solùm dicit, quòd furtũ præsumitur fieri à uicinis. & suprà, Indicia. uersic. xliiij. Addo Bart. in l. fin. in ij. colum. uersic. ueniamus ad indicia. ff. de quæstio. Addo etiam istud procedere attenta qualitate personarũ, si uicini essent personæ bonæ famæ, non poterunt torqueri. Ita Bald. in rubr. C. deposi. Itẽ prius iuuenis, quàm senex, cùm præsumatur minus constans. Oldr. in tract. de quęstio. iij. q. facit l. j. in prin. & l. ex libero. §. j. de quæstio. Item is, qui nouit prius ueritatem. Bar. in l. quoties. uersic. uenio ad secundam partem. C. de naufrag. li. xj.

Torqueri non possunt domestici pro domestico. Bart. in l. j. in princ. de quæstio. & s. Domesticus. uersi. xvij.

Torqueri potest sine indicijs nouis is, qui confessus est crimẽ spõte, si postea neget: quia cogitur per torturã perseuerare. Bal. in l. in bonę fidei. uersi. itẽ quæritur. C. de rebus credi. & Alex. in l. unius. §. reus. ff. de quæstio.

Tortura testiũ non fit seruata forma l. custodias. de public. iud. Alex. in l. unius. §. iudex. de quæstio.

Tortus non confessus debet absolui, licet contra eum sint uaria indicia. Salic. sing. in l. ea quidem. in repeti. C. de accus. & in l. si quis adulterij. C. de adult. & in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & Alex. in l. unius. §. reus. ff. de quæstio.

Tortus semel non debet iterum torqueri sine nouis indicijs. Bartol. in l. unius in §. reus. in princ. ff. de quæstio. Salice. in l. ij. in fin. C. de custo. reo. Dy. in tract. de quæstio. uer. quid si aliquis fuit semel tortus. Angel. Areti. ubi suprà, iij. quæst. & Bal. in l. milites. C. de quæstio. & omnino per Alex. in consi. clxxix. ij. parte. & in l. j. §. diuus. ad fin. ff. de quęstio. Sed hæc intellige, si sit tortus tantùm, quod iudici uideantur purgata indicia: aliàs enim etiam bis potest torqueri. Et hoc sentit Bald. in c. iniuria. viij. col. uer. quæro, utrum semel tortus. de pace iur. fir. dum dicit, quòd tortus semel, uel bis, nõ debet iterum torqueri sine nouis indicijs: imò si ultra bis torqueat, puniatur pœna capitis: ut dicit Bal. in l. decuriones. C. de quæstio. & in l. j. circa medium. C. de priua. carcer. & Ang. Aret. ubi suprà. quinimò cautius est, ꝙ torqueatur bis, quàm semel acrius, cùm tortus leuiter nõ possit mori in tortura tã facilè, sicut acriter, ut sæpius occurrit de facto: quinetiam iterata tortura plus terret, & plus dolet: sicq; facilius, & securius elicitur ueritas, ut docet experientia. Et hac practica sapienter utitur dominus Matthæus Ponta. Lud. Pon. consors iudex maleficiorum expertus, rectus, & doctus. Et dicit uerũ, nisi ut manifestet socios criminis, & mandatorẽ. infrà eod. uersi. lxix.

Torquere iudex non tenetur, nisi petat is, cuius interest, nec in syndicatu tanquam negligens tenetur, si non torsit. Bald. in l. iudices. iij. col. uersi. quæro, utrum iudex. de pa. iura. fir. per glos. in l. cùm seruum. C. de ser. fugi. Puto, quòd uoluerit allegare in l. quicunq;. in uer. interrogatione. eodem tit. Quod dictum mihi non placet, cùm iudex inquirit de officio, & inquirere tenetur ex forma statuti: tunc enim tanquã negligens teneretur. De quo sup. uer. Iudex negligens. uer. iij. Sed Bal. dictũ teneo, cùm per uiam accusationis procedi tur, quo casu etiã tortura pmittitur, ut ĩ. dicetur, uersi. lxxiij. Sed tunc non debet torqueri iudex, nisi petens iuret se non

habere

habere alias probationes. Bald. in l. j. C. de iura. calum. per l. edictum. ff. de quæstio. & Alex. in l. j. eo. tit. & s̄.

Tortura locum habet, etiam quando per accusationem de crimine proceditur. in Spec. de accusatione. §. j. uer accusati. & per totum. & no. in l. j. C. de quæstio. sed tunc non, nisi petente eo, cuius interest, debet torqueri reus. Bald. in c. j. §. iudices. de pace iura. fir. & Alex. in l. fi. ff. de quæstio.

Torqueri quis non potest sine indicijs præcedentibus. iij. q. vj. non solent. sup. Indicia. uersic. xiiij. liiij. & lxvj. nisi in tribus casibus, no. per gl. xij. q. j. quæstionum. Quæ autē indicia sufficiant ad torturam, uide in dicto uer. Indicium. uersic. vj. & xiiij. † Adde do. Feli. in c. at si clerici. in j. col. in uer. septimò limita. de iudi. quòd confessio rei facta in tormentis, nullis præcedentibus indicijs, uel non legitimis, nunquam nocet, etiamsi millies ratificaretur.]

50 Torqueri quis sine indicijs non potest, etiam à iudice habēte arbitrium. Pau. de Leaza. in c. grauis. de deposito. ult. col. Alex. in l. filius. de dona.

Tortura sine indicijs habita non iustificatur ex indicijs superuenientibus. gl. in uerb. absente. & Bar. in l. maritus. in j. col. ad fi. uer. item soluit gl. ff. de quæstio. Ideo cautela est, quòd iudex faciat apparere in actis indicia, antequam torqueat: ut tradit domi. Ang. Aret. ubi suprà, uersi. quintò iudex torsit. Sed an confessio in tortura, nō præcedentibus indicijs, conualescat eis superuenientibus. Bal. sing. in l. fin. C. de accus. quòd non. & Petr. de Sun. in l. j. in fin. C. de confes. Et an per ratificationem confessionis. Alex. consi. clxxix. ij. parte. † Adde do. Pet. Phil. Cor. in consi. cxxxiiij. incip. In causa. in litera D. in quarta parte. & in consi. xx. in litera C. ad fi. uer. in iij. parte.]

† Caute. Ad torturam potest poni reus præcedentibus indicijs contra eam: quod tamen fallit in clerico. nam contra clericum procedi non potest ad torturam, existentibus contra eum quibuscunq; indicijs, nisi ipse clericus aliàs sit infamis. De quo uide suprà, quæ posui in uerb. Clericus delinquit. Et adde Cæpol. caute. ccxxxvj. incipiē. si quis timet. ubi ponit cautelam, quòd timens poni ad torturā, prius appellet, antequā ponatur ad torturam. Et uide aliam notabilem cautelam ad euadendum à tortura confessum extraiudicialiter se commisisse tale delictum, per Tho. Ferra. cau. xxvj. incip. Nā si quis extraiudicialiter. Et adde Pet. de Gerar. sin. lxvij. incip. Scire debes.]

Torqueri possunt omnes, nisi iure except. l. unius. §. j. & l. ex libero. de quæstio. Excepti autem sunt minores quatuordecim annis, qui ferula tantùm corripiuntur: ut s̄. eo. uersi. xl. Item decuriones, & alij dignitate fruentes, milites, & doctores. & similes. l. milites. & l. diuo Marco. C. de quæsti. & Bal. in l. decuriones. C. eo. ti. ubi dicit, quòd iudex torquens eos debet decapitari. quod tamen non procedit in militibus nostri temporis. Cyn. in l. j. C. ad legem Iuli. maiest. & in l. milites. & ibi Angel. uersic. quæ personæ. ad fin. C. de quæstio. Areti. ubi suprà vj. quæst. Adde, quòd contrarium uoluit Salice. quòd imò milites nostri temporis non possint torqueri. in l. j. & ibi uide do. Ias. in viij. col. in uersic. unum tamen not. C. de iuris & fac. igno. & Bartol. in l. milites. C. de quæstio. & do. Alexand. in l. centurio. in ix. colum. ff. de uulga. & pupil. Nec ualet consuetudo, quòd torqueantur priuilegiati. l. omnes iudices. & ibi Bartol. C. de decur. li. x. & suprà, Consuetudo quando ualet. uersic. 100. Addo do. Ias. May. in † l. de quibus. in xl. col. ff. de legi. † Et do. Pari. de Put. in tracta. Syndi. in uer. officialis possit. in ult. col.] Item senex decrepitus. l. iij. §. ignoscitur. ad Syllania. secundum Ang. Are. ubi suprà, Item fœmina prægnans. suprà, Mulier prægnans. uersic. v. Addo, quòd nec intra quadraginta dies, postquam peperit, torqueri possit: ut ibidem in uersic. ix. Item aduocati. Bar. in l. j. C. de aduo. diuer. iudiciorum. Et prædicta uera, nisi pro crimine læsæ maiestatis. l. minores. in princ. & l. ex libero. §. j. de quæstio. l. proditores. de re mili. Item pro hæresi. Angel. Areti. ubi suprà. Addo l. fallaciter. C. de aboli. & uide not. in l. j. C. de quæstio.

Tortura an dicitur terror ex uultu terribili iudicis. Bar. in tractatu de quæstio. & Alex. in l. j. §. diuus. de quæstio. & suprà uerb. Metus. & Bal. in l. ij. C. quorum appel. non recip.

Tortus, & confessus potest interrogari de socijs criminis, si iudici rationabile uideatur. Flo. in l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ad legem Aquil. de quo per Cyn. & doc. in l. fin. C. de accus. in l. repeti. §. is, qui. & ibi per Barto. ff. de quæstio. & ibi per Alex. & Ang. in l. si filium. in gl. C. de liber. causa. Salic. in l. fi. C. de accus. Sed Alex. ubi suprà, distinguit, quòd seruus tortus potest interrogari de socijs. l. quicquam. C. de ser. fugi. & l. j. ff. de quæstio. Item liber pro criminibus, quæ sine socijs non cōmittuntur, ut crimen læsæ maiestatis, & falsæ monetæ. Item pro salute communi. Item pro assassino.

Tortura si fiat per officialem de mandato Potestatis iniustè, ui de Flor. in l. liber homo. ad legem Aquil.

Tortura fieri debet cum moderamine. l. de mino. §. tormenta. de quæstio. Quod intellige arbitrio iudicis, qui debet considerare qualitatem hominis, an sit debilis, uel non: & criminis qualitatem, an sit leue, uel graue. l. iij. §. fi. in prin. & l. j. §. impubes. ad Syllan. Dy. in trac. de quæstio. uer. qualiter debeat inquisitio. & Ang. Aret. ubi sup. vij. q. Addo Bar. ad hoc in l. quæstionis. la j. ff. de quæstio. & Bal. in l. j. v. q. C. de confes. ubi ponit, quę sit moderata tortura.

Tortus si moriatur in tortura, iudex nō tenetur de sicarijs. Bar. in l. quæstionis. la j. ff. de quęsti. Cyn. in l. Gracchus. uer. ultimò inducitur hæc lex. & ibi Sali. C. de adulte. Quod uerū secūdū eos, si præcedant indicia. & in actis constet: quia tunc facit lege. permittēte: ergo tenetur l. sed an. in princ. de neg. gest. Bal. in l. milites. C. de quæstio, quòd iudex iterum torquens sine indicijs tenetur ut homicida morte torti. Et intellige uerum, si iudex non sit egressus terminos torturæ. Cy. in d. l. Gracchus. in d. uersi. ultimò inducitur. addo Bart. in l. quæstionis. la j. ff. de quæstio. & in tractatu suo de quæstio. Præsumitur autem, quòd moderatè fecerit. l. Mæuius. §. Caia. de euic. Ang. in d. l. Gracchus. in noua lec. Bartol. in l. in lege Cornelia. de sica. tenet iudicem teneri de sicarijs, si sine indicijs torqueat, & modum excedat. & Angel. Are. ubi ubi sup. viij. q. Vide omnino Flor. in l. qui occidit. in prin. ad legem Aquil. & Gaspar Cal. in cap. j. de deposi. Vide de materia Bar. in l. lex Cornelia. de sica. Ang. in l. iij. ff. de adult. & per Bal. in l. j. C. de emen. ser. Et scias, quòd iudex tenetur ad pœnam extraordinariam citra mortem, uel ad pœnam corporalem, si tortus moritur in tortura, nisi cōstet de dolo expresso iudicis, secundum do. Ziliolum in consi. Pone, quòd iudex excesit. & do. Ang. Ferrari. in addi. ad Angel. Are. ubi suprà, ibi: Tu de hac materia adde dicta, &c. Et dicit idem in medico, cuius culpa perit infirmus. Et probatur dicta theorica ex notatis per Bartol. in l. fi. ff. de adult. in q. de bannito occiso. Sed tu uide Gandi. in Maleficijs, in rub. de quæstionibus & tormen. in quæst. quæ confessio dicatur facta metu tormentorum. & Angel. in l. lege. de uia pub. Et Cataldi. de Visso in tractatu Syndic. quæstio. clxiiij. ccv. & sequ. Et adde Bald. in rubric. C. de pœna iud. qui ma. iudi. in j. colum. uersic. quæro qualiter. in ca. iudices. de pa. iur. fir. quod bene notent practicantes. Caue, quia Bald. ibi solùm dicit, quòd iudex non potest torquere aliquem, nisi ad instātiam eius, cuius interest: sed si moritur, & tortura fuerit iniusta, tenetur iudex simili pœna. Alexand. in l. j. in princ. ff. quod quis. iuris. Item actione iniuriarum. suprà, Iudex punitur. punitur. uersic. xviij. Et uide Bald. in l. j. ij. colum. C. de pœna iud. qui malè iudic. & in l. quæstionis. ff. de quæstio. & in l. decuriones. C. eodem tit. & Salic. in l. fin. de pœna iud. qui † malè iud. † per Felin. in c. ad corrigendos. in medio. iij. col. de accusa.]

Torturæ an possit interesse aduocatus clientis torquendi sup. Aduocatus. uersi. iiij.

Tortura minoris fieri potest etiā sine curatore, quia iudex supplet. Bal. in c. item sacramenta. in iiij. col. uersi. quartò quæro. de pa. iura. fir. qui tamen nō loquitur clarè. Ideo ego addo Panor. in c. ex parte. de confes. in iij. col. qui tenet idem, intelligendo ut ibi per eum.

60 Tortus testis, qui torqueri non debuit, facit indicium. Bal. in l. fi. C. de accus. & s̄. uerbo, Indicium. uersic. xxxv. & xlj. & Alex. post Bar. in l. maritus. de quæstio.

Tortura dicitur ieiunatio. gl. & Car. in cle. j. §. ij. de hæret. Item nuditas. ibidem. & s̄. eod. uersi. xxxix.

Tortus iniustè fugiens de carceribus, an puniatur. Alex. consi. cxliiij. ij. parte.

Tormentum

Tormentum dicitur id, per quod corpus cruciatur quomodocunq;. l.item apud. §. quæstionem. & §. quamuis. ff. de iniur. l.j. §. quæstionis. ad Syllan. gl. in cle. j. de ui. & ho. cle.

A Tortura nõ est inchoandum. gl. & Bal. in l. nullum. C. de infamibus. gl. xv. q. v. presbyter. §. fin. & §. quoniam. & Alex. in l.j. in princ. ff. de quæstio.

Tortura moderata quæ dicatur. Bald. in l.j. v. col. de confes. & sup. eod. uersic. lvj.

† Tortura quando posit sæpe, & sæpius repeti, uide omnino Hipp. Marsi. sing. ciij. incip. Varietas in teste.]

Tormenta propriè quæ dicantur. Bal. in l.j. C. de custo. reo. & in l.j. C. de his, qui ad lib. perue. non pos. Item,

Tormentũ dicitur carcer. Bald. in d. l.j. C. de his, qui ad lib. perue. non pos. Bal. in l. falsus. in fi. de furt. & in l.j. ne ex delicto defunc. & Cy. in l. ij. quod met. causa. Item compedes fortes. l.j. & ibi Bald. de cust. reo. & sup. Carcer.

Tortura debet differri, si petatur copia indiciorum ad purgationem eorũ, aliàs iudex tenetur. Alexã. in l. fi. ff. de quæstio. & in consi. xlj. ij. parte, ubi plenè de indicijs, & de tortura. & omnino sup. uerb. Indicia. uersi. xxxviij. & Bartol. in trac. de quæstio. & doc. in cap. grauis. de deposito.

70 Torquendi consuetudo probatur per famam. suprà uerbo, Fama. uersi. xcj.

Torqueri potest iterum sine nouis indicijs, ut manifestet mandatorem, uel socios criminis. Ang. & doc. in l. & si certus. Ad Syllanianum. Item,

Torqueri potest iterum sine nouis indicijs trepidans uel balbucinans. Bartol. in l. de minore. §. plurimum. in princ. ff. de quæstio. ubi ponit cautelã, quòd omnia redigantur in actis. & Ang. Aret. ubi sup. ix. q. & ego semper practicaui. Adde suprà eod. uer. xxv.

Tortura adhibetur propter difficultatem probationum in criminibus occultis. Bald. in pe. col. in fi. uer. octauò nota. in l. quicunq;. C. de seruis fug. & tunc debet iudex esse facilis ad torturam. Bal. in l. iij. de epis. audi. & Alex. in l. fin. ff. de quæstionibus.

Tortura prò ueritate inuenienda non infamat etiam de facto. l. nullam. & ibi Bar. C. de infami.

Tortura in pœnam mortis dari potest per sententiam iudicis. Flo. in l. qui occidit. ad leg. Aquil. per l. aut damnũ. §. hostes. uer. ea quidem. de pœnis.

Torturæ quis se sponte non potest subijcere. Flor. in l. liber homo. ad leg. Aquil. contra gl. in l. interdum. §. qui furẽ. in uers. damnato. & ibi per Bar. paulo post princ. quam dicit mirabilem. de fur. qui tenet contra gl. & ibi Alex. & doct. in l. pe.

† C. de condi. ob. cau. & Bald. & Ang. in l. alia. §. j. sol. mat. † Et Paris de Put. in trac. Syndic. in uersi. quæro de una notabili quæstione, in materia torturæ.]

Torqueri quis non potest contra accusandum. Bar. in l. si quis. in princ. de adult.

Torqueri quis potest sine indicijs in casu l. prius. ad Syllan. secundum But. ibi. non aliàs. in Spe. de proba. §. uidẽdum restat. uersi. ultimò no. & suprà, Indicium.

Torqueri potest familia hospitis pro furto. suprà uerbo, Familia. uersic. xj.

Tortura in executione sentẽtiæ potest adhiberi, ut constet de persona. & de delicto. Bal. in l. uoluntatis. ulti. col. in uersi. & econtrà pœna intelligitur. C. de fideicom.

10 Tortus non dicitur, quem iudex spoliauit, ut torturæ eum exhiberet, & si cõfiteatur crimen, non dicitur confessio extorta metu torturę. Nic. de Neap. in l. nouissimè. ff. quod fal. tu. auth. Salic. contra in l. ij. C. de cu. reo. Addo suprà, Cõfessio in tortura. uer. vij. Bal. in l. interpositas. ad fi. C. de trãsac. & Alex. de Neuo in con. In causa prędicta, &c. quod est post consil. xliiij. Alex. de Imo. in iiij. parte. per textum in d. l. nouissimè. & ibi Dy. quòd paria sunt, quòd quis compellatur per minas, uel uerbera, uel quòd timeat compelli: quia tortura præsumitur. sup. eod. uersi. j.

Tortura non potest adhiberi, nisi constet prius delictum esse commissum: & ideo iudex prius redigat in actis querelam, & testes, & omnia, per quæ cõstet de delicto. l.j. §. item illud. & ibi Bar. ff. ad Syllan. Ang. Areti. ubi sup. uersi. duodecimò sis bene cautus. facit quod no. Bart. in simili. in l. hoc autem. §. j. paulo post princ. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & in l. multum, in ij. col. in uer. item facit, pone. ff. de condi. & demon.

Torqueri possunt custodes propter furtum nocturnũ. suprà, Custos. uersi. vij.

Tortura an uitiet cõfessionem, s. Confessio in tortura. uersic. j.

Torqueri possunt testes. s. uerb. Testium coactio. uersi. vj. nisi sint clerici, licet ipsi puniantur de falsitate. l. presbyteri. & ibi Bal. in j. not. C. de epis. & cle. Bar. in l. ex libero. in princ. uersi. circa hoc. ff. de quæstio. Item uerum, etiam nobiles, & dignitate pollentes, si uacillent. not. in l. nullum. C. de testibus. Item uerũ, etiamsi sunt diuites, & bonæ famæ, & tamẽ uacillant. l. ex libero. in princ. de quæstio. Item uerum, si cõuincantur de mendacio, quia dicant se non interfuisse negotio, & constet interfuisse. l. unius. §. testes. eod. tit. aliàs §. iudex. & ibi Bar. in princ. Item uiles, & ignoti, qui non, nisi cũ tortura admittuntur. Azo in Summa, C. de testi. & secundũ quosdam in auth. eod. tit. §. si uerò ignoti. & §. si uerò huiusmodi. cum glos. Sed Bartol. dicit uerum, si tentauerunt corrumpere ueritatem: uel si uacillant, uel si mendaces sint, uel si sponte se offerant. Bart. in d. l. ex libero. & in l.j. §. idẽ Cornelio. uer. item oppo. eod. tit. ubi dicit uerum cum indicijs: aliàs ex dictis eorum in tortura non potest quis torqueri. Bald. uerò in auth. si dicatur. in ulti. col. in uersi. tertio casu. C. de testi. dicit uiles non posse testificari in causa graui. nisi cum tortura. Bald. in l. milites. C. de quæstio. dicit testes torqueri sine indicijs, dum tamen sit uilis persona, uel uacillet, uel præsumatur scire ueritatem. Quod ultimum tenet Bal. post gloss. in l. iij. C. de adulte. & Alexand. in l. minor. §. tormenta. ulti. colum. ff. de quęstio. Non autem torquentur testes non idonei, qui in subsidium admittuntur, nisi sint inhabiles ex fame, uel status defectu, & nisi sit aduocatus. suprà, uerbo, Testium coactio. uersi. vij. nec ultra tres torqueri possunt: ut ibidem.

Tortura ex dicto unius testis inhabilis haberi non potest: quia non examinandus, si examinetur, non facit indicium. Bart. in l.j. §. diuus. el j. & §. Antoninus. & in l. diuus. §. ex quib. & in l. maritus. in j. colum. ad fin. ff. de quæstio. ubi dicit & indicium facit testis inimicus, qui examinari nõ debuit. de quo sup. uerb. Indicium. uersic. xlj. Petr. de Sun. in l. quoniam. C. de testi. Nec si sit receptus post terminum, facit indicium. Bal. in l. ij. pen. col. uer. ulterius xiij. quero. C. de episc. audi. Adde suprà, Indicium. uersic. xxxv.

Torqueri testis non debet, nisi prius examinentur omnes exceptiones contra ipsum, ne torqueatur sine causa. Bar. in l.j. §. si quis dicatur. de quæstio.

Tortus nõ debet interrogari in tortura nominatim de aliquo. glos. in uersic. mandante. & Bartol. in l. prius. ad Syllan. Sed qualiter sit interrogandus, uide Bart. in l.j. §. qui quæstionẽ. in princ. ff. de quæstio. ubi etiam uide qualiter interrogẽtur testes in tortura. Practica est, secundum eum, quòd interrogentur generaliter, ne fortè specificè interrogatus confiteatur crimen, quod non commisit. & tenet Alexan. in d. §. qui quæstionem.

Torti confessio qualiter scribatur. in Spec. de accusatio. uersi. accusati autem. & seq.

Torqueri non potest deportatus. l. diuus. §. fin. & ibi Bart. quẽ etiam uide in l. ex libero. in princ. de quæsti.

90 Torqueri quis non debet prius, quàm per iudicem simpliciter interrogetur. not. in l.j. §. officio. per doctores, & Bald. in princ. ff. de tute. & ratio. distr.

Tortura fieri petitur officio iudicis. d. §. officio. & ibi Bal. paulo post principium.

Torqueri possunt serui per dominos. l. si ea. & ibi Bald. C. de his, qui ut indig.

Torqueri potest coniunctus pro coniuncto contra pariter cõiunctum. suprà, Coniuncta persona. uersi. xxxv.

Tortus non repertus culpabilis debet absolui, sed in actis debet annotari, purgata esse indicia per torturã. l. fi. & ibi Bart. in j. col. ubi dicit, quòd sic faciebat. ff. de quæstio. & ita facio obseruari per iudices Capitolij.

Torquendus an posit petere copiam indiciorum. sup. uerbo, Indicia. uersi. xxxviij. quòd sic.

Tortus statim potest puniri per iudicem, si constet ei eum deliquisse. Bald. in l.j. v. oppo. in uer. & aduerte, quòd si iudex. C. ne ex delic. defunc. aliàs autẽ debet expectari ratificatio

post

post diem & noctem.suprà uerb.Confesio in tortura. uers. viij.& Confesio in criminalibus.uersi.xliiij.

Tortura est meri imperij, & pertinet ad iudicem, non ad priuatos.Bal.in l.si ea.C.de his,quib. ut indig.Bal.in l.fi.ff.de condi.ob causam.per l.defensores.C.de defen. ciui. & in authé. de testi.§.j.Vnde non potest fieri per pedaneos,ut uicarij castrorum.Et uide Barto.in l.iij.de iurisd.om.iudi.in v. col.in uersi.quarto est imperium paruum.

Torqueri non possunt serui contra dominum.Spec.de proba. §.uidendum restat.uer.ult.nota.

Torqueri quis potest ex præsumptionibus.in Sp.de presump. §.ij.uer.sed pone,P

100 Torqueri an posit is, quem solus iudex uidit delinquere, si alia indicia desint. in Sp.de senten.§. qualiter.in uer. item debet fieri secundum allegata.

Torture qualiter quis exponatur,supple ut in Sp.de accu.uer. Accusati.& suprà, uerb.Indicia per discursum.& uerb.Confesio in tortura. per totum.in uerbo,Confesio spontanea. uersi.j.& iij.

Tortura non habet locum in notorijs. suprà, uerb.Notorij effectus.uersic.v.

Tortura adhibita in casu non permisso,non uitiat reliquũ processum, licet uitiet illum actum. Bald.in l.milites.in fi. C.de questioni.in l.j.in fi.eod.tit.

† Tortura barbarica esse non debet. Fel.in c.cùm nõ ab homine.in fin.v.col.de iud.]

Torqueri an posit quis ex uera, & infallibili scientia iudicis, deficienribus alijs indicijs. Bal.in l.ampliorem.C.de appel.

Totus dicit totalitatem circa eandem rem.glo.j. Instit. pro soc.circa princ.Barto.in l. si unus.§.pactus.ij.col.in uer.no.qui allegat d.gl. ff.de pactis.

† Adde, q totum est,cui nihil deest.& dicitur Grecè ὅλον.]

Totus,ta,tum,in legato rei communis,facit totam rem deberi, sicut dictio omnis. Bar.in l.serui electione.§.fin. in uer.item quæro.& ibi per do.Alex.in j.col.in uersi.tertiò limita.cum multis concor. ibidem per eum signatis. Limitat tamen ibi Ang. nisi testator dixisset, totam rem meam: quia tũc uidetur se restringere ad portionem suam.ff.de leg.j.

Totus,ta,tum, in legato non excludit Trebellianicã,uel Falci. Pau. de Cast.in cons.clj.quod incipit,in causa,quę uertitur. & s.Falcidiæ prohibitio. uersi. pen.& j. Trebellianica.uersi. xiiij. & sequen.

Totam rem petere uidetur,qui rem simpliciter petit.sup.Petere.uersic.xvj.

Totum, quo ad totum habet idem iuris, quod habet pars,quo ad partem.l. quæ de tota.de rei uendi.& in Spe.de arbi.§.finitur.uersic.quid si prælatus.

Totum habet idẽ iuris, quod pars, & econtrà. in Spec. de procur.§.v.uersi.sed nunquid uidetur.

Totum nõ potest petere, cui pars tantùm concessa est.in Spec. de loca.§.nunc aliqua.uersi.lxix.

* Totum qui dicit, nihil excludit.l. Iulianus.ff.de leg.iij. Dec. in l.omnia. ff.si cert.pet. Io. Ceph.consil.ccxxviij.num. 44. uol.ij. Aemilius Maria Manolessus.

Tractatus duplex est permissus.l.si quis seruo.C. de fur. & ibi Pau. de Cast.in princ.Ioan.de Pra.in l.si procuratorem.pen.col.de procur.

Tractatus faciendi ordinatio, uel cogitatio, an puniatur.in l.si amici.de adulte.

Tractatus in actibus habetur pro facto.not. Card.in cle.ij.viij. not.de re iud.

Tractatus si per statutum puniatur, non requiritur consummatio delicti tractati.Abb. in c.tua nuper.de his, quæ fi.à præl. Alex.in l.utrum.de parricid.

Tractatus in alienatione rerum ecclesiasticarum non præsumitur.c.j.de reb.eccle.nõ ali.in vj. Sed uide ibi doc.& plenius. per Abb.in c.ea noscitur.de his,quæ fiũt à prela.& per Lud. in l.sciendum.iiij.char.de uerb.oblig.

Tractatus de occidendo Titium probatus, licet cõclusio facta non fuerit, facit præsumi Titium occisum esse ex ipso tractatu.Bal.in l.multum.in ij.col.in uer.unde dico in simili.C. si quis al.uel si.& punitur, ut in c.j.de homi.in vj. & per Bar. in l.& si amici.de adulte.

Tractatus contra Rempublicam per statutum punitus,intelligitur etiam de eo, qui separatim pluries factus est.Bald.in l. aduersus.in j.col.uer.& si est arg.C.de furtis.

Tractatus in territorio facit puniri pro delicto cõsummato extra territorium.Bal.in l.ij.C.de eunuchis.

Tractatus pœna non confunditur cum pœna delicti ex interuallo cõsummati.Bal.in d.l.aduersus.in d.uers. & sic est arg. Ang.in l.nunquam.de priua.delictis.

10 Tractatum de occidendo non reuelans an puniatur.facit l. tale.§.j.& §.qui prouocauit.de pac.Ego putatem, quòd si essemus in tractatu criminis læsæ maiestatis, quod punitur per l.quisquis.ubi.doc.C. ad legem Iul. maie.uel in alijs casibus,quando fieret tractatus alicuius, qui me habet in subditum: ut si seruus scit tractatum mortis domini, uel filius scit tractatum mortis patris, uel uasallus domini sui, tunc dicerẽ istos scientes tractatus, & non reuelantes, puniri:in alijs autem casibus,quòd non punitur sola scientia tractatus.Ita Barto.in l.utrum.ff.ad legem Pomp.de parri. & uide no.per Io.And.in c.Petrus.de homi.

Tractatum in uno iudicio, non potest in dubium refricari in alio nota.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de uerborum obliggationem.

Tractare requirit uerum factum, non uerba.l.quidam cùm filium.de uerb.oblig.Bal.in l.ij.in fi.C.de ope.liber.

Tractatus requiritur in alienatiõe rei ecclesię collegiatæ: aliàs non.Bald.in rubr.C.de rescin.uend.uer.quædam autem de substantia. & plenius per Alex.consi.xvj.iiij.parte.

Tractatum interuenisse in alienatione rei ecclesiæ, non probatur per instrumentũ,in quo dicitur, Habito tractatu de alienando.Fred.de Sen.consi.cxxxviij. Concesio facta nũcio, &c. Sed debet fieri instrumẽtum per se de illo. Pau.de Cast. con.xc.& in Sp. de loca.§.sequitur.uer.& scias.& sup. uerb. Instrumentum probat.uer.lxxiij.& Alex. in d.consi.xvj.ubi

† plenè. † Et per Feli.in cap.sicut.de re iudi. ad fin.xiij.col.in uersi. tamen tractatus non præsumitur.]

Tractus futuri temporis in odiosis non spectat ad iudicẽ, sed in fauorabilibus sic.Inno.in c.auditis.in glossa,in uerbo,& facies.de procur.Bal.in Marg.Tractus.uers. ij.Item & in seruitutibus, & annuis præstationibus.in Spe. de deci.uersi. sed ei.& Card.in cle.ij.xx.q.de iudi. & in cle.j. §.nos.de iureiur. Et de hoc uide Flor. in l. in lege Aquilia. si deletũ.iij.col. ad legem Aquil. & Bart.in l.j.§.socius.de usu. & in l. non quemadmodum. in princ. & ibi not. ff. de iudic. Bal.in l.j.iij.col.in uersi. xv. probatur.C.ut actio.ab hære.& contra hære.& in l.j.xv.col.in uersi.vj. cõtra hanc legem.C. de fideicõmis. & in l. cùm Archimedoram. in princ. C. ut in pos.leg.& per Alex.in l.ubi autem.§.qui fortè.de uerb. obli. † Et per do.Ias.May.remisiuè tamen.Instit.de act. §.præiudiciales.nu.50.]

Tractu temporis non confirmatur inualidum.suprà,Tempus. uersic.xvij.

Traditio est merum factum, sed continet etiam donationem.Bart. in l. certi condictio.uer.hoc expedito.ff.si cer.pe. Item est facti,non iuris.l.consil.§.fin.de curato.furio.

Traditio possesionis fit quandoq; per reseruationem usufructus.l.quisquis.C.de donatio.

Traditio in incorporalibus fit per concesionem. Bal.in l.fi.C. quando fisc.uel priuatus.

Traditio dicitur,quando quis confitetur habuisse,& recepisse. Bart.in l.Papinianus.de dona.inter uir.& uxo.

Traditio an dicatur, cùm quis uendit rem alienam possessori. Bal.in l.alienum.in uers.reuoco in dubium. C. de fur. quòd non,si res nullo modo ad me spectabat. no.in l.quædam.de rei uendi.

Traditio ualidat donationem.sup. uerbo. Donatio.el j.uersic. xxxiij.& xlj.

Traditio ualidat uenditionem sine certo precio. Io.de Por.in l.sciendum.de uerb.oblig.

Traditio uera possesionis uacuæ an probetur per instrumentum.suprà uerbo,Instrumentum probat.uersic. xxix. &uerbo, Possesio transfertur. uersic.xxvj. Addo suprà in uerbo, Clausulæ contractus. in uerbo, Vendit, tradit, & concedit. quod non.

Traditio debet fieri de possesione uacua. l. ratio. §. j. & ibi Bar.

Barto.in j.no.ff.de actio.emp.& j.Vacua.uersic.j.Addo melius s.Possesio uacua.uer.antepe. & in uerbo, Obligatus. uersic.xxj.

10 Tradere quis præcisè cogitur rem, quam habet. Barto. in l.j. §.j.circa prin. ff.de æstimato.l.j.de act.empt. & s.Obligatio oritur.uer.vij.

Tradere fictè dicitur, quando quis constituit se nomine alterius possidere: sed possesio tunc dicitur uera, & domino quæritur uera, etiam per procuratorem. Barto. in l.ab emptione.in fin.ff.de pac. Item uera dicitur per dictam constitutionem in facie fundi. Barto.in l.ij.in uer.tu dic. C. de acquir.posses.

Traditio ante perfectionem cõtractus facta, spe futuræ causæ, transfert dominium. Bal.in l.contractus. ij.q. in v.col.C.de fide instru.per l.si quasi.ff.de pigno.act. Et sufficit ad usucapionem propter titulum, pro suo.Bal.ibidem.

Traditio in dubio fit animo transferendi dominium, si præcedat contractus habilis ad dominij translationem.Bar.in l.j. in iij.no.ff.pro dote.& l.dotis.ff.de iure dot. Aliàs causa custodiæ dicitur facta. Bart.in l.si constante.in xx.col.ij.q.iiij. prin.ff.solu.matri.

Traditio instrumẽti habet uim traditionis rei. gl.Bar. & Alex. in l.ab emptione.de pactis.& per Bal.in l.j.ad fi. C.de dona. & ibi tex.& per Alex.in l.iij.de acqui.pos.

Traditio instrumenti habet uim cessionis. Bald. in l. fin. C. quando fis.uel priua. & no. in l.j. C. de dolo. Vide omnino Alexand. post Barto. in l. ij. ff. de pac. & Imo. post Butr. in cap. ecclesia Romana. ut lite non contesta. quòd simplex traditio instrumenti non inducit donationem rei contentæ in eo.sed expressa donatio instrumenti sic. Vide Bald.& docto.in l.Mæuia. solu.matrimo.& omnino Alex.in l.iij.de acquir.posses.

Traditio instrumenti emptionis facta per emptorem uenditori, uel instrumenti cessionis facta cedenti per cessionarium, non arguit rescisionem contractus, secundum Bart. in d.c.ecclesia.& Alex.in d.l.ij.

Traditio inducitur per signationem arborum, uel animalium uenditorum.Bal.in rub.C.de peri.& commo.rei uen.j.q.

* Traditio & quasi traditio easdem uires habet. §. interdum. Insti.de rer.diuisio.Ioan.Cepha.consi.cclxxij. nu.117.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Traditio ficta idem efficit quod uera.l.quod meo. ubi Fran. Are.num.4.ff.de acqui.pos.§.interdum.Insti.de rer.diuisio. Bar.in l.ab emptione.col.fi.ff.de pact.Io.Ceph.cõs.clxxxvj. nu.8.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

Traditio ficta transfert dominium in ecclesiam. Bart.in l.cùm falsa.uer.fallit in ecclesia.C.de iur.& fac.igno.

Traditio an præsumatur, uel sit probanda per præscribentem. Bart.in l.Celsus.in iij.col.in fin.uer. procedo & quæro.ff.de usuca.distinguit.

20 Tradi debet res, de qua est mota lis à duobus contra possessorem ei, qui prius uincit in causa, qui tamen debet cauere de restituendo alteri, si obtinebit. l. is, à quo. de rei uendica.

Traditio an præsumatur, si uxor mortuo uiro habitet in domo sibi donata per uirum, in qua cum uiro uiuo habitauit. Pau. de Castr. consil. ciij. incipiente, Dicta donatio sine dubio. quòd non.

Traditio propriè, uel impropriè qualiter accipiatur.in Spe.de emp.& uendi.§.j.uer.tradere.& uer.sed & si plures.

Traditio præsumitur ex causa depositi.uide Fran.de Cap.listę, & doc.in l.cùm quid.ff.si cer.pet. & ibi Alex.doc. & Cy.in l. incendium.si cer.pet.Pau.de Cast.consi.ccxij.

* Tradi ex causa donationis rei emphyteutica sine domini consensu non potest, sec.com.opi.Imo.Ias.& alij, in l.si domus.§.fin.ff.de leg.j.Ias.in l.fi.col.xx.C.de iure emphy.Car. Rui.consi.cxliij.nu.10.uol.j.Ioan.Ceph.con.ccxxiij.nu.44. uol.ij.Æmilius Maria Manolessus.

Traditio possessionis non probatur per instrumentum.l.prædia.& ibi doc.& Alex.plenè.ff.de acqui.pos.l.ij. C.eod.tit.& Alex.consi.x.iiij.parte. & s.Possesio probatur. uersi.xxxij. Et quid in corporalibus, per Anto.in cap.fi.xiiij.col.de causa posses. & propriet. Bald.in l.non idcirco. de fide instru.& in l.j.C.de suffrag.

Tradere promittens an teneatur ad translationem dominij. j. Venditor tenetur.uer.lxxxviij.& uer.Promissio.uer.ix.

Tradere, non dare tenetur uenditor speciei. j. Venditor tenetur.uer.xxxiij.

Traditio non dicitur facta, quando possesio est euicta.l.ratio. in prin.& ibi glo.& Bar.de act.emp.& Alex.in l.creditores. in fi.de uerbo.obli.

Tradere ponitur quandoq; pro dare.l.si pecuniam.§.si seruus. & ibi gl.& Alex.ff.de condi.ob causam.

Traditio non requirit causam in corporalibus, puta in seruitutibus. Bald.in §.si quis de manso. de contro.inuest. Alex. in l.à Titio.de uerb.oblig.

30 Traditio nuda, id est, sine causa, non transfert dominium, si fiat per uerbũ, Trado: secus, si per uerbum, Do. Pe.& doc.& Alex.in l.si fundum.de uer.obl.& Alex.in l.à Titio.eo.ti.

Traditio sine causa præsumitur donatio.Bal.in l.ij.C.de dona. ante nup. Alex.in l.j.ff.de doli except. ubi dicit uerũ, si qualitas personarum patiatur.per gl.ibi & Bal.

Turpitudinem propriam allegare quando licet. suprà, uer. Allegans. uer. lxvij.

Turris ecclesiæ potest fortificari tempore guerræ ad perpetuam utilitatem. Cyn. Bald. & doc. in l. ij. in uer. doc. inducunt hoc in ar. C. de sum. Trinita. & fide cath. & Flo. in l. seruitutes. §. fi. ff. de seruit.

† Turris quid sit, & quid cõtineatur appellatione turris, uide Bal. in consi. cxxv. in iij. parte.]

Turris communis homicidæ cum altero non est diruenda, propter partem socij insontis, licet bona homicidæ sint diruenda ex forma statuti. Bald. in l. & si seuerior. ad fi. in uer. extrà inducit Pet. C. de infamibus. Sed Bar. contra in l. cùm alicuius. in fi. in uer. induxi hãc legem semel. ff. de neg. gest. quem uide in l. Atteius ait. §. de eo opere. in j. col. uersi. hoc facit ad q. & ibi Alexan. ff. de aqua plu. ar. & in l. si finita. §. ex hoc. in uer. iste §. induitur. ff. de dam. infect. do. Pet. de Vbal. in tractatu Societatis, viij. parte, xxiiij. q. Ang. Are. in Maleficijs. uers. bona publicamus. iiij. col. cum Bal. tenet Flo. in l. si de cõmuni. ad fi. ff. si ser. uen. & adde omnino no. per Bal. in c. præterea ducatus. iiij. col. in uer. quæro, si duo fratres. de prohi. feu. ali. per Fede. Sed si diruatur, debet solui æstimatio partis socio. Bald. in l. ij. C. quibus cau. serui pro præmi. lib. ac. & Alex. ubi s̄.

Turris communis potest diuidi per solaria. Bal. in auth. excipitur. in j. col. ad fi. uer. & no. quod Bar. C. de bo. quæ lib.

Turris promissa domino in guerra non debet dari contra promittentem habentem guerram cum domino. Bal. in l. inquisitio. C. de solut. per Bartol. in l. j. in ultim. colu. ff. de senato.

† Vide do. Barthol. Socin. in l. frater à fratre. de condi. inde. no. xviij.]

Turris constructa per emphyteutam an cedat solo. in Spec. de loc. §. nũc aliqua. uer. clx. queritur, sed quid. & s̄. Edificium. uer. vj. quòd non: sed potest tolli inuito domino.

Turris communis si diuidatur per solaria, datur rei uendicatio inferiori, non superiori. Alexand. in l. Atteius. de aqua plu. arcen.

Tutela est officium necessarium. l. fi. in prin. & ibi Bart. C. de admi. tuto. Item est officium uirile. l. tutela. & ibi Bar. ff. de tute. Item munus est publicum authoritate, sed utilitate priuatum. in Spe. de appella. §. ij. uer. septimò non appellatur.

† Adde, q̃ tutela est triplex, uidelicet testamentaria, legitima, & datiua. c. generaliter. xvj. q. j. & dicitur Græcè ἀσφάλεια.]

Tutela & fideicommissaria æquiparantur. per glo. in uersic. ad alium. & Bar. in d. l. tutela.

† Cautelam pro eo, qui uult se à tutela, uel cura excusare, posui s̄. in uer. Excusatio.]

Tutela dicitur actus fori uolũtarius. Bal. in l. precibus. vij. col. uer. est autem tutela. C. de impu. & ali. substi.

Tutela est magis honor, quàm onus. Bald. in l. cùm quidam. in ij. opp. C. de uer. signi. sed in l. meminimus. in fi. C. de leg. hęre. dicit esse onus, facit l. tria onera. de execu. tuto.

Tutelæ non præscribitur longo tempore. l. neque. C. qui. lon. temp. præscrip. non obst.

Tutor est loco patris, sed non potest cogere pupillum ad contrahendum matrimoniũ. in Spe. de sponsal. §. j. uer. ar. tamẽ contra.

† Et hoc idem tenet domi. Bartho. Soci. in consi. lxj. incipien. In præsenti. circa fi. v. colum. in j. parte. & dicitur Græcè ἐπίτροπος.]

Tutoris uice fungitur prælatus, & defensor. in Spe. de resti. in integ. §. ij. uer. Prælatus.

Tutor peccat, si pupillum decipit. in Specu. de exce. §. iiij. ante uer. postremo.

Tutoris dolus, cõtumacia, uel negligentia, an noceat pupillo. in Spe. de execu. sen. §. iij. uer. sed pone litem.

Tutor dicitur habere plenum, & liberum mandatum. Bartol. in l. neq;. in fi. C. de procu.

Tutor æquiparatur procuratori. l. neque. & ibi Bartol. ad fi. in uer. item nota. C. de procur.

Tutor repræsentat pupillũ, sicut officialis uniuersitatẽ. Bal. in l. etiam. in j. col. ad fi. uer. extra no. C. de fideicom.

Tutor potest pupillam maritare, cui uult, nisi fuerit maritata alteri per patrem. l. si pater. C. de sponsa. ubi dicitur uerum, etiam per uerba de futuro, nisi primus sponsus sit effectus ribaldus: ut ibi no. & ibi Baldus in uer. sed pone, pater. Item & precium recipere potest. l. siue. per glo. de negoc. gest. Sed intellige cum consensu eius. l. si puellæ. & ibi Bartol. ff. de sponsalibus.

Tutor appellatione procuratoris an ueniat. §. Procurator. el j. uer. lxj. quòd sic.

10 Tutoris salariũ est aduenticiũ. Bal. in l. cùm oportet. de bo. quæ lib. pen. col. in prin. uer. de tertio genere peculij. & debet illud habere. §. Salarium. uer. vj. & uer. lxxxix. & seq.

Tutor, & pater legitimus administrator bonorũ filij, quid differant. Bar. in consi. In q. qua quæritur, &c.

† Tutor quando possit compromittere de rebus pupilli immobilibus, & an de iure, de facto, & qualiter, uide Dec. con. xxxix. col. j. in fi. cum principio.]

Tutor habetur pro extraneo in his, quæ non sunt de administratione. l. si quis. §. j. uer. tutor. & ibi Bar. iudi. sol.

Tutor, & clericus, æquiparantur. gl. in c. qualiter. & quando. el ij. in gl. in uer. reddere rationem. de accu.

Tutor non possidet. §. Possessio. apud quos. uer. ij.

Tutor aliquando datur causa notitiæ, id est, ut instruat administratorem, uel eum suspectum facit remoueri: aliàs tenetur. l. j. & ibi Bar. C. de pericu. tu.

Tutor nõ dicitur ex sola administratione. l. j. in princip. de eo, qui pro tuto. gloss. in l. siue. §. si mater. el ij. in uer. legitimę. ff. ad Tertul.

Tutor an probetur ex eo, quòd in sententia sit nominatus tutor à iudice. in Specul. de proba. §. uidendum restat. uer. sed pone, iudex. quòd non.

Tutor dicitur is, cui competit diffinitio tutelæ. l. j. §. j. per Bart. ff. de tute.

Tutor debet esse diligens in rebus pupilli, sicut in proprijs. l. à tutoribus. de admi. tu.

Tutor debet agnoscere bonam fidem, & tueri bonam, & non malam causam pupilli, & in iudicio debet ueritatem fateri, etiamsi sit dãnosa pupillo. l. quoties. §. sin autem. & ibi Bart. ff. de admi. tu.

Tutor an teneatur dare pecuniam pupilli sub usuris. uide Decium, quòd non. consi. clxxviij. in fi.

Tutor potest reuocare pupillum à religione, sicut pater filium intra annum & diem, si non fuit præsens ingressui. gloss. no. xx. q. ij. de his.

† Tutor licet regulariter à se ipso nõ possit emere, licet sit deputatus ad distrahẽdum, ut in l. nõ licet. & in l. si emptione. ff. de contrahen. empti. sed si tutor hoc facit palàm, & cessante fraude, hoc poterit: ut in l. pupillus. de authoritate tuto. Abb. in c. cùm in iure peritus. de elec. optimè facit l. si mandauero. §. si tibi. ff. mandati. ubi est casus, quòd si mandem, ut cui uelles dares, & tu retinuisti pro te, teneris mandati. Et illum tex. fecit singularem Roman. in singularibus suis. Facit quod uoluit Bald. in l. is, cui. C. de fur. ubi si dedi pecuniam, ut dares cui uelles, poteris non donare tibi. & allegat d. l. si mandauero. §. si tibi. & refert, & sequitur do. An. Barb. in repe. l. sciendum. in viij. col. ff. de uerb. ob. Limitarem dictum §. si tibi. nisi palàm, & cessante fraude hoc faceret. arg. d. l. pupillus.]

† Tutela testamentaria dicitur illa, quæ defertur per patrem in testamento. quædã est quasi testamentaria, seu testamentaria confirmata: utputa si pater in testamento dedit tutorem filio iam emancipato, sed nõ existenti in potestate sua: puta quia erat filius naturalis tãtùm: ista enim dicitur quasi testamentaria confirmata: quia tali filio in potestate nõ existenti, non potest pater tutorẽ dare, sed datus per eum confirmatur per superiorem: & ideo appellatur modo prædicto. de quo tamen plenius dicendum est in rubr. de confir. tuto. seu cura. ff. & C. Quædam tutela dicitur legitima, ut illa, quæ defertur proximiori: ut Insti. de legi. agna. tute. §. j. & dicitur legitima, ut illa, quæ defertur à lege. Quædam est tutela datiua, quæ sic nuncupatur, quia datur à iudice in defectum aliarum tutelarum. Et istæ tutelæ deferuntur successiuè secundum ordinem suprà scriptum. Nam testamentaria pura præfertur omnibus alijs: ideo quandiu spes est de testamentaria, puta quòd pater dedit sub conditione, non fit transitus ad legitimam: ut in l. si quis sub conditione. ff. de testa. tute. & ibi plenissimè examinatur per glo. & Bart. Pro hac materia uide in authẽtica, matri & auiæ. C. quando mul. tute. off. fun. po. In defectum uerò testamentariæ succedit secunda, scilicet quasi testamentaria. Tertiò in defectũ utriusque succedit legitima: in cuius defectũ succedit postmodum datiua. hoc enim probatur ex ordine rubricarum iuris ciuilis. Ita concludit Abb. in d. ca. ex parte. ij.]

† Tutrix non poterat esse mulier de iure communi tempore Digestorum, poterat tamen impetrare à iudice speciali beneficio. l. fi. ff. de cur. bo. dan. postmodum de iure Codicis fuit ampliata hæc facultas. C. quando mul. tute. offi. fun. potest. nouissimè de iure Authenticorum fuit statutum, ut liceret matri & auiæ agnoscere tutelam filiorum seu nepotum, ita ut præferantur legitimis, seu datiuis: ut in d. authen. matri & auiæ. tamen ut ante omnia duo obseruentur: primo, ut renunciet secundis nuptijs, secundò, ut renunciet beneficio Velleiani. ut in d. auth. matri & auiæ. Abb. post gl. in d. c. ex parte. in ij. col.]

† Tutorem si mater non petierit dari filio confestim intra annũ, cùm poterit, priuatur iure succedendi ipsi pupillo, si decesserit in pupillari ætate: secus, si decesserit factus pubes. Idem est in quolibet alio, qui posset succedere impuberi ab intestato: ut in l. ij. §. confestim. ff. ad Tertulli. & in l. matres. C. eo. tit. & in l. sciant. C. de legi. hæredi. & uide bonum tex. Instit. ad Tertul. in fi. Abb. in d. ca. ex parte. circa fin.]

Tutor petitur dari pupillo etiam per consanguineos eius. C. qui pe. tu. & Dyn. in l. ij. ff. de tutelis.

Tutor petitus à matre pupilli transeũte ad secunda uota, præfertur legitimis, si est idoneus. gl. in uerb. in ciuitatem. ad fi. & Bar. in l. si quis sub cõditione. in ulti. col. in prin. uer. quæro, dixi quando mater. ff. de testa. tu. Bal. in l. omnẽ. in ij. col. in prin. uer. quæro, an datiuus. C. ad Tertul. Bald. in l. j. C. si cõtra ma. uo. tu. da. fit. no. in auth. sacramentum. C. quando mul. tu. & ibi Bar. in ij. col. uer. quæro, an iudex.

Tutor petitus à legitimis pupilli præfertur petito à matre non idoneo. Bal. in l. precibus. vj. col. in uer. & scias, quòd matri. C. de impu. & alijs substi. gl. in l. ij. §. uidendum. in uerbo, admitti. ff. ad Tertul.

Tutor remotus nõ potest alium tutorem petere. l. ante. §. qualitercunq;. & ibi Bar. ff. qui pe. tuto.

Tutor non potest peti pupillo per litigaturũ cum eo, sed debet denunciari legitimis: quibus negligentibus, ad iudicẽ est recurrendum. l. diuus. §. si quidem. & ibi Bar. ff. qui pe. tuto.

Tutor peti debet etiam à legitimis pupilli, aliàs perdunt successionem. l. sciant. C. de leg. hære. sed non legatum. Bal. ibi. in j. q. & ultimo loco succedit fiscus. Bal. ibi. in ij. q. Et hoc uerum intra annum post annum matri datum. Bart. in l. nepotibus. C. qui. pe. tu.

Tutor petitus, & datus cõtra uoluntatem matris, remouetur. l. j. C. si contra ma. uo. tu. da. fit.

Tutor si non petatur à matre secundo nubente, quis præferatur. ĩ. uerbo, Tutor legitimus. uersic. xv.

Tutor petitus à matre non idoneus, non est omnino dandus à iudice. §. Mater succedit. uer. cvij.

10 Tutor intra quãtum tempus sit petendus à matre. §. Mater succedit. uer. xxvj. statim quod potest petere. & uide in uer. lij. & lxxj. & lxxxix. & xciij.

Tutor enim per procuratorem potest peti. l. cùm à matribus. & ibi Bar. & Bal. C. qui pe. tuto.

Tutor nulliter datus, potest petere alium dari. ĩ. Tutor excusatur. uer. xv.

Tutoris petitio debet facere mentionem de matre pupilli: aliàs no ualet datio. Bar. in l. tutor. in ij. col. in uersi. uenio ad q. gl. in fi. q. ff. de tut. & cura. da. ab his. per l. quod dicitur. C. qui. da. tut. po. ubi etiam dicit, an mater sit citãda. & in auth. matri. C. quando mu. tu. offi. fun. po.

Tutor alius cùm petitur, debet dici causa quare primus tutor repel-

repellitur.per Bartol.in l.tutor.in d.uer.l.uenio ad q.ad fi.ff. de tu.& cu.da.ab his.

Tutor non est petendus de necessitate per secundum legitimum,excluso primo propter negligentiam. Bart. post gl.in l.ij.iij.q.iij.col.ff.qui pe.tuto.no.in l.nepotibus.C.eo.tit. & in l.sciant. C.de legi.hære.

Tutor petitus à matre non debet cōfirmari per iudicem ex inquisitione.Bart.in l.credendum.in fin.ff.qui pe.tu.

Tutoris petitio per officium iudicis non requirit litis cōtestanem.s.Litis contestatio in quibus.uer.lxiij.

Tutor peti debet à matre, & agnatis. suprà, uer. Mater succedit.uersic.ij.& per discursum,præsertim in uer.xciij.

Tutor etiam nemine petente,dari potest ex officio iudicis. j. §.proxi.uer.iij.

Tutor à quibus detur, uide infrà eodem, per totum.

Tutoris datio ualet, etiam quo ad bona alibi sita. l. propter litem.de excu.tuto.l.magis puto.§.illud.de re.eorum. Bar. in l.pupillo.de tuto.& cu.da.ab his.Ant. Rosel. in arbore consan.cix.col.Bar.in l.si curatores.C.de excu.tu.dicit posse dari, ut eius administratio porrigatur ad bona alibi sita. Vide Bartol.in l.j.ubi pe.tu.& in l.j.in vij.q.prin.C. de sum. Trin. Sed contrarium no.in l.non solum.§.qui testamento.de excu.tu.& in d.l.propter.§. licet.& ibi Bar.in lec. Nic. de Neapo.quem legit cum §.præcedenti, qui incipit,qui se. ad fi. in uer.ad primum tamē.quod intelligitur datus, etiam quo ad alibi sita,licet expresse dari nō possit.uide l.ij.& l.testamento.C.de excusat.tut.

Tutor datur à prioribus populi,iudice absente.l.ubi absunt,& ibi Bar.de tu.& cu.da.ab his.Bar.in l.ij.iiij.no.ff.ad muni. & potest dari etiam iudex.j.Tutor quis.uer.vij.

Tutor debet dari à iudice originis.Item à iudice loci,in quo sit maior pars fortunarum pupilli : sed si ubi pariter sint bona, uterq; iudex dabit.glo.in uer.facultates.& Bar.in l. j. C. ubi pet.tut.per l.pupillo.& ibi Bartol.de tu.& cu.da. ab his. Vide Bald.in l.j.ij.col.uer.& ideo fuit dubium. C. de iurisd. omnium iudicum.

Tutor dari potest uerbo tantùm extra territorium. infrà, Tutor qualiter.uer.vj.

Tutor à testatore extraneo,uel patre an possit dari.j.Tutor testamentarius.uer.xl.

Tutor dari potest à uice gerente.Bar.in l.j.in j.oppo.ff.de tu.& cu.da.ab his.

Tutor hodie dari potest à iudicibus ciuitatum. Bartol. in d.l.j. in uersic.quero,tutores.& sic magistratibus municipalibus. Insti.de auth.tu.§.sed neq;.Bart.in l.j.§. magistratibus. in fi. ff.de magi.conue.& ibi Nico.de Neap.

Tutor pupillo clerico dari debet à iudice ecclesiastico. Bart.in d.l.j.circa medium.in uer. nota, quòd oportet.ubi idem dicit in curatore.

10 Tutoris datio pertinet ad maiorem iudicem,& delegari nō potest habenti iurisdictionem.l.mutuo.§.tutoris.ff.de tute. & l.ius dandi. & l. nec mandante.in prin. de tut. & cu. da.ab his.& Insti.de Attil.tu.§.sed hoc uidetur.glo.in uer.tutores. & docto.in l.j.ubi Bartol.in iij.colum.in fin. uer. item quæro.ff.de iu.om.iud.ubi uide Spe.dicit posse delegari,licet sit misti imperij.eo.tit. uer. sed quæ. & uer.causarum.& uer.ex præmissis.uide doc.& Alex.in l.j.ff.de iur.om.iudi. ubi etiā dicit idem de curatore.

Tutor de cōsensu partium dari potest per alium iudicem, cùm prorogari possit iurisdictio dandi tutorem.Bald.in l.j.j. col. uer.an sit idem in dando tutore.C.de emanci.liber. in repetitione.

Tutor à quibus dari possit.in Specul.de tu.§. generaliter. uer. fi. & de cura. §.j. & fi.de instru. edi.§. nunc uero aliqua.uer. cæterùm.& seq.

Tutores dari possunt ex officio iudicis,etiā nemine petēte.no. in l.j.& ibi Alex.& doc.de iur.om.iudi. ubi etiam dicit in curatore idem.Vide Bart. in l. hoc autem.in prin.ff.ex quibus cau.in poss.ea.& in l.iiij.§.hoc autem.iij.col. & in iiij. oppo. de damno infecto.

Tutor quibus detur,uide j.eo.per totum

Tutor non datur filijs bannitorū. Bal. in l.j.ix.col.uer.item quia licet amittant iura.C.de hære. instit.Sed curator datur.ibidem.nisi sit bannitus pro crimine, cuius pœna sit deportatio de iure cōmuni.Bal.ibi.uide Bal. in auth.incestus.uer. pone, quidā condēnatus. C. de incest. nup.nisi mater.& s.uer.Mater tutrix.uer.xxxv.& xlix.

Tutor non datur habenti tutorem. l. si sub conditione. §. j. de test.tu.& l.si sororis.C.qui da.tu.pos.in Spe.de tu.§.generaliter.uer.itē quòd habenti.ubi ponit sex fallentias,nisi quando tutor primus sit creditor,uel debitor pupilli, durante tutela,quæ ideo non cessat,sed datur adiunctus,seu contutor. Ang.in auth.ut hi,qui perhi.obli.res mi.in prin.& Bar.in l.si impuberi. uer. ultimò not. ff. de tu.& cu.da. ab his.& s. uer. Creditor minoris.uer.vij.& ix.

Tutor ad litem datur pupillo.gl.in uerbo, perseuerare. in l.curatorē.de tu.& cu.da.ab his.Azo in Summa,qui pe.tu. Ang. in l.j.C.eo.tit.Sed litigaturo cū tutore datur curator. s. uer. Curator pupillo.uer.ij.& ix. Vide in ti.C.de in lit.dan.tu. in l.j.& per totum . quòd litigaturo cum tutore assistit contutor,qui si non sit,datur curator.

Tutor habenti tutorem datur,scilicet ad bona alibi sita. l. propter litem.& ibi.Bar.in §.qui se.in uer.ad primū. in lec. Nic. de Neap. ff. de excu.tut. Item in casu l. Lucius.§.cum testamento. de admi. tu. Item ad actum soluendi tutori, qui sibi soluere non potest: sed facta solutione cessat datus,& prima tutela conuenitur.Bar.in l.si impuberi.in uer. ultimò no. ff. de tuto.& cur.da.ab his.Et ita superioribus diebus feci seruari hîc in Capitolio. Item quando unus ex testamentarijs moritur,uel bānitur,quia eius loco alius datur,licet sit contutor testamētarius.l.si sub cōditione.§. planè. de testa. tut. Item,nisi cùm mater tutrix uult secundo nubere.Bal.in l. omnem.j.colum.uersi.deinde not.C.ad Tertul.Specul.ubi s. † Et uide Bal.in d.§.qui se.]

Tutor muto potest dari.l.muto.in prin.& ibi Barto.de tute.

Tutor spurio non potest dari in testamento patris.gl.& Bar.in l.j.in ij.quæst.ff.de testa.tut.sed naturali tantùm sic, si confirmetur.Bar.ibi.in j.q.per l.fin.C.de confir.tu.& ibi Bar.

Tutor filiofa.habituro litem cū patre de statu suo, dandus est. Bar.in l.si impuberi,circa mediū.uer.ex quo nota. ff. de tut. & cu.da.ab his.aliàs non.Alex.in l.bonorū.qui admitti. per gl.in l.si.§.fin autem.in ij.char.C.de bo.quæ libe.

Tutor absenti,& inuito dari potest inuitus,& absens.l.illud. & ibi Bar.de tu.& cu.da.ab his.Bald.in l.ij.in iij.no. C. de neg. gest.quod datur, licet pupillus non uadat ad iudicem. & s. Pupillus.uer.lxij.

10 Tutor an possit dari extraneo in testamento. j. Tutor testamentarius.uer.xlij.

Tutor filio adoptiuo dari potest in testamento patris.Bar.in l. naturali.§.j.in uer.sed aduertendum.ff.de confir.tu.

Tutor regi potest constitui. l. j. C. de tu. illu. perso. & ibi uide qualiter.

Tutoris datio ut pupillo,cùm non sit,non ualet.Bar.in l. Seiæ. in princip.ff.de tu.& cu. da. ab his. secus in curatore prodigi: ut ibi in uers.quādoq; datur curator.& s.Curator prodigo.uer.iiij.

Tutor datur pupillo.in Spe.de his,qui alie. no. uer. tutor. & in tit.de tute.per totum.

Tutor quis detur.in Spe.de tut.§.fin.per discursum.

Tutorem habenti datur quandoque curator. s. uer. Curator pupillo.uer. ix. Sed quæ sit forma. in Specul. de tu.§ fi. uer. in hoc autem dubio. & ibidem uide in uer. item quòd habenti. ubi ponit sex casus, in quibus habenti tutorem datur curator.

Tutor quando detur,uide infrà eodem.

Tutor etiam die feriata in honorē Dei dari potest. Barto.in l.nec mandante.§.dari.de tu.& cu.da.ab his. Addo tex. & Bald.in l.ij. ff. de feri.Bald. in l. actus.in j.q.& ibi.no. C.eo.& in Spe.eo.ti.§.sequitur uidere.uer.porrò.& ibi uide an moueri possit,quod gerat dicta die, sicut curator ad litē. l.qui habet.§.pe.de tute.

Tutor qualiter detur,uide j.eo. per totum.

Tutela ualet, etiamsi iudex dicit, Do T. proximiorem agnatum tutorem filio : quia exponitur, id est, datum declaro: quia erat legitimus tutor. Bartol. in l.j. uer. hoc facit ad q.& ibi Bald.in j.colum.in uer. ex hoc colligit Bartol. C.de negoc.gest.

Tutor cùm datur, debet promittere utilia facere, aliàs non ualet tutela. Itẽ & inutilia prętermittere. Bal. in cõs. Quæritur, an curator, &c. & in l. legitimos. in fi. principij. ff. de legi. tu. & Barto. in l. fin. §. omnem. C. de admi. tut. & sic intelligitur se generaliter ad defensionem obligare. Bar. in l. prætor ait. §. j. de oper. noui nun. Idem si promittit bene & legaliter gerere. Bartol. in l. tutoris. ff. de admi. tut. ubi dicit, quòd hodie debet expressè promittere, indefensum pupillum non relinquere. per l. fin. §. defensionem. C. eo. ti. & ibi Bar. & j̃. Tutor agit. uer. xxvj. & Alexand. consi. cxxix. j. parte. & Bartol. in l. prætor. in prin. de oper. noui nuncia. ubi Alex. Et prædicta cum iuramento. auth. ut hi, qui perhi. ob. §. fi. & ibi Ang. in j. not. Sed quid si contrà facit: j̃. Tutor contrahit. uersic. xx. & gl. in cle. quia contingit. de relig. domi.

Tutor ad unum articulum dari potest. Bar. in l. si certarũ. de testa. tu. & in l. si hæreditas. in prin. in prima oppo. & in l. si nemo. uersi. secundo, quòd dabitur procurator. eo. tit.

† Tutoris datio an ualeat hoc modo, quòd omnes simul administrent, & unus sine altero, nec duo sine tertio possint. uide Bal. in consi. cccij. in ij. parte.]

Tutoris datio incerta non ualet, etiãsi uenit certificanda ex futuro euentu. l. tutor incertus. de testa. tu. Bar. in l. quidam. in prin. in ij. col. in fi. uer. tertiò quæro. de reb. dub.

Tutor extra territorium datur uerbotenus, & debet scribi ad iudicem loci, cui subest tutor. Bartol. in l. diuus. de tut. & cura. da. ab his.

Tutor in certis bonis sitis in certa uilla, non potest dari, sed bonis sitis in certa prouincia, uel ciuitate sic. Bartol. in l. certarum. ff. de testa. tut.

Tutor regi qualiter constituat. in l. j. C. de tuto. & cura. illu. pso.

Tutor sub conditione dari non potest à iudice, sed à testatore sic. gl. j. magna, in prin. & Bartol. in l. quem dicis. C. de testa. tut. Addo tex. cum gl. in uerbo, tutorẽ. in §. ad certum. Insti. qui test. dari tuto. poss. & Spe. in ti. de tute. in fi. uer. item excipitur. Quæ autem sit ratio diuersitatis, uide gl. in d. l. quem dicis. & ibidem Bar. in pe. q.

Tutoris datio fit sine litis contestatione. s̃. Litis contestatio in quibus. uer. lvj.

Tutor cùm datur, quid debet facere iudex. in Spe. de tu. §. v.

Tutor quomodo cõstituatur, & quæ sit forma. in Spe. de actore ab uniuersi. & in ti. de iu. §. ij. uer. sequitur nunc uidere.

Tutelæ legitimæ instrumentum qualiter fiat, & qualiter iudex interponat decretum. in Spe. de tuto. §. ij. uer. instrumẽtum autem tutelæ.

Tutelæ datiuæ instrumentum qualiter fiat. eo. ti. §. iij. uer. in datiua autem.

Tutelæ anomalæ forma quæ sit. eo. tit. §. iiij. uer. huius tutelæ.

Tutor dari nõ potest pupillo, nisi citatis eius propinquis. Bart. in l. scire. §. fi. ff. de tu. & cur. da. ab his. Alex. in l. is, cui. in fi. de uerb. oblig. & s̃. Consanguinei.

Tutor quis esse possit, uel non. j̃. eo. & j̃. §. Tutor excusatur. per totum.

Tutela denegatur ei, qui cum fisco se miscuit per contractum. l. in confirmando. & seq. & ibi Bar. in iij. no. ff. de confir. tut. Vide gl. in l. j. C. ne tut. uel cu. uectigalia condu.

Tutor idoneus dicitur, qui à principio fuit idoneus, licet fiat pauper. Bal. in l. si mulier. uer. ex qua collige duo arg. C. de iure dot. Item arbitrio iudicis. Bal. ibi.

Tutor esse potest gabellarius. j̃. Tutor contrahit. uers. iij.

Tutor esse non cogitur conductor prædij. Nic. de Neapo. in l. spadonem. §. qui uectigalia. in lect. Bar. ff. de excu. tut.

Tutor incertus dari non potest. s̃. §. proximo. uer. iiij.

Tutor esse non potest minor uigintiquinque annis, sed factus maior potest tutelam ante delatam gerere. s̃. uer. Minor tutoris. uer. j.

Tutor dari potest etiam iudex à prioribus ciuitatis. l. decreto. & ibi Bar. ff. qui pe. tu.

† Tutor an antianus esse possit. uide Bald. in consilio cccx. in quarta parte.]

Tutor esse an possit creditor pupilli. suprà, Creditor minoris. uer. vij. cum seq.

Tutor esse an possit debitor pupilli. suprà, Debitor pupilli. uer. primo.

Tutor iurãs se credere esse creditorem pupilli, repellitur à tutelà. Angel. in auth. ut hi, qui perhi. obliga. res mi. in prin. in ij. no. colla. vj.

Tutor debet esse tantum diues, quantum pupillus. l. ij. §. idoneos. & ibi Bart. ff. ad Tertul. & no. in l. paupertas. de excus. tu. quo casu dicit ibi Bar. quòd potest administrare, etiamsi non præstet fideiussorem. Sed Bar. in l. si quis inter. §. j. eo. ti. dicit fin. quòd si est pauper, & datur ex inquisitione, nec reperit fideiussorẽ, datur sibi adiunctus, cum quo administret. Caue ad ista duo nota. Bar. quia nihil dicit. Si tamen prętet fideiussorem, potest solus administrare, nec datur sibi adiunctus. & est glo. in d. l. paupertas. in uerbo, imparem. Sunt tamen plures dandi tutores, qui inter omnes sint diuites, ut pupillus. glo. ibidem. & doc. Adde suprà uerb. Curator pupillo. uer. viij.

Tutor forensis an detur. in l. etiam. & ibi Bart. ff. de tute. quòd sic in testamento. & s̃. uer. Forensis conuenitur. uer. xxiiij.

Tutor esse non potest, qui possidet res pupilli. gl. j. in uer. item quid si rem minoris. & Bart. in auth. minoris. in j. col. in fin. in uer. item quæro. C. qui da. tu. pos. Sed glo. contra in l. j. C. de in lit. dand. Sed caue, quia illa gloss. ponit casum econtrà: quia prę supponit pupillum possidere rem tutoris: quo casu tutor per hoc non desinit esse tutor. Vide Ang. in auth. ut hi, qui obli. perhi. res mino. in prin. in iij. col. uer. quęro, an possidens. ubi simul ponit utrumq; casum, & quãdo tutor possidet, & quando pupillus.

Tutor esse potest filiusfa. s̃. Filius tutor. uer. vj. & seq.

Tutor esse non potest, qui nec curator. gl. & Bartol. in auth. minoris. iij. col. uer. uenio ad seq. gl. C. qui da. tut. pos.

Tutrix etiam mater dari potest filijs banniti. Item filijs bastardis. s̃. uerbo, Mater tutrix. Et ibi an possit dari filijs deportati. uer. vij. & xxx.

Tutor esse non potest, qui litigat cum pupillo. Bart. in l. iure. aliàs est l. idem fiet. §. cùm autem. de testa. tut. l. si ut. C. de excu. tut. & j̃. §. proximo, uer. xiiij.

Tutor magnus dominus, uel rex dari potest, quia dicitur, tutor honorarius, id est, datus ob honorem, ut pupillus habeatur in maiori reuerentia: sed talis non administrat. Bar. in l. iure nostro. §. j. de testa. tutel. l. quod si fortè. §. sunt quidam. & ibi Bar. in j. q. ff. de solutio. quem §. legit in l. uero procuratori. eo. tit.

Tutor, etiam inuitus & absens dari potest. l. illud. & ibi Bar. de tu. & cu. da. ab his. & in Spe. de tu. §. v. uers. quid si plures. & de instr. edi. §. xiiij. uer. hoc etiam. sed debet ei intra mensem intimari datio. j̃. Tutor datiuus. uer. xviij.

Tutor dari potest etiam unus ex decurionibus ab ipsis, absente magistratu. l. ubi absunt. & ibi Bar. de tu. & cu. da. ab his. & in Spe. de iure patro. uer. sed nunquid. el j.

Tutor forensis dari non potest. s̃. uer. Forensis conuenitur. uer. xiiij. Quod intellige à iudice: sed in testamento bene potest dari: ut ibi. & s̃. uersi. xiij.

Tutor, uel curator dari potest is, de cuius statu lis pendet. l. j. & ibi Bar. C. qui da. tu. pos.

Tutor testamentarius quis esse potest, uel non. in Spe. de tu. §. si tutor. per totũ. Et quis legitimus in §. si uerò dicit. Et quis datiuus. in §. siue autem. tutor.

Tutori obstant uiginti exceptiones, uel circa, per quas constat quis esse potest, uel non: ut in Spec. eo. tit. §. fi. adde etiam alios casus in §. j. eo. tit. per totum.

Tutor idem esse potest, & executor testamenti. in Spec. de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. uer. sed pone, quædam.

Tutor an esse possit conuersus. in Specul. de sta. mon. §. ij. uer. xxxvj. & seq. de tuto. §. fi. uer. quid de conuersis, quòd non, si sunt professi, & uestiti: aliàs sic.

Tutores dari possunt impetrantes tutelam à papa. in Spec. de curato. in prin. quid de his.

Tutor an esse possit uitricus. j̃. uer. Vitricus. uer. j. quòd sic.

Tutrix esse non potest fœmina. l. j. C. quãdo mu. tu. off. fun. potest. nisi mater & auia. in auth. matri & auiæ. eo. tit.

Tutor clericus an dari possit. s̃. uer. Clericus.

Tutor locis uicinis accipi potest, quando idoneus in loco non reperitur. l. diuus. ff. de tu. & cu. da. ab his.

Tutor esse non potest socius bonorum pupilli, sed socius in re certa sic: de qua tamen re certa non sit habenda lis magna inter eos. Bar. no. in auth. minoris. C. qui da. tu. po. & s̃. uer. Socius.

Socius. Quod nota pro fratre maiore habente bona cōmunia cum pupillo, ut non possit esse tutor fratris: in quo multi de nostris errantes, quotidie contrariū cōsulunt. † Vide Bal. de fratre. in l. & post. de transf. in fin. j. col. uer. sed pone.]

Tutor clericus an esse possit. s̄. uer. Clericus tutor.

† Tutor clerici an laicus legitimus esse possit. uide Bald. in consi. xlv. in iij. parte.]

Tutor excusatur, ut j̄. & s̄. §. proxi. per totum.

Tutela filiæ emancipatæ numeratur in numero tutelarū, excusante ab onere tutelæ. l. si quis inter. de excu. tu.

Tutor suscepta tutela quibus casibus possit se excusare. in l. uerum. §. ex facto. cum gl. in uer. deponere. ff. de mino. in l. post susceptam. de excu. tu. & j̄. uer. Tutela finitur. uer. v. & per discursum. aliàs non. l. tutores. ibi Bartol. & Bald. C. si ex fal. alleg. tu. da. sit.

Tutor confitens se creditorem, uel debitorem pupilli, ut se excuset, non excusatur. Bar. in l. athletæ. §. amplius. in lec. Nic. de Neap. ff. de excu. tut.

Tutor qui se rescripsit, non excusatur. infrà, Tutor testamentarius. uer. vij.

Tutor debet se excusare intra quinquaginta dies. l. scire. §. j. de excu. tut. & ibi Nic. de Neap. in lec. Bar. & Bar. in l. ij. §. confestim. ad Tertul. & in Spec. de excep. §. ij. uer. cæterùm. & de appel. §. ij. uer. vij. Addo tex. in §. qui autem. & ibi glo. in uer. intra. Insti. de excu. tu.

Tutor non cogitur esse conductor prædij. s̄. proxi. §. uer. v.

Tutor excusans se à tutela, perdit legatum. l. pe. in fi. C. de legi. l. etiamsi patris. & ibi. Bar. de leg. j. l. qui tutelam. in princ. & ibi Bartol. ff. de test. tu. & j̄. eod. uer. xviij. cum præce. l. amicissimos. in princip. & ibi Bald. ff. de excu. tut. non substitutione pu. ut ibi. addo Bar. in l. Nesennius. ff. de excu. tu. & in lec. Nico. de Neapo. & ibi Bald. † Vide Ro. in consil. ccvij. * Rui. consi. xxxviij. Viso testamento. nu. 2. consi. xlix. quantum. nu. 1. uol. ij. intellige, si legatū reliquerat, ut tutelæ onus susciperet: si enim omnino relicturus erat, secus esset, & ita in terminis respondit Rui. d. consi. xxxviij. nu. 3. d. consi. xlix. nu. 4. omnino autem uidetur relicturus, si uel cōiunctę personæ legauit. fac. l. tutor. §. quæ tutorib. ff. de excu. tut. c. requisiti. de testam. glo. in c. fi. de testam. in vj. uel uxori. l. cùm alienam. C. de leg. Ang. consi. clxvj. præsertim cùm eam & ad secunda nota transeuntem, quo casu tutelam deponeret, & si agnouisset. Bar. in auth. matri & auiæ. C. quā mul. tut. off. fun. po. & in l. si sub conditione. ff. de testam. tut. legatum obtinere uoluit. & ita respondit Io. Crot. con. cxlviij. Æmilius Maria Manolessus.

Tutor inuitus non cogitur, si fideiussorem non reperit. l. si in tres. §. Imperator. de excu. tu. Bal. in l. j. ad finē. C. quod cum eo. & Bartho. Cæpol. in caute. xxxiij.

10 Tutor consentiens confirmationi suæ, non potest se excusare. l. Caius. per Bar. in lec. Nic. de Neap. de excu. tu. Nic. de Neap. in l. scire. §. oportet. el j. in lec. Bar. eo. ti. & in l. iurisperitos. §. patronus. eo. tit.

Tutor excusatus non tenetur de periculo. l. si tutor. C. de excu. tuto.

Tutoris excusati loco datur alter. l. potuit. & l. licet. C. in qui cau. tut. haben. tu. da.

Tutor inutiliter datus nō habet necesse se excusare. j̄. §. proximo. uer. xxvij.

Tutor litigans de maiori parte bonorum cum pupillo, excusatur à tutela. l. si ut allegas. C. de excu. tut. Addo glo. in §. item propter litem. Insti. de excu. tu.

Tutor si uult se excusare à tutela etiam suscepta, sit cautus, ut doceat se nō legitimè datum ex aliqua causa, & petat alium dari, & liberatur. Bartol. singul. in l. tutores. §. qui se. quem legit cum §. curator. in uersi. ultim. no. ff. de admi. tu. uel doceat fuisse erratum in datione sui, quia non tenet. l. tutor. si fuerit petitus. de tu. & cu. da. ab his. Bartol. tenet in authent. matri & auiæ. in iij. col. uer. quæro, quid si mater. C. quando mul. tu. off. fun. po.

Tutor acceptans legatum cogitur ad tutelam. Bartol. in l. Nesennius. in prin. in uer. extrà quæro. in lec. Nico. de Neapo. ff. de excu. tut.

Tutor non perdit legatū, quando nō stat per ipsum, quin tutelam suscipiat. l. cùm filius. §. non iure. & ibi Bar. de leg. ij.

Tutor appellans à datione tutelæ, si succumbat, an perdat legatum. s̄. uer. Legatarius. uer. viij.

Tutor, qui non excusatur, cogi potest sine libello, & ordine iudicijs. Bart. in l. j. in prin. ij. q. ff. de admi. tu.

20 Tutor potest se excusare sine libello. suprà, Libellus necessarius. uersic. xxxvij. & lxxiiij. Addo idem esse in petitione tutoris, in qua libellus non requiritur: ut ibidem. uer. iij. xliiij. & liij.

Tutor malè excusatus cogitur ad tutelā officio iudicis. in Spe. de offic. om. iud. §. ij. uersic. item agitur.

Tutor qualiter se excuset à tutela. in Spe. de tutore. §. ij.

Tutor excusatur, si habet tres alias tutelas, uel unam magnam, quæ æquipollet tribus. in Spe. de test. §. satis utiliter. uer. illud autem. & l. tria. ff. de excu. tu. l. si is, qui tres. eo. tit.

Tutor excusatur propter ætatem senilem annorum septuaginta. l. ij. ff. de excu. tut. l. j. C. qui æta. lib. x. & l. fi. eo. ti. li. x.

Tutor testamentarius se iustè excusans, auditur. in Spe. de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. uer. cæterùm. & seq.

Tutor excusatur à tutela numero liberorū. ut l. j. C. qui nume. liberorum. Et intellige de legitimis. in Spe. de loca. §. nunc aliqua. uersi. lxviij. Et intellige de numero trium liberorum in urbe Romana, in Italia quatuor, in prouincijs quinq;. d. l. j. li. x. & Insti. de excu. tu. in prin.

Tutor testamentarius dari potest in testamento etiam imperfecto inter liberos, nō aliter: id est, quia unus filiorum detur tutor alteri filio. Barto. in l. si quis à patre. ff. de confir. tu. & in l. ij. post gl. C. eo. ti. Bal. & doc. post gl. in uer. liberos. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. in ulti. q. C. de testa. Angel. contrà in filijs. in auth. de testa. imperfect. in ij. col. in uer. ultimò ergo quero. col. viij. per Bal. in d. ultima q. & gl. j. uer. item si det tutorem. doc. & Ang. in l. j. C. de test. tut. Bart. in l. peto. §. mater. de le. ij. nisi confirmetur. Bald. in d. §. ex imperfecto. in d. ulti. q. scilicet quando est extraneus, cui nec relictum debetur: secus, si filius. & Bar. in l. impuberi. in iij. no. ff. de admi. tut.

Tutela in codicillis non potest dari. Bald. in l. emancipati. pe. colu. in uer. ex quo nota, quòd uerbum. C. de col. nisi testamento confirmetur. Bald. in l. Nesennius. de excu. tu. & in l. fi. & ibi gl. in uerb. permanerent. ff. de testa. tu. gl. Insti. de tute. §. permissum. in uer. testamento. Ang. post gl. j. in l. j. C. de testa. tute. † An & quando dari possit, uide do. Bar. Soci. in consi. cclxxxiiij. incip. Eleganter. uer. secundò respondeo. in ij. parte, ubi etiam, an tutor datus in testamento perdat, & alter in codicillis reuocatus uidetur, & quid si sint duo dati in testamento, & unus in codicillis sit approbatus, an alius reprobari censeatur.]

Tutela conseruatur per auth. ex causa. C. de lib. præte. doc. & Bal. ibi in x. col. in uer. sed contra prædicta. per Bart. in l. j. §. fi. circa med. uer. alij uerò. & ibi d. Alex. in iiij. col. ff. de uul. & pup. & in l. iure. §. fi. ff. de testa. tu. in uer. nota etiam. ut nec confirmanda sit, secundū Bal. ibi in ix. col. in d. auth. ex causa. sed Imò. post Bal. in iij. q. & Bar. in d. l. j. dicit non ualere, licet legata conseruentur.

Tutela confirmatur per aditionem. gl. in uersi. ualent. & Bart. in l. si nemo. de testa. tut. in j. q. & Instit. de Attil. tut. §. item si purè. Sed quando pupillus est hæres, confirmatur per existentiam suitatis, nisi pupillo sit facta substitutio: quia tunc debet dari curator, uel etiam tutor ad adeundum. Bartol. ibi in d. j. q. & in l. quem dicis. in pe. q. C. de testa. tut. & in l. si filius, qui patri. in ij. col. ad fi. in uer. nota secundum hoc. ff. de uul. & pup. & in l. Iulianus. in prin. in j. opp. ff. de acqui. hær. Bal. in l. j. in uer. ex his apparet. C. si ut se ab hæred. absti. & j̄. Tutor adit. uersi. ij.

Tutela testamentaria an faciat cessare legitimam, & datiuam, & econtrà. Bar. in l. si quis sub conditione. de testa. tu. in ij. & iij. col. distinguit. & per Alex. consi. cxl. j. parte.

Tutela testamentaria matris, & auiæ, dicitur uoluntaria, quia non cogitur: sed aliæ dicuntur necessariæ, scilicet quæ testamento deferuntur. Bart. in d. l. si quis sub. v. col. uer. quæro, an mater & auia. & in auth. matri. in ij. col. ad fin. uer. quæro, an mater & auia. C. quando mu. tu. offi. fungi pos.

Tutorem se quis in testamento scribere non potest. Bald. in l. iudices. in j. colum. in fi. C. de fide instru. & s̄. uer. Notarius de quibus rogetur. uer. xxiij. Sed si se scribat, non excusatur.

Bartol. in l. non putauit. §. si quis sua. in princip. ff. de bono. possess. contra tabu. quòd non.

Tutor testamentarius, & legitimus differunt nomine, non re. Bald. in l. precibus. xv. col. in uer. sequens q. C. de impu. & ali. substi. Item,

Tutor testamnntarius, legitimus, & datiuus, æquiparantur. gl. in l. tutores. in uer. personarum. in fi. C. de admi. tut.

10 Tutor testamentarius excusans se, perdit legatum. s. §. proxi. uer. viij.

* Tutor testamento datus: si enim si maximè uellet, non posset, esset tutor: ut quia minor uel miles potest consequi legatum sibi in testamento relictum. l. ab administratione. C. de legat. Bar. in l. pen. C. eo. Lud. Rom. consi. ccxxxv. quod primum. in prin. Io. Crot. consi. cxlviij. nu. 9. l. cùm filius. §. non uidetur. l. pe. & ibi no. glo. ff. de leg. ij. & in l. post legatum. §. admittere. ff. de his qui. ut indig. Ang. consi. clxvj. uer. quartus. Æmilius Maria Manolessus.

* Tutoribus cùm testamento sit legatum relictum, ij tantùm qui tutelam gesserint, integrum legatũ accipient. l. si ita fuerit. ff. de ma. testa. Bald. in l. si plures. colu. v. ff. de cond. inser. Dec. Tholo. dec. ccxciiij. Æmilius Maria Manolessus.

† Tutor testamentarius, quandiu superest legitimus, ad tutelam non admittitur: tamen si semel tutela ad testamentariũ est deuoluta, deinde excusatus sit legitimus semel exclusus, sublato etiam impedimento testamentarij, amplius nõ admittatur. do. Bart. Socin. in consi. lxiiij. uer. incipit. In causa. uer. præterea. circa fi. in j. parte.]

Tutor faciens sibi relinqui in testamento aliquam rem, quam testator erat relicturus filio pupillo, punitur in duplũ. Bart. post glo. in l. Titio. ad fi. uer. ultim. contrarium inducit. ff. ad municip. & per glo. in l. Lucius. §. Sempronia. in uerbo, actionem. ff. de leg. ij. quæ tamen loquitur in alio proposito. & in l. quicquid. in uer. non quęsierint. in uer. sed quid. & ibi doc. C. arbi. tu. ubi Ang. & gl. in l. pupillorum. in glos. in uer. amissæ. C. de admi. tut.

Tutor grauari non potest à testatore, nisi honoretur. l. Thais. §. ij. de fideicomm. li. gloss. in l. cùm etiam. C. de re. cre. & ibi Bald. in ij. q.

Tutor testamentarius cogitur causatiuè, non præcise ad educationẽ pupilli. Ray. & Nic. de Nea. in l. j. §. quamuis. in lec. Bar. ff. ubi pupil. edu. deb.

Tutor testamentarius potest allegari suspectus. l. etiam. C. de suspe. tutor.

Tutor testamentarius potest sibimet tradere, & possessionem capere propria authoritate, nõ datiuus, nec legitimus. Bal. in l. cùm ipse. in ij. col. in uer. demùm reuocatur in dubium. C. de contrahen. emp. l. fistulas. §. fundum. & ibi Bar. ff. eo. ti.

Tutor testamentarius non solenniter datus, debet peti confirmari per iudicem ab agnatis. s. uer. Agnatus. uer. xxv. Item & ipse debet petere, aliàs tenetur. l. credendum. in princ. & Bart. in l. si minores. in iij. col. j. q. ff. qui pe. tut. Et talis præfertur legitimis, & matri. Alex. consi. cxl. j. parte.

Tutor primus non uidetur reuocatus per dationem secundi tutoris in testamento eodem. no. in l. ij. C. de testa. tut. Lud. in fin. uer. Vicarius. uer. uacabat unum officium.

Tutor debet certificari per personam, quę uiderit testamentũ, uel aliter uerisimiliter sciat, uel scire præsumatur, uel per ostensionẽ testamenti. Bart. in l. quidam. §. fi. ff. de admi. tu.

Tutor in testamento ingressi in monasterium an possit dari. in Spe. de sta. mo. §. ij. uersi. lvj. quòd sic. de æquitate.

20 Tutor datus posthumis in testamento, intelligitur datus etiam posthumo nato post testamentum, uiuo patre. l. si quis ita. §. fi. de testa. tu. Alex. in rub. ff. de libe. & posthu.

Tutor testamẽtarius liberatus à testatore, an teneat̃ ad restitutionẽ reliquorũ. Pau. de Cast. consi. ccclxxij. inci. Ad primũ quæsitũ respondetur. ꝙ sic. & s. Liberatio legata. uer. xix.

Tutoris testamẽtarij datio si nõ ualet, ualẽt legata ab eo facta, quia debent̃ à pupillo. l. peto. §. mater. & ibi Bar. de legat. ij.

Tutor testamentarius potest dari sub conditione, nõ datiuus. s. Tutor qualiter. uer. ix.

Tutor testamẽtarius potest se excusare. s. uer. prox. uer. iij. & v.

Tutor testamentarius non tenetur actione tutelæ, nisi administrauerit: aliàs sic, etiamsi est inutiliter datus. l. j. & ibi Barto. C. de test. tute. & no. in l. scire. §. fi. de excu. tu.

Tutor testamentarius an teneatur de neglectis. in l. si tibi pater. & ibi glo. in uer. neglectis. C. de test. tu. in l. quicquid. arbi. tute. & in l. ob fœnus. ff. de adm. tu. quòd sic. & j. Tutor tenetur. uer. xij.

Tutor inutiliter datus in testamento, nisi confirmetur, non habet necesse se excusare. l. j. & ibi Bar. & doc. C. de confir. tut. & donec confirmetur, potest administrare, si petijt confirmari. Bartol. in l. qui à patre. ad fi. ff. de confir. tut. & j. eo. uer. xxxix. & Ang. in l. si ut proponis. C. de confir. tut.

Tutor testamentarius datus filio bastardo, debet confirmari. l. fi. & ibi Bal. C. de confir. tut. & ibi Bar. & Ang. & Bar. in l. j. in j. q. ff. de testa. tute. & s. Tutor quibus. uer. vij.

Tutor inutiliter datus non tenetur, si alter sit legitimè datus. l. tutores. §. curator. & ibi Bartol. in uer. ult. no. ff. de admi. tut. Item liberatur à tutela, si faciat alium dari tutorem. d. l. §. qui se. & ibi Barto. quem legit cum §. curator. & s. §. proxi. uer. xv.

Tutor inutiliter datus, & confirmatus, an dicatur testamentarius, uel datiuus, & an præferatur legitimo. Bartol. in l. j. in ij. q. & ibi Bald. in uer. quærit hîc glo. C. de confir. tu. Bar. l. j. in q. ij. & in uer. sed quæro, utrũ talis. ff. eo. tit. & in l. j. in prin. in lec. noua, in uer. uenio ad primam partẽ. ff. de pecu. quod præfertur legitimo. & per Alex. consi. cxl. j. parte. & dicitur testamẽtarius. Bal. in l. Nesennius. de excu. tu. & Bart. in rubrica, de eo, per quem fac. erit. de quo per gl. Inst. de tut. §. fi. in uerbo, emancipato. Sed quòd sit datiuus, tenet Bart. in l. iure. §. propter. in fi. ff. de testa. tute. & in d. l. j. ij. q. ff. de confir. tut. Addo gl. in l. j. in gl. j. in uerb. item, an tutor. & ibi Bar. ad fi. C. de confirma. tut.

Tutoris confirmatio debet peti à pupillo. Angel. in l. ij. in prin. C. de confir. tuto.

Tutor in testamento datus usq; ad uiginti annos, intelligitur, quòd sit tutor usq; ad quatuordecim annos, & curator ab inde s. Angel. in d. l. ij. & no. in l. pater Seuerinam. §. conditionum. de condi. & demon.

Tutor à matre datus an concurrat cũ tutore dato à patre. Ang. in l. fi. C. de confir. tut. quòd sic, si simul fuerint dati: secus, si pater primò dedisset, per regulam, quia habenti tutorem, tutor dari non potest.

Tutor remotus culpa sua, perdit legatum. j. Tutor suspectus. uer. xxiiij.

Tutor per auiam in testamento dari potest, sicut per matrem, sed confirmari debet. l. iij. in prin. & ibi Bar. uer. quęro, quid in auia. ff. de testa. tute.

† Tutor testamentarius solus præfertur matri, & auiæ, in tutela. do. Pet. Phi. Cor. in consi. cx. in litera D. in iij. parte.]

Tutor in testamẽto datus, quod falsum dicitur, debet interim confirmari, cùm interim pro testamento præsumatur. Bart. in l. iure. §. propter. ff. de testa. tute.

Tutor à patre minore uigintiquinq; annis, in testamento dari potest. Bartol. in l. quæro. §. Lucius. de testa. tut. & in l. ij. §. quamuis. in j. no. ff. de admi. tut.

Tutor in testamento non solenni datus, licet non petat se confirmari, si non gerat tutelam, non tenetur. Bar. in l. qui à patre. in j. q. ff. de confir. tu. & in l. impuberi. paulo post princi. ff. de admini. tuto. l. j. & ij. C. de confir. tu. & j. Tutor datiuus. uersic. xij.

Tutor petens se confirmari, potest administrare etiam, donec iudex ex negligẽtia differat cõfirmare. Bart. in d. l. q. à patre. in fi. & Ang. in l. si ut proponis. C. eo. ti. & s. eo. uer. xxvij.

40 Tutor dari potest in testamento ab extraneo instituente pupillum, seu debet confirmari. l. si patronus. & ibi Bartol. ff. de confir. tut. & in l. naturali. §. si quæratur. in ult. q. eo. tit. & j. uer. xlij.

Tutor in testamẽto patris datus quãdo debeat cõfirmari. Bar. in d. l. naturali. §. si quærat̃. ad fi. Itẽ an in testamento matris: ibidem in antepe. q. & l. j. C. eo. ti. quòd sic, si instituit.

Tutor in testamento extranei datus, quando debeat confirmari. Bart. in d. l. naturali. §. si quæratur. in ulti. q. quòd sic cum inquisitione, si instituit pupillum: aliàs non.

Tutor testamentarius, qui mutauit mores in peius, non debet confirmari. l. in confirmando. & ibi Bar. de confir. tut. l. si plures. §. quamuis. & ibi Bar. ff. de admi. tut.

Tutor testamentarius debitor testatoris, si de tutela fecit compromissum

promissum cum pupillo, finita tutela, & condemnatus, an teneatur ad debitum primum. in Spec. de arbit. §. excipitur. uer. sed pone, T.

Tutelæ testamentariæ formam uide in Spec. de tut. §. j. uel instrumentum autem. ubi de ea.

Tutor datiuus datur, quando mater tutrix secũdo nubit: sed si mater nũquam fuit tutrix, locus est legitimis. Bart. post gl. in uer. à tutela. in auth. sacramentum. in j. col. in uer. sed quæro. C. quando mul. tu. offi. fun. po. Ang. in auth. matri & auiæ. eo. tit. per Bar. plenè in l. si quis sub conditione. viij. col. in uer. quæro, matre exclusa. ff. de test. tut. & in d. auth. matri. in ulti. col. & j. §. proxi. uer. xv.

Tutor datiuus datur, donec mater minor fiat maior. s. uer. Mater tutrix. uer. xxiiij.

Tutor datiuus confirmatus an præferatur legitimo. Bald. in auth. eisdem. in ij. col. in uer. sed pone, quòd ista mater. C. de secun. nup. & in auth. sacramentum. super gl. in uer. à tutela. quæ incipit, sed ad quos. ubi distinguit. C. quando mul. tut. offi. fun. po. Bar. in l. j. in prin. uer. uenio ad primam partem. in lec. noua. ff. de pecul.

Tutor datus in locum absentis. Item honorarius, uel datiuus, debet facere inuentarium. Bart. in l. tutor, qui repertoriũ. in prin. in j. col. in uer. quærit gl. an tutor. ff. de admi. tut.

Tutor datiuus non potest sibi tradere. s. §. proxi. uer. xv.

Tutor datiuus petitus à matre præfertur legitimo. Bald. in l. omnem. in j. col. in fi. uersi. quæro, an datiuus. C. ad Tert. sed Spec. de tuto. §. nunc. uer. quid si mater. dicit quòd si est aui, præfertur auia petito à matre.

Tutor datiuus datus pro testamentario mortuo, uel excusato ad tempus, an desinat esse tutor morte alterius testamentarij. gl. in l. si tutor. §. si duobus. in gl. in uer. impuberis. uer. itẽ quid si duo. & ibi Bart. in lec. Nico. de Nea. in uer. quærit gl. el ij. ff. de tut. & ratio. distr. quòd non.

† Tutore mortuo, ex pluribus testamentarijs deficiente, an alius per iudicem dandus sit. uide do. Barth. Soci. in consil. cxciij. incip. Circa primum. in prin. usque ad uer. circa secũdam q. in ij. parte.]

Tutor debet dari sequens proximior in gradu, quando proximior est minor, qui datiuus cessat, cùm proximior in gradu factus est maior. Bart. in d. §. si duobus. in lec. Nic. de Nea. in uer. quærit gl. el j. & ibi gl. in uer. impuberis. per l. nõ solùm. ibi allegatam.

Tutor datiuus datur, qui soluat tutori, & desinit esse facta solutione. Bar. in l. impuberi. in uer. ultimò nota. ff. de tuto. & cur. da. ab his.

10 Tutor datiuus datur, donec testamentarius minor fiat maior, & tunc cessat. Bald. in Spec. de tut. uer. si tutor. & s. Mater tutrix. uer. xxiiij.

Tutor datus à iudice si malè gerat, tenetur iudex in subsidiũ. j. Tutor tenetur. in uer. xxiiij. & in Spec. de iudi. §. ij. ubi idem dicit, si eum dare differat.

Tutor inutiliter datus debet petere se confirmari. Bart. in l. tutores. §. curatores. el ij. in fi. ff. de admi. tut. per l. qui à patre. & ibi Bar. in j. q. ff. de confir. tut. & in l. impuberi. paulo post prin. ff. de admi. tut. & s. Tutor testamentarius. uer. xvj. Et si non gerit, uel non petit se confirmari, non tenetur: secus, si sponte gerit. Bart. in d. l. impuberi. paulo post prin. in l. j. C. de testa. tut. & in d. l. qui à patre. in j. q. & s. §. ꝓxi. uer. xxxix.

Tutor datus à iudice, ignorante matre pupilli, an sit tutor. gl. j. & doc. in l. tutor si pętitus. de tut. & cur. da. ab his. Bar. in authen. matri. ult. col. in uersi. quæro, quid si datur. C. quando mu. tu. offi. fun. po. ubi dicit, quòd nõ tenet datio, matre insciа: sed ualet, si fuit citata, & in mora.

Tutor datus ex inquisitione, an sit confirmandus. Bar. in l. naturali. §. si quæratur. in ij. opp. ff. de cõfir. tut. quòd sic. Et debet fieri inquisitio de ꝑsona, id est, de moribus: & super hoc debet prius pronunciari, & decretum interponi. Bar. ibi.

Tutor datiuus potest dari loco unius ex pluribus testamentarijs mortui, uel banniti. l. si sub conditione. §. planè. de testa. tu. & hoc casu tutor datur habenti tutorem.

Tutor per inquisitionem dicitur datus citatis citandis. Bald. in l. omnem. in j. col. in fi. uer. quæro, an datiuus. C. ad Tertul. & non probatur datus per inquisitionem ex uerbis instrumẽti, Iudex uidens T. esse idoneum, &c. ibidem. ubi dicit probari idoneum ex his. Vnde

Tutor quando datur ex inquisitione, sunt requirendi amici, & coniuncti pupilli. Bald. ibi. & Bar. in l. scire. §. fi. de tuto. & cura. da. ab his.

Verbis inanibus captiones insurgunt.

Verborum multitudo est euitanda. eo. tit. uersi. iiij. usq; ad medium. & §. consequenter. uersic. item cautus sit.

Verbis alterius creditur. Spec. ibidem. & s̃. Credo. uer. vj.

Verbis blandis utendum est, quia his homines flectuntur. eod. tit. §. v. uer. auidè.

Verborum adminicula non requiruntur ad ueritatem illuminandam. Item,

Verbis prosperari non debet quis curare, sed moribus.

Verborum folia non continent Euangelium, sed radix ueritatis. Item,

Verbis præfertur sententia, sicut anima corpori. Item,

Verba talia aures indicant, qualia foris audiunt. in Spe. de litis contesta. §. j. uers. ex præmissis. de aduocato. §. nunc de exordijs. uersic. aduocatus ergo. Item,

90 Verba instituta sunt ideo, ut per ea quisq; proferat cogitationes suas in notitiam alterius, non ut se fallant. Vnde

Verborum color non debet attendi, sed ueritas consistens in contemplatione sermonis. Item,

Verba pro uerbis reportantur: sed quandoq; res pro uerbis. Item,

Verba comparantur uentis, nubibus, & imbribus. Item,

Verborum uires non sunt curandæ: quia ueritas quandoq; fallitur, dum uerborum proprietas attenditur. Item,

Verborum fastus pictoratus est euitandus, & simplicitati innitendum est ueritatis amicæ. eo. tit. §. nunc de exordijs. uersi. aduocatus ergo. cum sex colum. seq.

Verba ligant homines, taurorũ cornua funes. eo. tit. §. utriusq;. ad fi. uersic. item debet legere. & gl. Instit. de obligatio. in gl. ij. in uer. iuris uinculum.

Verbosus habet contra se præsumptionem. in Spec. de teste. §. j. uer. item quòd est uerbosus.

Verbum uideri non potest, sed audiri: licet secundum Aristotelem, uoces sint aliæ albæ, aliæ nigræ. in Spec. de teste. §. nunc tractandum est. uersic. de auditu.

Verba transposita idem significant. in Spec. de actio. seu peti. §. sequitur. uer. cæterùm si tu. aduocate.

100 Verborum breuis mutatio mutat effectum. Ideo,

Verborum ordo inspicitur. in Spec. de excep. & replica. §. uiso quando exceptiones. in prin.

Verba quandoq; desunt, sed sententia locum habet. in Spe. de interro. quæ fi. in iud. §. nunc de interroga. uer. & nota.

Verbum habens duos significatus refertur ad unum, qui colligatur ex præcedentibus. gl. ij. in c. recolentes. de statu mona.

Verba debent intelligi sub modo, nisi quãdo causa de se necessitatem importat, ut promissio pro dote Bar. in l. cùm mota. in j. col. in uer. pro huius ergo declaratione. C. de transact.

Verba sunt ciuiliter intelligenda. l. si cui. de seruitu. & ibi Alex. Idem in testamentis. j. §. seq. uersic. xx.

Verba quæ possunt intelligi naturaliter, & ciuiliter, debent intelligi naturaliter, ut uerbum, Mors. l. fi. C. de his, qui ue. æta. gl. in c. suspectum. de rescript. in vj. gl. xv. q. ij. placuit. Alex. consil. iiij. iiij. parte.

Verbi uis quandoq; facit probationem. in Spec. de lit. contest. §. j. uer. quid si reus.

Verbum demonstratiuè prolatum, non assertiuè, non probat. in Spec. de posi. §. vij. uer. xj.

Verba non immutant ius. in Spec. de instru. edi. §. instrumentum ergo. uersic. quid si à contrahentibus.

Verba sunt intelligenda secundum communem usum. in Spe. qui filij sint legi. uer. quid si quis ita.

Verba testatoris sunt attendenda, nec ab eis est recedendum, nisi constet de mente contraria. l. non aliter. §. cùm in uerbis. ff. de leg. iij. in Spec. de instru. edi. §. restat uidere. uer. quid si in aliquo.

Verba testatoris minus spectantur in fideicõmissis, quàm uoluntas. Sp. eo. tit. §. nunc uerò aliqua. uers. pone, procurator.

Verba æquipollentia institutioni important eam inter liberos tantùm. gl. in l. quoties. in gl. j. C. familiæ ercisc. & s̃. Institutio. uer. j.

Verba generalia referuntur ad tẽpus testamenti. l. fi. §. qui indi uisam. & ibi Bar. in prin. ff. de legat. ij.

Verba, Cùm in suam tutelam uenerit, quid importet. in l. cùm filio. & ibi Bar. ff. de leg. iij. q. tempus pubertatis significant.

Verba testatoris intelliguntur secundum conditionem personæ, ad quã dirigunt. l. plenum. §. equitij. & ibi Bart. de usu & habi. &

habi.& s̄.uer. Conditio.el j.uersi.lxxij. Item secundum mentem statuti. Alex.consil.xiiij.iiij.parte.

Verbum institutionis omissum in testamẽto nuncupatiuo potest ꝓbari per duos testes: sed omissum in testamento in scriptis, non potest probari per testes, sicut nec uerbum, Condemno, in sententia. Bald.in l.errore. C.de testa.ult.col.uer. quærit hîc Nicol.iun cto uer.sed quid erit in sententia.

10 Verba directa uel obliqua in substitutionib.quæ sint, dixi s̄. in uer.ubi cadit de singulis : ut in uer. Deueniat.in uer. Restituat.in uerbo, Substituo. per discursum. & similibus, de quibus per Bal.in l.fi.in pen.col.in uersi.nunc aliqua dicam de natura uerborũ.C.de sacrosan. eccles. Bart.in l.centurio. ult.charta.in uersi. quintò & ultimò principaliter est uidendum.ff.de uul.& pupil.

Verba intelligi debent prout testator putauit. l. quo loco.§. si iam mortuo.de hære.insti.& ibi Bart.

Verba directa in codicillis trahuntur ad fideicõmissum.l.cùm quis.§.Sciam.& ibi Bar.de lega.iij.Vide Bar.in l.uerbis.in j. col.in fi.in uer.pro declaratione huius gl.ff.de uul.& pupil.

Verba directa unius substitutionis trahũtur ad aliam directã. Bar.in d.l.uerbis.post gl.ibi ad fi.in uersic.sed quæro, utrum uerba.per l.fi.C.de hære.insti.

Verba, Si Deus aliud faceret de filio meo, intelliguntur, id est, si filius moreret. l. Publia.in prin.& ibi Bart.in uer.item no. ff.depo.

Verbum dubium testamenti potest declarari in qualibet parte testamenti.Bart.in l.qui filiabus.in princip.in j. not.ff.de lega.primo.

Verba adulatoria ad grauatum directa non disponunt.l.generali.in prin.de usufr.lega.

Verba simpliciter prolata, censentur ad legatarium directa. l. iij.§.j.de adimen.lega.

Verba generalia referũtur ad tempus testamenti. l. fin.§.j.de leg.ij.

Verba in testamentis debent aliquid operari. l. si quando. de leg.j.etiamsi minima sint.Bal.in rubr.C.de contrahen.emp. † in iij.col.in ix.q.Alex.consil.lxvj.iiij.parte. † Per Fran.Aret. in l.j.de acquir.hære.in pen.col.]

Verba præceptiua ad grauatum directa, inducunt fideicommissi petitionem.l.peto.in prin.& ibi Bart. in prin. ff.de leg. ij.uide l.miles.§.pro parte.eo.tit. & l. cùm pater.§.donationes.eo.tit.

Verba testatoris, Se nesun de mei filioli more : intelliguntur secundum mentem eius, id est, si aliquis. Bart. in consil.Vcciarellus, &c.

20 Verba testatoris sunt ciuiliter intelligenda. l. cùm antiquitas.C. de usufru.& ibi Bal.& Bal.in rub.C.si cert.pet.in fi.& Alex.in l.si cui.de seruitu.post Bart.ibi.

Verbum obliquum trahitur ad directum ex dispositione testatoris.l.quærebatur.& ibi per Bar. paulo post prin. in uersic. nota, quòd uerba.ff.de testa.mili.

Verba testamenti si sunt dubia, debet inspici causa legandi.l. uxorem.in prin.de leg. iij.

Verbum præsentis temporis restringitur ad tempus testamenti.l.uxorem.§.testamento. de lega.iij. Idem in uerbo futuri temporis propter fraudem hæredis.l.nomen.§.j.eo.tit.

Verba testatoris dubia declarantur per hæredem, etiamsi agitur de lucro tertij perdendo, non si de damno uitando. Bar. in l.si quis à filio.§.j.in j.oppo.ff.de leg.j.

Verbum, In his, in testamentis quid significet. Bart.in l.si quis seruum.§.v.in ij.col.in fi.in uer.quæro, aliquis testator. ff.de leg.ij.

Verba deprecatiua in legatis disponunt, non in tutelis. Bar.in l.j.in j.no. ff. de confir. tu. per Bald.in l.ij.in prin.com.de legatis.

Verbum, Si uolet, facit de necessario uoluntariũ. Bar.in l.Cornelius.de hære.insti.

Verba enunciatiua testatoris an disponant. j̄. Verba enunciatiua.uer.vj.xxij.& xxv.

* Verba testatoris ita interpretanda sunt, ut non sint inutilia: sed ut aliquid efficiant, & hac de causa à uerborum est etiam proprietate recedendum.l. si quando. in prin. ff. de leg.j.l.j. in extre.ff.ad municipal.gl.in cap. solitæ. de maior.& obed. Bald.in rub.C.de contrahen.emptio.quæst.ix.l.qui concubinam.§.qui hortos.ubi gl.fi.ff.de leg.iij.Bar.in l.his uerbis. §.j.ff.de leg.iij.Aret.in l.huiusmodi.ff.de uerb.oblig.l.hæredibus.§.fin.ff.ad Treb.c.si ciuitas. de sent.excom.in vj.Abb. in c.fi.in extre.de præben.gl.fi.in c.quanquam.de usucap.in vj.Ias.col.ij.& iij.in consil.clxxiij.uol.ij.Ioan.Crot.consil.ij. nu.7.Æmilius Maria Manolessus.

* Verba testatoris declarantis se uelle bona sua perpetuò in familia manere, absq; dubio fideicommissum inducunt.§.fi. Institu.de sing.reb.per fideicom.relict.l.ij.C. commu.de legat. Fran. Aret. & Soci. in l. qui Romæ. §. cohæredes.ff.de uerb.obliga.Ioan.Crot. consil.xlvij.nu.20. consil.lij.nu.10. Æmilius Maria Manolessus.

* Verbum, Sui à testatore prolatum, ad descendẽtes tantùm, & in ipsius potestate existentes refertur.§. sui.Insti.de hære. quali.& diffe.l.in suis.ff.de liber.& posthum.Io.Crot.consil. iiij.nu.8.Æmilius Maria Manolessus.

* Verba, Sine filijs à testatore in testamento apposita, interdũ restringuntur ad solos masculos, cùm aliàs plus iuris testator concessisse uideretur neptibus, quàm filiabus. Io.Crot. consil.j.nu.28.Æmilius Maria Manolessus.

* Verba, Si quis filiorum meorum sine filijs decesserit, substituo superstites, non comprehendunt filiam in re certa institutam.Bar.in l.fi.ff.ad Treb.& consil.liiij. Ioan.Crot.consil. j.nu.37.Æmilius Maria Manolessus.

* Verba, Si sine filijs decesserit, non cõprehendunt filias, neq; excluditur substitutus, etiamsi hæres filias susceperit, cùm testator in alijs partibus testamenti magis filios, quàm filias dilexit.Raph.Fulg.in l.j.C.de cõdit.insert. & consil.xxxviij. Soci.in l.cùm auus.ff.de conditio. & demonstr.consil.xl.inter consil.Curti.Andr.Barb.consil.lij.inter consil.Alex.uol. iiij.Fran.Curt.maio.consil.lj. Ioan.Crot.consil.j.nu.41. Æmilius Maria Manolessus.

* Verba testatoris ad ea solùm, de quibus ipse sensit & cogitauit, referenda sunt.l.si quis ita.§.pen.ff.de testam.tute. Ioan. Crot.consil.xvij.nu.34.Æmilius Maria Manolessus.

Verba contrahentium debent aliquid operari. in Spec. de emp. & uen. §.j.uersi.sed quid si in instrumento.ubi ponit de uerbis, promisit se facturum, & curaturum: de quibus s̄.uer. Promittere.uersi.xxij. & uersic.ult.etiamsi sint minima.Bald.in rubr. C.de contrahen.emp.in iij.col.in ix. q. ubi dicit non intelligi superuacuo posita uerba contractus, & statutorũ.& Alex. consil.lxvj.iiij.parte.

† Verba notarij censentur uerba contrahentium.Deci.consi. clxxxv.col.iiij.in fine.]

Verbum speciale derogat generali ex tacita uoluntate contrahentium.Bar.in l.sed si.ff.pro socio.

Verba contrahentium debent intelligi propriè, ut immediatè referantur ad aliquid.Bar.in l.ea.§.de illo.in fi.ff.pro socio.

† Verba contrahentiũ recipiunt interpretationem, & declarationem secundum iuris & statutorum dispositionem, & secundum loci cõsuetudinẽ. Soci.j.uol.cõ.xix.col.ij. in fine.]

Verba in matrimonio cõtrahendo an requirantur. s̄. Matrimonium qualiter.uer.ij.& uer.Mutus. uer.v. & per Bar.in l.nuptias.de reg.iur.& Ang.in l.cõsensu.C.de repu.Addo gl.in l. cùm notissimi.in prin.in uer.solam conuentionẽ. C.de præscript.trig.anno.quòd sic.

Verba contractus nõ trahuntur ad ultimam uoluntatem.Bart. in l.Titius.§.Romæ.ad finem.in lectio. Nicol.de Neap.ff.de excu.tut.

Verba contrahentium grosso modo prolata, grosso modo sunt intelligenda.s̄.uer. Verbum.el j.uer.ij.

Verba contrahentium impropriantur, ut actus ualeat.l.si insulam. de præscript. uerb. capit. constitutus. de reli. domi.l.si una. in princip. locati.l. si olei. C. eod.titu Alexand.consil. xlij.iiij.parte.ubi plenè.& suprà, uerbo, Verba.j. in princ.& Alexand.in l.si tibi.si cert.peta.ubi not.Et ideo, Verbum uoluntas in instrumento aditionis filij, est pro iussu. s̄.Voluntas.uer.xj.† Et per Fran.Aret.in l.qui absenti.de acquir.pos. & in l.si libet.ij.parte.]

Verba, Sic fecit, quia sic uoluit, uel sibi placuit, an habeãtur loco causæ. Bal.in l.pactum.xvij.q. C.de colla.

Verba exceptiua in contractu emptionis quid operentur.Bar, in l.fundum.de act.emp.

† Verbum nullū debet esse sine effectu aliquid operādi. Deci. consil.cccviij.col.iij.in fine.]

10 Verba notarij in contractibus præsumuntē prolata à partib. Bal.in l.j.in ult.col.in uer.secundo casu, quādo. C.de priuil. dotis.

Verba communia in contractibus censentur obliqua. Bal.in l. j.C.de pac.inter emp.& uend.

Verba contractus sonantia seruitutem simpliciter, intelliguntur de seruitute actiua,non de passiua. Flor. in l. si arborem. §.hæc lex.de seruitu.urba.prædi.

Verba, Sicut in tali instrumento continetur,non sunt uerba exempli,sed narratoria,& non probant. Bald. in Marg.uerb. Verbum.uer.v.

Verba contra naturam contractus trahunt rem de natura sua. l.quæritur.aliàs l.Lucius.& ibi Flor.de serui.rust.præd.

Verba dubia uel obscura in uno capitulo contractus,uel rescripti,possunt declarari per sequentia.Bart.in l.utrum. de peti. hæredi.Facit §.hoc tamen.Insti.ad legem Aquil. l. quemadmodum.ff.eo.tit.& j̄.Verba rescriptorum.uer.j.

Verba potius deseruiunt naturæ contractus,quàm natura uerbis: unde quis contractus sit, inspicitur natura, non uerba. Bal.in l.ij.C.commo.uide l.cùm precario.de precario.Bart. in l.ubi.de dona.causa mor.& Alex.post gl.in l.qui Romę.in prin.de uerb.oblig.

Verba constituti referuntur ad promittentem. Barto. in l.eum qui.§.Iulianus.in fin.ff.de constitu. pecun. Item ad eum,cui fit.d.l.eum qui.§.fina.& ibi Bart.

Verba contractus debent referri ad personam procuratoris, non domini.Bar.in d.§.fi.in j.notabili.

Verba accipiuntur secundum naturam contractus,& secundū subiectam materiam.l.si uno.in prin.& ibi Bar. locati. Bald. in rubr. C.de contrahen.emptio.ix.quæstio. Bar. in authen. ingressi.ij.quæst.in uer.illud teneas.C. de sacrosan. eccles.l. damni infecti quidam.de dam.infect.Innoc.in ca.ex literis. in gl.in uerbo,non excepto.de iure patro.Addo Bal.in l.j.in j.oppo.C.de neg.gest.l.si stipulatus.in prin. de usuris. capit. constitutus.de reli.domi. Alexand. consil. xxxiiij.iiij.parte. & Anto.de Butr. in cap.fin.de restit.spo.& s̄.uerb.Cautio.el j.uer.xxxj.

† Verba sunt accipienda secundum subiectā materiam.l. stipulatio ista.& ibi Ias.in v.no.ff.de uerb.oblig.& dicit Bald.in l. data opera.in ix.col.uersic. habere quandoque probatur.C. qui accus. non pos. allegando Aristotelem in j. Ethicorum, quòd tunc perfectè enunciamus,cùm secundum subiectam materiam loquimur.]

20 Verba commendatoria rei animo decipiendi emptorem pariunt actionem præscriptis uerbis.suprà, uerbo, Commenda.uersic.x.

Verba contractus interpretanda sunt secundum mentem contrahentium.Bal.in l.fi.C.quæ res pigno.

Verba contractus referuntur ad tempus contractus. l. Rutilia Polla.& ibi Bar.de contrahenda emptione.

Verba contractus sunt intelligenda ciuiliter.l.si cui.per Bar.ff. de serui.Addo Panor.in c.ex literis.el j.de sponsa.

Verba mandati intelliguntur uerè,nō fictè.Bal.in l.non abstulit.in fi.C.de nouatio.

Verba recommendatoria non obligant.s̄.uerb.Recommendatio.uer.ij.

Verba directa & obliqua reperiuntur in contractibus,sicut in testamentis,sed non differunt.Bal.in l.j.in iij.col.in uersicu. item quæritur.C.de leg.& ibi Bar.

Verba contractus non restringuntur.Bal.in l.uoluntatis.in ij. col.in fin.in uersic.item non debent.C.de fideicommis.Sed an uerba rescripti,ibidē,in iij.col.in prin.in uersic.item non debet.quod nota.

Verba dubia interpretantur contra se obligantē.l.fi. & ibi Bal. in ult.col.super uer.effuso sermone. C. de dot. promi. Contrarium nota.in l.ueteribus.de pac.ubi gl.ordi.

Verba futuri temporis requiruntur in stipulationibus ad obligandū.Bal.in l.ex his.ad finē.in uer.itē sicut. C.de testa.mil.

30 Verba cōtractus dicuntur forma. Bal.in l.fi.in ij.col.in prin. in uersi.ex hoc dicitur talis.C.de su.& legi.

Verba enunciatiua contractus probant. j̄.§. Verba enunciatiua.uer.iij.

Verba contractus discordantia, sunt concordanda, quantum possunt.Bart.in l.fi.in fi.C.de condi.inde. non tamen loquitur ita clarè.

Verba contrahentium sunt interpretanda secundum dispositionē statuti.Bar.in l.ut iurisiurandi.§. si liberi. uersi.sed isto casu. de ope.libe. & in l.hæredes mei. §. cùm ita. ad Tre. & Alex.consil.lx.iiij.parte. & consil.ciij. & Vinc. Palio.consil. quod est ante consi.xlvj.Alex.de Imol.iiij. parte.Item secundum ius commune.Bar.ubi s̄.dum dicit quòd stipulatio emphy.pro se,& filijs masculis, & fœminis, intelligitur scilicet

† simul.per l.maximū uitium.C.de libe.præte. † Et per Fran. Aret.in l.interesse.de acquir.posses.]

Verba generalia nō sunt appiciatoria doct.in c.cùm uenissent. de insti.& Alex.in l.ita stipulatus.iij.col.de uerb.obl. Item,

Verba generalia prolata in modum liberalitatis,non obligantē: ut dicendo, Omnia mea bona sunt tua. Card. & Io.de Imol. in c.cùm uenissent.xviij.col. & Alex. ubi s̄. Secus in uerbis, Promitto quicquid uolueris.Sed text.ibi.& Alex.in ca.cum iuramento.de homi.cum gl.& doct. Quod uerum,quando deliberatè proferūtur,ut ibi:aliàs non.d. c.cùm uenisset.secundum Alex.ubi s̄.Item,

Verba generalia responsiua, Volo tibi dare non solùm librum, sed quicquid uis:ad interrogationem, Vis mihi dare librum, nō obligant.Card.& Io.de Imol.& Abb.& text.no.in c.cùm uenissent.de insti.& Lud.in rub.de arbi.& Alex.in l.ita stipulatus.in prin.ij.col.de uerb.oblig. Idem si quis dicat, Facias de bonis,uel de reditibus meis ad placitum tuum, quia nihil est.d.c.cùm uenissent.& ibi doct.& Abb.

Verba præteriti temporis, Vendidit,tradidit,referunt ad præsens tempus contractus.nota.in l.fi. C.de apo.publi.lib.x.in l.placuit. C.de colla.fun.patri.in l.si ex cautione.de non nume.pecu.in l.si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de uerb.obli. gl.in l.lecta.si certum pe.per Bar.in l.post dotem.vj.col.uer. ego hoc credo uerum.ff.sol.matr.qui allegat gl. in d.l.lecta. in prin.

* Verba antecedentia cōtractus, & in principio apposita,inspicienda nō sunt,sed postrema tantùm, & ultima.l.si uoluntas. C. de rescind. uendit. Ioan. Crot. consil. xcviij.nume.3. Æmilius Maria Manolessus.

* Verba contrahentium mentem declarant. c.Marcion.j.q.j. l.Labeo.ff.de suppel.leg.Goffred.in sum.de priuil.Dec.consil.cccclxvj.nu.16. Iac.Phil.Por.Imol.consil.v.nu.20. consil. vj.nu.46.Æmilius Maria Manolessus.

* Verba dubia in stipulationibus cōditionalibus ex contrahentium mente interpretanda sunt.l.obligationum substantia.ff.de actio.& oblig.l. in conuentionalibus. ff. de actio. & oblig.Por.Imol.consil.v.nu.21. Æmilius Maria Manolessus.

* Verba omnia contractuum aliquid efficere debent,& ne syllaba quidem debet esse ociosa. Bal.in rubr. C.de contrahen. emp.q.xix.Ang.in l.ædem.C.locat.Iac.Phil. Por.Imol.consil.100.nu.7.Æmilius Maria Manolessus.

Verba statutorum,uel legis præcedētia, declarant sequentia.l.utrum.uer.& puto.de peti.hær. Paul. de Castr. consil.cxij. incipiente, Super primo dubio. & uerba unius statuti,uel legis,intelliguntur secundū aliam legem, uel statutum: ut ibi.& l.non est nouum. cum seq.ff.de legi.l.j.§. & parui.& ibi gl.& Bar.quod ui,aut clàm.l. ita pudor. & ibi gl. & Bar. C.de adult.

Verba præteriti temporis in statuto:ut si quis intrauerit, & similia,requirunt actum perfectū. Flor. in l.arboribus.§.idem tractat.de usufru.& s̄.uerb.Statuta de maleficijs. uer. lxxix. & seq. Item,

Verbum præsentis temporis pœnale resoluitur in præteritum perfectum,& plusquamperfectum.l.cedere. uersic.subsecare,id est,subsecuisse.iuncta gloss.ibi: si certè prætor.ff.arbo. fur.cæ. Quod facit ut statutum de incidente arborem,intelligatur, si arbor sit in totum incisa. Argumen. contra, in d.l. in prin.dum dicit,quòd cædere dicitur etiam qui ferit animo incidendi. Vide s̄. de uerbo ad uerbum, in uerbo, Verbum.j.uer.50.

Verba statuti licet non seruentur, sufficit seruari mentem & rationem.Bar.in l.contra.uer.sed quid.in statuto.ff.de legi.

Verba legis & statuti,æquiparantur. Bald. in l.maximum. in j. col.in uersi.secundus punctus est.C.de libe.præte.

Verba statuti apta pręterito,& futuro resoluuntur,in futurum. s̄.uer.Verba.j.uer.xxvij.

Verba statuti generalia nō referuntur ad impossibilia statuentibus,id est,ad ea,quæ non sunt de eorū iurisdictione.Bald. in l.fi.§.in computatione.in fi.C.de iure deli.

Verba statuti sunt propriè intelligenda.s̄. Statuta interpretantur.uer.j.& uer.lviij.& lxij.

Verba statuti apta ad sensum iuris,& ad communem usum loquendi,intelligūtur secundum communem usum.Bar.post gl.in l.stipulatio ista.§.hæc quoq; stipulatio. ad fi. ff. de uerborum obl. quem etiam uide in l.librorum. §. quod tamen Cassius.in fi.ff.de leg.iij. Vide Alex. consil.v.iiij. parte. & in consil.lxvj.quod secundum intellectum peritorum, & non idiotarum.per Bar.in c.j.de succes.feu. unde non grosso modo:ut ibi per Alex.in rubr.de ope.no.nunc.

Verba legis intelliguntur secundum propriam significationē, non secundum communem usum loquendi.Bar.in l.ita uulneratus.uer.item nota,q̄ uerba legis.ff.ad legem Aquil.

10 Verba legis negatiua licet ad iudicē relata, producūt actionem,& exceptionem: sed affirmatiua producunt officium iudicis.Bar.in l.metum.§.sed quòd prætor. uersic.item nota,quòd uerba legis.ff.quod metus causa.

Verba statuti adeò sunt attendenda, quòd ab eis non est recedendum.Bart.in l.quod constitutum. de testa. mili.in Spec. de requisi.consil.uersic. quid si est. Quod uerum,etiamsi cesset.Paul.de Castr.consil.cxxiiij.incip.Super primo quæsito licet.Sed Bar.in l.seruo si testator.de leg.j. dicit magis attendi effectum,quàm uerba.Vide gloss.in clem.j.in fi.in uerbo, quacunq; forma.de supplen.ne.præ.& s̄.uerb.Mens.uersic. iij.& xj.

Verbis statuti cessantibus,cessat eius dispositio.l.iiij.§.prætor. & ibi omnino per Alex.de dam. infect. ubi dicit uerum, nisi resultaret absurdum.& j̄.Statutorum effectus.uer.cxxxv.& per Alex.in l.j.§.ueteres.de acquir.pos.

Verba iuris non sunt calumnianda, sed sanè intelligenda. in Spec.de arbit.§.sequitur de quibusdam. uersic. item quæritur,an strictè.

Verba enunciatiua legis,uel statuti,non disponūt.gl.in l.j.C. quando nō pe.par.Ioan.And.in c.inter dilectos.de præben. Barth.Cæpol.in rub.de testa.vj.col.

Verba statuti debent aliquid operari.l.j.ff.ad municip. Bald.in rub.C.qui accus.non pos.l.si quando.de legat.j.& in rub.C. de contrahen.emp.ix.q.& Alex.consil.lxvj.iiij.parte, & in l. si conuenerit.§.si nuda.de pig.act. & Bart.in l.iiij.§. prætor. de dam.infecto.

Verba statutorum sunt intelligenda cum effectu.l.j.§.j.& ibi Ang.& Alex.ff.quod quisq; iur. Vnde statutum de capiente bannitum,habet locum in capiente cum effectu, id est, retinente captum,non capiente.& relaxante. Alexand.in dicto §.j.& ibi Ang.qui tenet idem in l.si Barsatoram.C.de fideius.

Verba statuti exorbitantis,& correctorij, sunt intelligenda secundum communem usum loquendi. c.ex literis. de spon. Bar.in l.Labeo.de supel.leg.Alex.in l.j.§.remouet.de postu.

† Adde Fran.in l.j.de acq.pos.post medium.viij.col.]

Verba statuti impropriantur secundum subiectam materiam. Bar.in l.Quintus.§.argento.de au.& argen.leg. & Alex.consil.v.iiij.parte.

Verba iudicis prolata, causa non cognita, non infamant.l.ob hæc uerba.& ibi Barto. ff.de infamibus.

Verba iudicis in tutela, Dedit T. in tutorem, intelliguntur, id est,declarauit,quia erat legitimus.Bar.in l.j.in j.oppo. & ibi Bal.in j.col.in uersic.ex hoc colligit Bart.& ibidem uide do. Alex.in primo not. cum alijs concordan. ibi per eum signatis.C.de nego.gest.

Verba iudicis an probent gesta partium.s̄.clausula,Viso libello.& in clausula,Viso mandato.in clausulis Sententiarum.

Verba sententiæ impropriantur.ut ualeat sententia, quæ aliàs non ualeret.s̄.uer.Verba.el j.in uer.j.

Verba sententiæ, qua declaratur uersum in proprios usus, intelliguntur quòd duret uersum tempore mortis eius. Bart. in l.Lucius.la ij.in prin.de leg.ij.

Verba sententiæ dicuntur uerba iudicis, non notarij. Bald. in Spec.de instr.edi.uer.non dicitur.

Verba sententię sunt strictè intelligenda. Bar.in l.si expressim. in ij.col.ad fi.uersic.uidetur mihi dicendum. ff.de appel.per l.j.C.si plu.una sent.l.si à te. de excep. rei iud.l. diui. de libe. causa.gloss.in l.& puto.ff.fam il.ercisc.per Bal.in l.j.C.de nego.gest.

Verba sententiæ dubia intelliguntur secundum mentem iudicis.Bal.in l.j.in j.oppo.C.de neg.gest.& Innoc. in c.petitio. † de procur. Et an disponat.j̄.§.ij.uer. xij. † Et do. Fran.de Aret.in l.Pomponius.l.si iussu.de acquir.poss.]

Verba sententiæ sunt, Condemno, uel Absoluo. s̄.Sententia qualiter.uer.iij.ubi plenè.

Verbum Condemno, omissum per errorem notarij, non potest probari.per testes.Bal.in l.errore.ad fi.in uer.sed quid erit in sententia. C.de testa.

Verbum iudicis prolatum ante diffinitiuā, si faciat ad causam, dicitur interlocutoria.s̄.uer.Interlocutoria.el j.uer.j.

Verba rescriptorum dubia in uno capitulo,possunt in alio declarari.Bar.in l.utrum.in princ.ff.de peti.hære.& s̄.Verba contrahentium.uer.xv.

Verba gratiarum extenduntur,ut habeant maiorem effectum, quàm possunt.Rota in deci.cccclij. fuit dubitatū.in nouis.

Verba,Nisi feceritis,in rescripto sunt extensiua.in Spec. de appel.§.qualiter autem.& uersic.item quod faciat.

Verba rescriptorū multiplicia posui s̄. in clausulis Rescriptorum.per totum.

Verba enunciatiua rescriptorum an probent. j̄. proxi. uersic. xxviij.

Verba enunciatiua pro dote probant saltem semiplenè,& plenè cum iuramento uxoris.Bar.sing.in consil.xxxiij.incipiente,Factum sic se habet,Titius & Seius.ubi etiā dicit, quòd plenè. & l.ij. cum gl. C.de do.promis.Addo do.Ant.in c.fi. de iureiur. & Paul. de Castr.in consil. suo lxxxij.incip. Ius de Belanis. do.Iason May.in aurea repetit.l.admonendi.in col.cxxj.ff.de iureiur. † & Alex.in l.ex hac.de dona. † Decius consi.cxxxv. qd' probant Hippo.in rubr.C.de proba.col.lij.in fine. Idem consil. ccxiij.circa finem.]

Verba enunciatiua prolata per modum modi disponūt. l.cùm eorum.C.de sent.Item per modum causæ. l. cùm tabernam. §.idem quæsijt.& ibi Bart.in uer. sed pro declaratione.ff.de pigno.& per Alex.consil.xlvj.j.parte.

Verba enunciatiua in contractibus probant.nota.in l.optimā. C.de contrah.& commit.stip.Quod uerum super eo,in quo partes possunt sibi liberè nocere,non aliàs.Bart.in l.si fortè. in uer.ult.hæc lex facit in ar.ff.de castren.pecu.Item uerum, quo ad ipsos contrahentes:ut ibi tenet Alex.in l.rem alienā. de pig.act.quem tamen omnino uide in l.si donatione.C.de colla.& s̄.Instrumentū probat.uer.liiij.ut si dicitur in cōtra- † ctu,Titius mercator,&c. † Limita,quādo talia uerba enunciatiua sunt necessaria ad actum, de quo agitur: aliàs secus. Decius consil.cxviij.col.ij.in fine.]

Verba enunciatiua futuri euentus non disponunt. l. Iulianus. §.ex his.& ibi Bar.de leg.iij.& in l.pater.§.fundū.& in l.Pam- † philo.in prin.de leg.iij. † Secus de pręterito. Deci.cōsil.clix. in prin.maximè ad pias causas.]

Verba enunciatiua statutorum,uel legis,non disponūt. s̄.Verba statutorum.uersic.xv.

Verba enunciatiua in testamentis ad piam causam disponunt. Casus singularis,secundum Card.in c.indicante.de testam. Bar.in l.j.ij.q.vj.principalis.in xxj.col.de sac.san.eccles.Sed doct.& Ioan.de Ana.contrà,in d.c.ubi uide.

Verba negatiua enunciatiua inducūt reuocationem donationis causa mortis. glo.in l.uerba.in uerbo,non perstringunt. C.de testa.

Verba enunciatiua instrumenti an probentur per instrumentum.Bar.in l.sciendum.in ij.col.in uersic. sed contra hoc facit.ff.de uerb.obl.Bald.in autb. si quis.in ij. col. uersic.iuxta hoc quæro.C.de eden.quòd non.

Verba enunciatiua principis disponunt. in clement.j. cum gl. in uerbo,narramus.de probatio.not.in l.epistola. de pactis. Bald.in prelu.feu.xiij.colum.in uersic.idem dicit,quòd uerba l.j.§.cùm urbem.& ibi Bart.in prin.ff. de off.præfe.urb.c. quod autem.xxv.q.ij. Vide Decium consil. clij. col. pen. de uerbis assertiuis papæ.

10 Verba enunciatiua in cõtractibus disponũt inter easdẽ personas. Bart. in l. sciendũ. in ij. col. in uer. sed contra hoc facit. ff. de uerb. obl. & in l. j. circa medium. C. de fide instr. & iure hast. fis. li. x. & in l. Publia. §. fi. in prin. ff. depo. ubi dicit, quòd in cõtractibus inducũt probationem, nõ obligationẽ, ut ibi no. & ibi per Alex. Bal. tenet idem in l. ex his. in ij. col. in uer. item opp. ꝙ uerba enunciatiua. C. de testa. mili. ubi dicit secus, si sunt directa ad honoratũ. Et tenet quod s. idem Alex. in l. rem alienam. de pig. act. & in l. ex hac. de donatio.

Verba enunciatiua ad grauatum directa in testamento disponunt. l. Pamphilo. in prin. & ibi Bart. de leg. iij. Sed uide Bal. in l. j. in j. col. C. de fal. causa adie. lega. & in l. ex his. in ij. col. in uer. item scias rationem, ubi assignat rationẽ. C. de testa. mili. & in l. Titia cùm testamento. in prin. & ibi Bart. de legatis. ij.

Verba enunciatiua per modum causæ finalis in sentẽtia disponunt. l. si quis rem. de excep. rei iud. & in practica Papien. de sententia diffinitiua. uersi. relaxandum. & plenius per Alex. consil. xlvj. j. parte & in d. leg. ex hac. & in l. si socer. §. Lucius. post doc. solu. matr.

Verba enunciatiua post litem cõtestatam probant plenè. Bart. in l. ex hac. in fi. de dona.

Verba enunciatiua non inducunt amissionẽ possessionis. Bal. in l. cùm falsum. in fi. C. de iur. & fac. igno.

Verba narratiua in supplicatione porrecta principi, plenè probant. l. ne satis. rem ratam habe. Lud. in sing. uerb. Verba narratiua.

Verba enunciatiua gemina probant. Bart. in l. cùm scimus. in j. col. super uerbo, sin autem scriptura. & ibi Ang. C. de agri. & censi. lib. xj. uide in l. si pacto. in fi. de pa. in uerbo, narramus. C. de probatio. Paul. de Castr. in consil. cxxxv. incipiente, Notandum est. Et ad primum de uerbis geminatis, addo Panor. in c. si cautio. in fi. de fide instrum. & in c. per tuas. in ix. col. de arb. per do. Alex. in l. ex his. C. de testa. mili. cum alijs ibi per eum signatis.

† Verba enunciatiua de antiquo probãt. Ias. in l. cùm aliquis. C. de iure delib. & Decius consil. clij. col. pen.]

Verba enunciatiua, Titius hæres Seij fecit A. procuratorem: ꝓbant. Bar. in l. gerit. de acquir. hęred. in iiij. col. in uer. idem si constituit procuratorem. & Alex. ubi s.

Verba enunciatiua emissa propter aliud non habent uim confessionis irreuocabilis. l. qui familiæ. & ibi Bar. ff. fam. ercisc.

Verba enunciatiua, quæ nõ possunt prodesse, non debent obesse. Bal. in c. fi. j. col. in uersic. quæro, si de possessione feudi. de prohi. feu. ali. per Fre. allegat Innoc. in c. ex parte abbatissæ. de priuile. qui nihil dicit.

Verbis enunciatiuis standum est, si promissio sequatur. l. si societatis. & ibi Bal. C. pro socio.

Verba enunciatiua per modum conditionis prolata inducunt exceptionem. l. pe. & ibi Bar. ff. de colla. dot.

Verba enunciatiua conditionaliter prolata non disponunt. l. ex facto. C. de hæredi. institu. Quod uerum est in testamento, non ab intestato. l. si quis ita. §. Lucius. de hæredi. institu. Quod uerum tam directò, quàm per obliquum, quando nullo tempore ualuerunt iure directò uerba directa, aliàs disponunt per obliquum, per l. filiusfamiliâs. §. cùm quis. de leg. j. Sic dicit Ang. in Reperto. uerb. Verba. Item uerum, nisi dispositio aliter sortiretur effectum. leg. Proculus. & ibi Bart. ff. de usufru.

Verba enunciatiua inter uiuos non disponunt, sed declaratiua, uel confirmatiua sic. Bal. in l. eam, quam. x. col. in uer. cõsidera, quædam sunt uerba. C. de fideicom.

Verba enunciatiua de futuro emissa propter aliud, uel de præterito sine expressione rei, non disponũt. l. Titia. la j. in prin. de leg. ij. & ibi Bar. Secus, si res, species, uel quantitas fuisset expressa, quia disponunt, etiam emissa propter aliud. gl. ibi. in uerbo, legasse. & uide Bart. in l. ex hac scriptura. in ij. col. in uersic. sed contra prædicta uidetur. ff. de dona. & Ang. in reper. uerb. Verba.

† Verba enunciatiua propter aliud emissa, licet nõ disponãt, iuxta plenè no. in l. ex his uerbis. C. de testa. mili. non tamen fallit, si sunt iurata. Ita dicit Angel. ibi. quem sequitur domi. Mar. Anton. Baue. in suo tracta. de uirtute iuramenti, in ix. casu.]

Verba enunciatiua testatoris in codicillis posita inducunt dispositionem omissorum in testamento per errorem. l. cùm proponebatur. de leg. ij. Quod uerum de gestis in testamento, non extra. de quo per Bart. ibi. & l. Aurelius. §. testamẽto. & ibi Bar. ff. de libe. lega.

Verba enunciatiua futuri euentus ad grauatum directa, inducunt fideicommissum. no. in l. unum. §. fin. de leg. ij. Secus, si ad honoratum. l. generalis. de usufru. lega. Item secus, si sunt præceptiua, uel dispositiua cuicunq; directa, quia inducunt fideicommissi petitionem. s. uer. Testatoris. uer. xviij.

Verba enunciatiua extra iudicium ad liberandum, præsente parte, probant. Bar. in l. tale. in prin. ad fi. ff. de pactis.

Verba narratiua in rescriptis non probant. c. si papa. de priuil. in vj. Bal. in l. non epistolis. C. de probatio. in prin. & Car. in clem. fi. §. fi. de sent. excommu. ubi dicitur, non dari titulum alicui, ex nominatione facta per papam, qui aliquem nominet canonicum, uel archidiaconum Firmanum, cùm non sit. uide ibi plenè, & melius quàm alibi. Subdit ibi, quòd si princeps scribat alicui ut uniuersitati, tribuit ei ius uniuersitatis: & idem si admittat eius syndicum. De quo per Innoc. in c. cùm ab ecclesiarum. de off. ord. Adde etiam Card. Zaba. in cle. j. de prob.

Verba enunciatiua de præsenti negatiuè prolata non disponunt. Bal. in l. qui se patris. iij. col. uers. dici potest, quod aut. C. unde liberi.

Verba enunciatiua quæ dicantur. Bal. in l. j. in j. col. in uersi. ultimò allegatur. C. de fal. causa adie. leg. Item quid est dictum uerbum enunciatiua. uide ibidem Bald. in ij. col. in uersic. quæro, quid est dictum.

Verba enunciatiua actus extranei, qui geri non potuit tempore contractus emissa per modum confessionis ab eo, qui potest donare, nullis meritis præcedentibus, probant: sed si nõ potest donare liberè, requiritur probatio meritorum. Bal. in l. si donatione. j. col. in uersic. sed contra hoc opp. C. de colla. & Bart. in l. si fortè circa fin. in uer. & per hoc dico in q. ff. de castren. peculio.

Verba enunciatiua erronea non disponunt, etiam fauore piæ causæ. l. cùm testamentum. & ibi Bart. in princ. C. de iuris & fac. igno.

Verba iactatoria non disponunt, nisi testes ad ea sint adhibiti. l. fi. & ibi Bart. ff. de testa. cùm l. Pamphilo. §. propositum, de leg. iij.

Verba enunciatiua in dictis & attestationib. testium, non probant. do. Ias. in l. ex his. in pe. col. uer. item no. C. de testa. mil.

Verba enunciatiua excipientis nõ disponunt, nec cùm falsam causam continent. Bal. in l. ex his. ult. colum. in uersic. extra scias rationem. C. de testa. mili.

Verba enunciatiua in odiosis minus operantur, quàm in fauorabilibus. Bal. in l. ij. in fi. C. de neces. ser. hære. instit.

Verba enunciatiua testatoris soli hæredi nocent. l. j. & ibi Bart. C. arbit. tut.

Verba enunciatiua simpliciter prolata propter se disponunt. l. ex hac. de dona. nisi per imperitiam tertij proferantur. l. uerba. C. de testa. sed prolata principaliter propter aliud in uim modi disponũt. l. fi. C. de his, quæ sub modo. Secus, si in uim conditionis. l. ex facto. de hæredi. instit. Sed prolata in modum demonstrationis non disponunt in testamento pagani ex his, & ibi Bald. in prin. C. de testa. mili. nisi in casu l. si hæreditas. §. fi. de testa. tu. Item nisi fauore militiæ, & libertatis. d. l. ex his. & l. Lucius. §. j. ff. eo. tit. & tenet. Bald. in l. milites. in ij. col. in princ. in uersic. v. quia uerba enunciatiua. C. eo. tit.

Verbis narratiuis quãdo uideatur fundata intentio papæ. Car. in cle. j. x. q. de proba.

Verba enunciatiua iurata disponunt, & probant. Bald. in d. l. ex his. in j. col. ad fi. uer. item oppo. quòd distinguatur.

40 Verba enunciatiua quæ non disponunt ad actionẽ, disponunt ad exceptionem. l. emptor. §. ancillam. & ibi plenè per Alex. post Bar. ff. de rei uend. no. in l. si socer. §. Lucius. & ibi Bart. in j. colum. in uersic. ex hac gloss. not. ff. solut. matrimo. Et sic debet intelligi l. tale. de pac. secundum Angel. in d. l. uerba.

Verba enunciatiua an & quando probent, supple per Bart. in l. qui uolebat. de hæred. instit. in l. gerit. in iij. & iiij. col. cum sequen.

sequen.ff.de acquir. hære.in l.Lucius.§.filiam.per totum.ff. ad Trebel.Bal.in l.optimam.in j.colum.super uerbo, narratiuis. & in ij.col.in uersic. quæro, dicitur hîc.C.de contrah. & cõmit.stipul.in l.j.in j.colum.C.de fal.causa.Bal.in l. cùm aliquis. in ij. col. in uersic.tertio casu, quando aliquis. & ibi Angel.C.de iure deli.& in auth. si quis in aliquo. in ij.col.in uersic.iuxta hoc quæro.C.de eden.& Angel.in l.j.C. de con ue.fisc.deb.lib.x.in lectu. & per Bald. in l.uerba. C. de testa. & ibi aliquid per do. Alexan.Imo.& Bartol.in l.non epistolis.C.de probat.& in pract.Papi.de sententia dif.uersic. uisa litis cõtest. Addo do.Alex. allegantẽ multas remissiones in d.l.ex his.C.de test.mili.& Bal.in prælu.feu.v.chart.uer.circa hoc dubitatur.& per Alex.in d.l. emptor. §.ancilla.de rei uen.& per eundem. in l.ex hac.de dona.ubi uide multa exẽ † pla. † Et aliquid per Fel. in ca.cùm in iuris.de offi.dele.in v. colum.& per domi. Soci.in consil. ccxiij. incip. In præsenti consultatione.uersic. secundò conclu. circa fin. in ij. parte, charta.lxxxviij.ubi dicit, quòd quando uerba enunciatiua emissa,etiam propter aliud, ubicunq; proferũtur intra præsentes,inducunt præsumptionem,seu probationem,donec probetur contrarium: secus, quando emittuntur à partibus scientibus super actu,in quo partes possunt sibi præiudicare:quia tunc non admittitur probatio in contrarium.& Frácisc.Aretin.in l. ex his uerbis.C.de test.mili. ubi multa accumulaui.]

Verbalia actiuè, & passiuè significant, & utroq; modo propriè.l.filiusfamil.la j.& ibi Barto.in j.not.ff. de test.Vide Bar.in l.ij.in ult.col. in uersi.circa secundã partem.ff.de duob. re. & in prima constit. Digestorum.iij. col. in uersic.aduerte, quia ex hoc uidetur. & docto.in rubri.C. de eden.

Verecundia consensum impedit,sicut timor.Bal.in tracta.de Schisma.xiiij.col.

Verecundia obligat ad faciendum, uel ad omittendum, sicut obligatio ciuilis.l.pecuniæ.& ibi Bar.ad fi.in uer.ulti.no. ff. de ali.& cib.leg.

† Adde,quòd uerecundia est timor neglectionis, uel dedecoris,secundum Arist.li.iiij.Ethic.& dicitur Græcè αἰδώς.]

Verecundia non est, seruare pacta.l. Quintus. & ibi Bartol.ff. mandati.

Veritas omnis uincit.viij.dist.consuetudo. glos. in uersic. iniuriarũ.in fi.& Host.in ca.in audientia.de senté. excom.Fre.de Sen. consi.xiiij. Et de ueritate uide quæ dixi in apostil.ad Bal.in l.scire. de legi.& Bal.in l.libertini. de statu homi.]

Veritati omnia cedunt.viij.dist.ueritati,de fri.& mal. fraternitatis.Fre.consi.cclxiij.

Veritas à ueritate etiam per ipsum Deum remoueri non potest.Bal.in l.ex his.in fi.C.de testa.mili.

Veritas præualet simulationi.l.j.& ibi Bal.in ij.not.C.plus ua. quod agi. item fictioni.Bal. in l.iij.in ij.col. in uer.& confirmatur,quia expressa.C.de hære.instit.Quod uerum, quando tendunt ad eundẽ finem, non si ad diuersum.l.filio.& ibi Bar.in prin.ff.de libe.& posthu. quia fictio prǽualet.l.si quis posthumos.§.j.uersi.diuersum.eod.tit. Item uerum in spiritualibus.j.eod.uersi.xij.

Veritas,& fictio æquiparantur.Bar.in l.licet.§.idem.iiij.col.in uersi.& si tu dicis,ueritas,& fictio.ff.de procur.

Veritas est mater iustitiæ.Bal.in l.libertini.de statu homi.

Veritas quid sit.in auth. de fide instru.in princ. Archi.in c.j.de sen.excom.in vj.& de conse.dist.ij.corpus.

† Veritatem esse triplicẽ,& alia elegantia dicta, uide per Alex. iiij.uol.consi.lvj.in prin.]

Veritas in delictis magis inspicitur, quàm similitudo. Bal.in l. j.in vij.col.uer.lxxx.in furto attenditur.C.de ser.fugi.

Veritas in delictis potius,quàm opinio inspicitur.per Bald.in l.si quis seruo.in j.col.C.de furt. Idem in excommunicationibus.Bar.in l.Barbarius.xj.col.in uersic.sed quid de sentẽtijs spiritualibus.ff.de offi.præto.Archi.xj.quæstio.iij. sententia.& infrà.

10 Veritas est semper iuuanda, nec probationibus restringenda.Inno.in c. quod ad consultationem.in j.col.in fi. in gl. in uer.iudicare.de re iud.Bal.in Marg.Veritas.

Veritas debet esse sincera, & non inuoluta. de senten. excom. c.à nobis.el ij.Car.in cle.j.§.porrò.de sum.tri.

Veritas est triplex.ut per Card.in cle.j.de immu.eccles.

Veritas præualet cõmuni opinioni, & errori in spiritualibus. Card.in cle.ij.§.j.v.quę.de pœniten.& remis.ubi concludit, quòd indulgentijs non gaudet,qui offert,credens indulgẽtias esse offerentibus, licet sic etiam sit opinio communis.

Veritas per se ipsam uenit in publicam notionẽ.ca.j.§. primo, de Schisma.in vj.

Veritas,an opinio in delictis præualeat.Bar.& Alexan.in l.diuus.de sica.Bald.in l.si quis seruo.C.de furt.Io. And. in reg. † cùm quis.in Merc.in vj. † Et per Franc.Aret.in l.is.qui.circa princ.j. colum. de acquiren.hæred. in l. qui se pupillum. eodem titu.]

Veritas si est notoria, non potest in contrarium allegari.Bald. in l.Imperator.la j.in ij.col.uer.sed nunquid poterit.ff.de statu homi.

Veritas plus ualet,quàm opinio.Bal.in l.ij.C.de inge. manu.

Veritas amanda est, & colenda. Bald.in tract. Schisma.j.col.l. cùm ita.de condi.& demon.

Veritas melius aperitur per plures testes, quàm per pauciores.l.fin.& ibi Bal.in ij.colum.in uersic.no. quòd ueritas.C. de fideicom.

Veritas reperitur per inuestigationem.xxxviij.q.viij.occidit.

Veritas demonstrata non debet aliter demonstrari.l.cùm tale. §.falsam.de condi.& demon.l.j.in fi.de dote præleg.

Veritati iura fauent.l.j.C.quando Impera.inter pu. & uidu.

Veritatis inueniendæ causa omnia iura prodita sunt. reg.possessori.in vj.c.ruditatem.xxx.quæstio.v.doct.in c.literas.de restit.spo.

Veritas non uitiatur erroribus gestorũ. Bald.in l.j.in §.solent. in j.col.in fi.uersi. item nota, quòd contra.ff.de offi.præfec. ur.in Spec.de dispu.& alleg.§.porrò.uer.pen.

Veritas sæpius cõfirmata magis splendescit.xxxv. quæstio.ix. graue.xxx.quæst.v.nec illud.in fi. & ca.iudicantem. in Spe. de aduo.§.iij.uersi.porrò.& de dispu.& alleg.§.porrò. uersi. pen.& §.satis clarè.in princ.

Veritas manifesta præualet opinioni, quando nullus lęditur: aliàs secus.Io. And.in regula,quod ob gratiã.in vj.in Mercuria.Paul.de Castr. consil.xxxv.incipiente, licet ista sit quæstio.in j.colum.in fin. De hoc per Card. in clemen.j.§.j. xiij. q.de reg.Et per Franc.Aret.in l.is est.circa princ.j.col.de acquir.hæred.

Veritas perfectissima reuelatur per ampliores homines. Spe. ubi suprà.

Veritas reperitur melius quærendo,opponendo,& disputando.Spec.ibidem.& uersic.præceden.Innoc. in c. uenerabilem.in gl.in uer.impetrare.de excep.

Veritas rerum latere non potest.in Spec.eod. tit.§.iiij. in prin.

30 Veritas ne pereat,& occultetur,curare debet iudex.in Spe. de teste.§.qualiter autem.uersic.deinde.

Veritatem celare, peccatum est in ciuilibus, secus in criminalibus: ideo testes primo casu coguntur,non in secundo,nisi constet de dolo manifesto.eo.§.uersi.& nota. sed in §.de testium compulsione.uersic.quid si quis. dicit simpliciter esse peccatum,ueritatem celare.Et per Fel.in c.causam.de testa. & in c.nihil.de præscript.in iij.col.

Veritas opprimitur,cùm non defensatur.in Spec. de sala.§.sequitur de aduocatorum.in princ.

Veritatem curare debemus potius, quàm disputare de apicibus iuris.in Spe.de act.seu peti.§.utrum.uer.porrò.

Veritatem negare,nulli prodest,sed nocet:cùm negans pœnis subijciatur multiplicibus. in Spec. de posi. §. ix.uersic.item not. el j.

Veritatis loco est res iudicata. in Spec. de senten. §. ut autem. uer.& nota.

Veritatis non dicendæ iuramentum non ualet. in Spec.de inquisi.§.nunc tractemus.uersi.quid si ante.

Verisimilitudo maior tollit minorem.Bald.in l. siue. ad fi.in uersi.item nota.C.de probat. Contra eam non admittitur probatio,nisi causa cognita.ca. quanto.de pręsumptio.in Spe.de proba.§.nunc dicendum. post prin.Abb.in c. quia uerisimile.de præsump.facit c.filij. de hære.in vj.Et pręfertur uni testi.Arch.vij.q.j.pontifices. Et plenè per Fel.in ca.auditis.de præscrip. in xiij.col.

† Verisimile si est, quòd statuêtes idê statuissent, si fuissent interrogati, habetur ac si statutum esset. Gl. est in l. tale pactû. §. fin. ff. de pact. quam allegat ad hoc pro sing. domi. Ial. in l. si extraneus. in iiij. nota. ff. de condi. ob cau. Adde quod Panor. in ca. quia uerisimile. in ulti. not. de præsump. per illum tex. dicit, quòd contra testes deponentes contra uerisimile est præsumptio falsitatis, ideo non faciunt fidem, nisi sint tales, de quibus nô est uerisimile, quòd debeant deierare, uel nisi habeant aliquam præsumptionem secum, puta famam, uel quid simile.]

Verisimile quod non est, non habet imaginem falsitatis. Bald. in l. j. C. de seruis fugi.

† Verisimile quando aliquid non est, si in eo quis fundat suam intentionem, tunc requiruntur efficaciores probationes. Decius consi. clxxvij. col. j. post princ.

Verò, est dictio aduersatiua, quæ coniunctionem inducit in eadem oratione. Bar. in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb.

Versum in utilitatem, probatur coniecturis. argu. l. fin. de ali. pu. prȩstan. l. fi. de pig. C. & l. si uentri. in fin. de priuileg. cre. l. ciuitas. & ibi per Barto. in ult. col. in uersi. sed qualiter probatur. & Bal. si cer. peta. Bal. in auth. hoc ius porrectum in pen. col. C. de sacrosan. eccles. & in c. j. in iij. col. in uersi. quęrit Iaco. de Bel. qui feu. da. poss. in usi feu. ubi uide modos probandi uersum esse, & per quê. & suprà, Creditor ecclesiæ. uersic. j. & pen.

Versum in utilitatê ecclesiæ non dicitur, quia sint empti equi, & uestes fulgidæ. Car. in cle. j. vij. no. de re. eccles. nô ali. Sed si sint reparata molendina, uel domus ecclesiæ corruentis, uel si sint soluta debita grauia, uel si empta prædia utilia uicina. Car. ibi v. no. & ibi xxx. q.

Verso in rem pupilli, & ecclesiæ, an requiratur, sicut in rem ciuitatis. Bal. in l. ei, qui. C. quod cum eo. & gl. in l. si pupilli. §. item si. de nego. gestis.

Versum esse ut probetur, non sufficit confessio prælati, quod sit uersum, nisi legitimè doceatur. Car. in d. cle. j. xxx. quæst. scilicet per testes, uel instrumenta.

Versum non dicitur, nisi duret uersum. Bar. in l. Lucius. la j. ff. de leg. ij. l. si pro parte. §. uersum. & ibi Bart. ff. de in rem uerso. in Spe. de loca. §. vj. uersi. cxxx. Sed aliter loquitur Card. in cle. j. xxx. q. de reb. eccles. non alie. & in c. quod quibusdâ. de fideius.

Versum in utilitatem ecclesiæ, licet in libello non dicatur, tamen ualet super mutuo: quia libellus de mutuo, intelligitur de ualido. s̄. uerb. Mutuum. uersi. xxxj. & xlij.

Versum nô prȩsumitur, nisi probetur. l. si quis seruo. & ibi Bal. in j. col. C. quòd cum eo.

Versum in rem actio ponitur in Spec. de sol. §. prænotandum. uer. uerum, si ex contractu. Et de materia supple in titu. de in rem uerso. & C. quod cum eo. & s̄. Mutuum. uersi. xxiiij. & xxxj. & in uers. liiij. lxv. lxviij. & lxx. cum duobus sequen. & uersic. pen.

Vertatur, est uerbum obliquû in substitutionibus. Bald. in l. j. C. de pac. inter emp. & uen.

Vespasianus post excidia Hierosolymorû multum detulit regali prosapiæ Dauid. de quo plenius sup. in uerbo, Dauid.

Vestes & uestimenta non differunt. l. uestis. in princ. de auro & arg. leg † Et uidetur dictio Græca ἐσθὴς.]

Vestis uel uestimentum idem est quod detextum, licet non sit defectum, id est, si non sit consummatû, quod in tela est nôdum pertextum, uel detextum, id est nondû à tela incisum. tex. & gl. j. in l. uestimentum. eod. tit.

Vestimenta dicûtur lanea, uel linea, uel sericea, uel bombycina. dicta l. uestis. §. j. Item alia sunt uirilia, alia puerilia, alia muliebria. ea. l. §. ij. ubi de singulis uide. Item alia sunt communia, id est, apta uiris & mulieribus: alia familiarica, id est, quibus familia utitur. dicta l. usq; ad fin. Item sunt pellicea. d. §. fin.

Vestis non uenit appellatione supellectilium. l. si quis in fundi uocabulo. §. j. de leg. j. Bartol. in l. argento. §. si quis. de auro & argen. lega. tenet, quòd sic, ex côsuetudine in dubio. Sed contrarium probatur in l. qui uestem. ff. de sup. leg. ubi dicitur, quòd nec econtrà.

Vestis appellatione nô uenit supellex. d. l. qui uestem. Nec argentum. d. l. si quis in fundi. uer. uel quod est stultius.

Vestis appellatione massaritiarum non uenit. dicta l. si quis. §. j. & ibi Ang. & doct.

Vestis appellatione non uenit uestis noua. s̄. Legatum uestis. uersic. iij.

Vestimenta ueniunt appellatione alimentorum. Barto. in l. in his. §. seruus uxoris. in j. col. in uersi. secunda opinio. ff. solu. ma. gl. in c. episcopus. x. q. ij. & melius s̄. uerb. Alimenta. uer. xxxiiij. etiam post annum 50. uerbo, uictus. de uerb. signifi. Item appellatione mercis. l. j. §. ait prætor. nau. cau. sta.

Vestis appellatione etiam culcitrę ueniunt. l. argento. §. culcitræ. ff. de auro & arg. leg. Itê ceruicalia. d. l. uer. ceruicalia.

Vestimentorum appellatione non ueniunt expensæ, studij, librorum, & doctrinæ. Flo. in l. sed & si quid. §. mancipiorum. ff. de usufru.

Vestimenta famulo an debeantur. s̄. Famulus. uersi. xxj.

Vestis appellatione ueniunt tapeta, quæ sterni solent uel inijci. l. argento. uer. Tapeta. de auro & arg. lega. sed ibi Bar. in §. si quis. dederit. tenet contra. & s̄. Tapeta. uersi. j.

Veste diuisata, uel partita, non debet uti clericus, nisi ex causa rationabili, puta timoris, uel scandali. Card. post gl. & tex. in cle. ij. de ui. & ho. cle. & in c. clerici. eod. tit. etiamsi sit coniugatus. Car. ibidem. Item nisi in domo: ut ibi. Item & publicè in festo socij, militari, uel doctorali, uel uxorali. Card. ibi. iij. q. ubi omnino uide.

Vestis partita, uel uirgata, quomodò dicatur. glos. & Card. in d. clemen. ij.

Vestes nimis sordidæ & nimis preciosæ, sunt prohibitæ clericis, & monachis, sed mediæ permissæ, & tendentes potius ad uilitatê. xlj. dist. c. j. & ij. de pœni. dist. j. principiû. Card. in cle. ij. ij. q. de ui. & ho. cler. Clerici quibus utantur. in c. clerici. de ui. & ho. cle. & quibus monachi. in d. cle. ij. ij. q. Vtraq; debet esse talaris. xxiij. dist. ca. pe. gl. in d. cle. §. dignitatem.

Vestis scaccata an sit permissa clericis. Car. in d. cle. ij. §. fin.

Veste rubea, uel uiridi utens clericus, nô uidetur recedere ab habitu clericali, ex consuetudine patriæ: ut in Catalonia. Car. in cle. fi. §. fi. de ui. & ho. cle.

Vestium mutatio permissa est causa festiuitatis, uel loci: ut plenè & singulariter per Card. in d. cle. ij. iij. q.

† Et per Franc.Are.in l.is poteſt.de acquir.hæred.in vij.col. & do.Pet.Cor.in conſi.clvj.incip. Cùm in cauſa.in litera D.in iij.parte.] † Vide Io.Lup.in repe.ca.per ueſtras. col. xxviij. de dona.inter uirum & uxorem.]

Vicini præſumuntur cognoſcere, & ſcire. Vnde ſufficit in inſtrumento dicere,Præſentibus teſtibus uicinis. Bald. in l.j. §.cùm igitur.in vj.colum.uerſic. & nota, quòd uicini.C. de iure delib.

Vicinus claudẽs pullos uicini in domo ſua,tenetur furti. Bart. in l.qui ea.in ij.opp.ff.de fur.dicit tamẽ quod admittitur pœnitentia,ſi reſtituantur.Flo.in l.Quintus.ad legem Aquil.

Vicini tenentur contribuere ad refectionẽ domus dirutæ timore incendij.Bal. in conſi.Punctus quæſtionis talis eſt, Quidam habens domum,&c.& melius ſup.Domus.uerſ.xxxij. Quod uerum,niſi domus ſit clerici.Iaco.de Are.in conſ. Statutum eſt in ciuitate Bononiæ,quòd ſi cui,&c.

Vicinus non cogitur uendere uicino de iure communi. Bart. in l.ij.C.de debito.ciui.lib.xj.& uide ſuprà, Venditio quando.uerſic.iiij.

* Vicinus ſi cætera paria ſint, eſt cogendus, ut uicino potius uendat, quã alij l.quicunq;.C.de om.agr.deſert.lib. xj. Guliel.Cun.in l.j.ff.de priuil.credit.Fabian. de mont. in tractã. ſuo.

suo, de empt. & uend. iij. q. j. q. xx. num. 41. Aemilius Maria Manolessus.

20 Vicinus præsumitur dedisse damnum, & furtum. suprà, uer. Damnum. uer. xx. & uerbo, Furtũ. uer. xxxviij Et debet torqueri proximior, & magis suspectus, licet omnes terreri possint. Bald. in l. j. in princ. in ij. oppo. C. loca. & suprà, Tortura. uer. xlij. cum additione, & limitatione, quam ibi posui post authorem. & l. dominus horreorum. in princ. & ibi Alexã. ff. locati. & per Bar. in l. j. ad fi. ff. furti aduer. nau.

Vicini proximiores tenentur denunciare maleficia, si statutũ dicit, quòd uicini denuncient. Bald. in l. fi. in uer. facit ad statutum. C. de cepti.

Vicinos fundos interest acquirere etiam precio iniusto. l. si cui fundus. in fin. de leg. ij. Quod not. pro tutore emente cariori precio.

Vicini si ex forma statuti intelliguntur distantes per unũ millitare, fieri debet mensuratio per directum. Bart. in l. j. in fin. si quis cau.

Vicinus, ante cuius domum reperitur homo mortuus, est suspectus de homicidio. suprà uerb. Indicium. uersi. xliiij. nisi occisus habeat alium capitalem inimicũ. Inno. c. cùm oporteat. in ult. col. in gl. in uerbo, inimicos. cum ibi no. de accu. ubi dicit hoc esse in arbitrio iudicis.

Vicinus tenetur exigere murum domus suæ inclinatũ uersus domũ uicini, petente uicino. l. si cùm meus. & l. si quæstio. si ser. uen. Bartho. Cæp. de ser. urb. c. lix. & ĩ. eod. uer. xxxix.

Vicinus non potest in domo sua exercere artem fœtidam, uicinis inuitis. l. ij. §. item ait, si ædem. ff. ne quid in loco public. Bartho. Cæpo. de ser. urb. c. xlviij. & ti. de aere.

Vicinus testis quando probet, uel non. Alex. post Bart. in l. j. ff. si cer. pe. & suprà, Testium impugnatio. uersi. lxxv.

Vicinus non potest ædificare in solo suo iuxta areã uicini, quæ fit ad triturandum granum, ne per ędificiũ impediatur usus areæ, quia uentus retineatur. l. fi. §. fi. & ibi Bar. & Bald. C. de serui. & Pet. de Vbal. in tract. de Societ. vj. parte, vj. q. Quod est uerum, secundum Bal. ibi, si area in alio loco fieri nõ possit. Item uerum, si uentus non possit uenire, nisi ab ea parte, à qua ædificetur: ut ibi per Bar. & Bald. Bartho. Cæp. de ser. urba. cap. xxv. cap. xxvij. & cap. xxix. Et ibi dic uerum, nisi pactum sit in contrarium. & suprà uerbo, Aedificium. uersic. xxiiij.

Vicinus an & quando ędificet inuito uicino, & quod spacium intermittat. s̃. uerb. Edificium. uersic. lij.

30 Vicinus non potest retinere meretricẽ in domo, inuitis uicinis. Gul. de Cu. in l. ij. C. de sum. trin. & Barth. Cæp. de ser. pasc. vj. quæst.

Vicinus potest aquam profluentem ex fundo uel tecto uicini in curtem, uel fundũ suum retinere, & depellere, ne sibi noceat. Paul. de Cast. in l. quoties. la j. de ser. & Bartho. Cæp. de ser. urb. c. xij. c. xlvj. c. lxvij. & seq.

Vicinus potest domũ suam altiare usq; ad cœlum, etiamsi noceat luminibus uicini, dummodo eius domum non tangat. l. altius. C. de ser. & ibi doct. & Pau. de Cast. consi. v. incipiente, Causa, quæ uertitur. in ult. dubio. in v. col. Ang. in l. qui luminibus. de ser. urb. prædio. Itẽ nisi faciat causa nocendi uicino: quod deprehenditur, si altiando sibi nullam commoditatẽ afferret. Pau. de Cast. in l. cùm in eo. de ser. urba. pręd. arg. l. j. §. deniq; de qua plu. arcen. & Barthol. Cæp. de ser. urba. consi. xxxix. & plenius per Alexã. consil. clxxiij. ij. parte. qui tenet cum Pau. de Cast. & Alex. ubi s̃. dicit esse eligendũ arbitrum, id est, architectum unum, si plures haberi nõ possunt. Ang. tamen tenet contrarium in d. l. cùm in eo. Sed ibi Bar. dicit, quòd potest obscurare lumen uicini, nisi seruitus altius non tollendi sit constituta. casus est ibi. Quia seruituti renunciare non uidetur is, cui dicta seruitus debetur, si ipse fenestras suas obscuret. Flor. sing. in l. hoc autem. de ser. urb. prædio. Et de animo nocendi, uide s̃. Animus.

Vicinus si ex forma statuti habeat ius emendi rem uicini, uide suprà, uerb. Venditio quando. uersi. iij.

† Vicini qui sint iudicandi, ut comprehendatur in statuto disponente, quòd quis teneatur uendere uicino. uide do. Pet. Phil. Corn. in consi. xxix. incipiente, In præsenti. per totum. in iij. parte.]

Vicinis potius, quàm alijs, incumbunt onera faciendi aliquid in loco. Bar. in l. quicunq;. la ij. C. de omni agro deser. lib. xj.

Vicini non possunt ire ad fontem aquæ situm in fundo uicini, domino inuito. Alberi. de Rosa. in l. forma. §. salinæ de censi. Barth. Cæp. in l. inter publica. §. publica. de uerb. sig. uide l. si quis diuturno. si ser. uen.

Vicini possunt resistere impunè officialibus iniustè exequentibus contra uicinum. Bar. in l. prohibitum. in iij. no. C. de iure fisc. lib. x. Et ibidem uide omnino dom. Alex. in apostillis allegantem infinitas notas ad hoc.

Vicinus an possit uendicare rem alteri uenditam nulliter, & simulatè uigore statuti. Paul. de Castr. consil. cccxviij. incip. In causa mota per dominam Dorotheam. in quinta colum. quòd sic.

Vicinus socius in re communi cũ altero an possit offerre preciũ, & uẽdicare ab emptore uigore statuti. Pau. cõ. cccxliiij. incip. In hoc passu duo sunt, quòd sic.

Vicinus, cuius domus minatur ruinam, cogitur officio iudicis reficere murum, non autem cogitur cauere uicino dubitanti transire per uiam propter periculum ruinæ imminentis. Bart. in l. illicita. §. ne potentiores. in prima col. in uersic. & scias, quòd quandoq;. ff. de officio præsidis.

40 Vicinus habens fundum trium iugerum non tributarium, si tenetur uendere uicino ex forma statuti, si emat alium fundum tributarium uicinum suo, non compellitur uẽdere uicino habenti maiorem fundum. Io. And. in Spec. de emp. & uen. §. restat. in addi. coniungam, &c. & Alex. in l. si conuenerit. §. si nuda. de pig. actio.

Vicini tenentur purgare uiam ante domos ipsorum, etiam eõductas. s̃. uerb. Via. uersi. xxviij.

Vicinitas parit incommodum quandoq;. glo. & Car. in cle. j. §. terra. de pœnis.

Vicinus ecclesiæ potens si facit sibi concedi in emphyteusim rem ecclesiæ per metum, quomodo puniatur. Ang. in auth. de non alienando. §. his solis.

Vicinus habens priuilegium ędificandi in loco publico à principe, non potest obscurare lumina uicini. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. Quod nota pro habentibus licentiam à communitate faciendi pontem super uia publica. & tenet Bartho. Cæp. de ser. urb. consi. xxxix.

Vicini tenentur contribuere ad refectionem putei. Bart. in cõ. Quædam conuicinia. Dyn. in l. Imperator. §. si centum. delega. j. Iac. de Are. in l. prætor. §. hoc edicto. de dam. infect. Bal. & Flor. in l. cùm fructuarius paratus. de usufruct. ubi Bal. nihil in specie dicit de puteo, nisi quod allegat Spe. in d. uersi. item pone. Bal. & Moder. in l. iiij. §. actor. de re iudi. Barthol. Cæp. de ser. urb. cap. xlvij. & in Spe. de censi. §. j. uersic. item pone, quòd uicinia. Quod uerum, etiamsi uelit unus renunciare usui aquæ. s̃. uerb. Seruitus aquæ. uersic. ix. Et in simili per Bald. in l. pe. in fin. de condi. inser. & tenet Car. in cle. j. in prin. x. not. de exces. præla. & in c. j. de ecclef. ædi. & omnino per Alex. in l. is, cum quo. de aqua plu. arcen.

Vicini habent se ut socij, & inter eos contrahitur societas. in Spec. de iudi. §. ij. uer. dicitur enim.

Vicini iustè timent sibi, cùm domus uicini incenditur. s̃. Incendium. uoluit allegare uer. iiij. sed loquitur alio casu.

Vicissitudo, id est, mutatio, uel alternatio. c. querimonia. & ibi Sicul. de iure patro.

Vincere debet in causa, qui melius probat, & iustiorẽ causam fouet. Bald. in l. fin. v. col. uersic. viij. no. C. de edi. diui Adri. tol.

Victus propriè non dicitur, qui ad causam nõ admittitur. Bal. in l. Polla. in j. colum. uersic. quæro, an pars. C. de his, quibus ut indig.

Victus tenetur ad expensas. s̃. uerb. Expensarum condemnatio. uers. xix. sed non ad superfluas. Nico. de Neap. ff. in l. j. in uer. ex quo no. in lect. Nico. de Neap. ff. ubi pup. edu. deb.

Victor per sententiam iniustam non obtinet. Bar. in l. qui testamento. in §. j. in lect. Nico. de Neap. ff. de excu. tu.

Victus potest in alio iudicio se fundare in cõtrario eius, quod allegauit in primo iudicio: ut plenè per Alex. in l. qui Romę. §. Seia. de uerb. ob.

Victor an possit dicere sententiam nullam. s̃. Sententia nulla. uer. xcvij. & in uerb. Sententia retractatur. uer. lij.

Victor non dicitur renunciare sententię, cui nõ acquiescit, sed innouat.

innouat. supra, Sententia tractatur. uersic. ij.

Victus non præsumitur habuisse iustam causam litigandi. glo. in §. oportet. in uerbo, solo. in auth. de iudi. Bald. in l. properandum. §. sin autem alterutra. in j. col. uersi. in dubio autem. C. de iudi. & in auth. post iusiurandum. eod. tit. aliàs incipit, Nouo iure. Et ita est in lectura Baldi & Bar.

† Victus in causa appellationis an debeat condemnari in expensis ambarum instantiarum, dato quòd obtinuerit in causa principali. Tholo. deci. ccxxij.]

Victus in causa reductionis ad arbitrium boni uiri ex iusta causa petitæ, non tenetur ad pœnam compromissi. suprà, Pœna compromissi. uersi. xxxvij.

Vincens uincentem alium, an uincat uictum à uicto à se. Bart. plene in l. Claudius. in ij. col. in uersic. uenio ad ultimam gl. ff. qui po. in pig. ha. distinguit.

Victoria finalis causæ dicitur per ultimam sententiam in petitorio, uel possessorio de per se agitatis, uel super utroque simul. Car. post gl. in cle. j. in fi. princ. de seque. poss.

Victoria hæredis putatiui prodest uero hæredi. l. si hæres. & ibi Bar. ff. fami. ercis.

Victor an propria authoritate intret possessionem rei, de qua lis fuit. s. uerb. Possessio occupatur. uersi. pen. quòd non.

Victus qui promisit reficere expensas, tenetur ad iustas tantùm. Ang. post gl. in §. oportet. in ij. col. uersic. illud tamē no. in authē. de iudi. etiamsi iustè litigauit: ut suprà, uer. Expensarum condemnatio. uersi. xix.

Victoria per unam uiam difficilior est, quàm per plures. in Sp. de aduo. §. consequenter. in uer. & quidem.

Victualia possunt denegari transeuntibus, si preciū non offerant. l. uenditor. §. si constat. per Ang. communia prædio.

† Victualia quolibet anno taxari debent, ut debito precio uēdantur pro tuitione status populi terrarum, & populorum. Ita est textus, & ibi Iaco. Aluaro. in c. j. §. post natale. de pace tenen. & eius uiolat.]

* Annona, id est, ea, quę ad uiuendum necessaria sunt, ut iusto precio uendantur, curare prætor debet, omnibusq; iustum precium præficere. l. j. §. cura carnis. ubi Bar. ff. de offi. præf. urb. l. munerum. §. item ipsi. ff. de muner. & honor. Cy. in l. j. C. de epis. audien. Fabia. de mont. in tracta. de emp. & uend. quæst. iij. princ. quæst. xviij. nume. 39. Aemilius Maria Manolessus.

Victualia quis non cogitur uendere etiam iusto precio, si non habet ultra quàm sibi sint necessaria: aliàs sic. l. j. §. cura. de offic. præfe. ur. And. de Iser. in constitu. regni. Lud. in sing. uer. quis non cogitur. & suprà, Venditio quando. uersic. viij. & uerb. Ciuitas. uer. xxxvj. & suprà, in uerb. Statuta super quibus. uersic. xlviij.

Victualia an possint emi, ut carius uendantur ad tempus. Siculus in c. j. ne cle. uel mo. & suprà, Emptor fructuum. uer. pen. quòd non, & dicitur usurarius, ut ibi. uer. j.

Vitricus potest esse tutor priuigni, sed nō potest eum alere apud se. glos. j. in uer. proponis. & doct. in l. iij. C. de contra. iud. tu. & ibi tex. Bar. & Bald. facit l. j. & ibi glos. in uerbo, uitricum. C. ubi pu. edu. de. l. nōnunquā. & ibi Bar. de adop. Bald. in addi. Spec. de tuto. uer. uitricus. & ibidem Spec. §. nunc dicendum. uersi. uerum tamen. Quod uerū ad petitionem matris pupilli, si sit idoneus arbitrio boni uiri, aliàs non: sed cautius est, quòd alium petat, ne teneatur mater, quæ præsumitur in bona fide. Bald. in l. precibus. vij. col. in uersi. quid ergo, si petijt. C. de impu. & alijs substit. & in l. mater. & ibi Bar. C. de inter. ma. inter. tu. & pu. Sed glo. in d. l. j. in uerbo, uitricum. dicit quòd potest dari à patre, non à iudice, & sic in testamento, non post, id est, postquam est uitricus, & sic intelligitur d. l. iij. C. de cōtra. iudi. tute. & l. nōnunquam. secundum Ang. in §. eiusdem. in authen. de nup. col. iiij. uide Bal. in l. omnem. in ij. col. in fi. in uersi. sed nunquid ista nubens. C. ad Tertul.

Vitricus expendens pro priuignis, repetit, si constet animo re petendi modis, quos ponit Bar. in l. si paterno. & ibi Bal. in uer. quæro, utrum. C. de negotijs gestis. & ibidem uide dominum Alex.

Vitricus potest uocari in ius sine uenia. doct. & Alex. in l. generaliter. ff. de in ius uocan.

Vitricus non succedit priuigno ab intestato, nec econtrà. l. in uitrico. & ibi Bar. & Bal. C. communia de succes.

Vitricus non tenetur alere priuignos, nec domi retinere. Bal. in d. l. si paterno. in ultimo notabili.

Vitricus percipiens fructus ex rebus priuigni, tenetur restituere. l. si propter. & ibi Bal. C. de compensa.

Vitricus tenetur in subsidium pupillo pro ratione tutelæ non reddita per matrem eius, antequā secundo nuberet. Et ideo sit cautus, uolens accipere uiduam in uxorem, ut faciat eam prius reddere rationē tutelæ, l. si mater. & ibi Bal. C. in quibus cau. pignus ta. contrahatur.

Videtur, significat fictionem. Bar. in l. si is, qui pro empto re. in vj. col. in fin. ff. de usucap. & in l. licet. §. idē. iiij. col. in uer. præterea posito. ff. de pec. & in l. naturaliter. in princ. ff. de acquir. possess. l. si duo. de acquirē. hæredi. & in l. nemo. & ibi glos. & Bar. de restit. in integ. Bald. in l. in testamento. ij. col. & in ij. oppo. C. de test. mili. & in l. sororem. in fi. C. de his, qui. ut indi. l. iij. §. ex contrario. de acquir. poss. & ibi doc. & in l. qui actionem. de re. iur. † Et quando sit ueritatis expressiuum, uide do. Ias. May. Instit. de acti. §. præiudiciales. num. 22. & do. Bartho. Soci. in l. j. §. ex contrario. nu. 2. de acquir. posses. & in l. generali. Quid autem denotat, uide do. Soci. in consi. cxlix. incip. In causa Ambrosij. uersi. secundò quia. in j. parte, char. cxxv. & in con. xcij. inci. Circa prin. huius uersic. circa dubitationem. circa fi. in 100. parte, char. clv. & in consi. 100. incip. In causa Baptistę. circa prin. iij. col. in j parte. char. clxvij. & per Felin. in c. decætero. in princ. de homi. & in ca. ut famæ. de senten. excom. & do. Franc. Areti. in l. iij. §. ex cōtrario. ante medium j. col. de acquir. poss. & in l. naturaliter. eod. tit. in princ. & do. Pet. Phil. Corn. in consi. cccv. incip. In hac. in litera P. & S. & do. Franc. Areti. in l. seruum filij. de leg. j. & in l. in bonæ fidei. C. de pact. & in l. quoties. C. ubi senato. & in l. j. si cer. pe.]

† Verbum Videtur, inducit fictionem, & est uerbum fictum. l. non uidetur. ff. de acquir. pos. & l. non uidetur. ff. de regu. iu. & uoluit Abb. in c. mulieres. in iij. col. de sentē. excom. Item per uerbum uidetur, respondetur de iure. Ita uoluit Abb. in c. ij. de coniug. seruo. & in c. j. de iudi. & in cap. decætero. de homi. ubi dicit, quòd per uerbum Credo, respondetur de iure: & tantum est dicere, non uidetur, quantum nō est. Quod dicit facere pro teste dicente, non uidetur. & Bart. in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi. no. quid ualeat dictum testis, si deponat per uerbum, uidetur. Et adduco Ioā. And. & Io. de Imo. in c. præterea requisisti. de app. ubi dixerunt consultationi satisfieri, si respondeatur per uerbū, uidetur, ut ibi patet. de sen. excom. perpendimus. Et idem, si per uerbū, Credimus, uel Credo, eo. tit. nuper uoluit Ant. de But. in c. ij. de postu. uel si dicant, Non occurrit ratio, quòd non sit sic dicēdum. facit de testi. spo. item cùm quis. & idē in similibus, de quibus per Io. And. & Imo. in d. ca. præterea. Quod nota pro uerbis, quæ apponuntur quotidie in consilijs. Et de uerbo Credo, uide tex. in cap. si duobus. de appel. & c. ad nostram. el iiij. de iureiu. Item per uerbum, Existimo, respondetur de iure. l. si quis fumo. §. fi. ff. ad legem Aquil. Item uerbum Decerno, est iuris noui introductoriū. c. decernimus. & ibi do. Car. Abb. & alij, de iudi. & Abb. in ca. j. de eo, qui mit. in poss. & in cle. generale. de ęta. & quali. & in cle. ij. de app. & in cle. per liberas. de præben. & uide Gemi. in c. cū qui. de præben. lib. vj. & ibi etiam de uerbo Censeo, de quo uide glos. in cle. cùm ei, quem. de concess. præben. & do. Car. in c. j. de confess. Abb. in cle. generalem. de æta. & quali. & cle. j. post gl. de cōcess. præben Item uerbum Statuimus, est iuris noui introductorium. gl. est in c. ut litigantes. de offi. ord. li. vj. & gl. in cle. fi. in uerbo, statuimus. de rescri. per Gemi. in c. pe. de re iudi. li. vj. ubi dixit, quòd per uerbum Statuo, profertur sentētia. c. in his. de uerbo. sig. & uide gl. pe. & ibi Gemi. in c. unico. de cle. non resi. lib. vj. & doct. in c. decernimus. de iudic. Et uerbum Statuo, quandoq; importat consilium, & non præceptum: & hoc quando materia non est necessaria. tex. iuncta glo. in uer. statuimus. in ca. super quæstionum. §. uerum. de offic. deleg. Et de uerbo, Statuo, & innouo, Abb. in d. c. decernimus. de uerbo Sentimus, & non occurrit, uide Abb. in c. ij. de mu peti. Et uerbū Sancimus, inducit ius nouū. Abb. in c. cùm nobis. de prescrip. in v. col. Idē dicas de uerb. Puto. l. j. §.

l.j.§.iubet.in uerbo,ego quoq; puto.ff.de colla.bò.]

Videtur in testificatione an probet. sup. uerb. Testis deponit. † uersi.xlix. † Vide per Fel.in ca. decæterò. de homi.in prin.] Et an in sententia,in l.quid tamen.§.primo. & ibi Bart. in ij. no.ff.de arbi.quòd sic.glos.in uerbo, reportauerunt.& Bal. in l. etiam. C. mandati. Et de sententia addo Angel. in l. si quis filio exhæredato.§.irritum.ff.de iniu.testa.& per dom. Hierony.Tor.in l.j.in decima col.ff.de re iud.

Videbitur,intelligitur scilicet arbitrio boni uiri. Bar. in l.si sic. in prin.in j.q.ff.de lega.j.& in l.creditor.§.Lucius.in j. no.ff. mandati. Addo de hoc uerbo, Visum tibi fuerit,Bald. in tit. de pa.Constan.in uer.in animam nostram.in tit.de pa. Con stan.quòd imò sunt uerba uoluntatis,& non arbitrij . per d. l.Lucius.de quo uide do. Ant.& Imol.in c.j.de iudi.tenētes primam opi.& uide omnino do. Alex.in d.l.si sit. in prin. ij. col.in uersi.quid de his uerbis.

Videre dicitur, qui percipit effectum rei. Bald.in l.falsus. iij. col.in iiij.oppo.C.de fur. per §.manifestè. Instit. de obliga. ex delict.

Videre dicitur quis, etiam per oculum intellectus.l. itē apud. d.§.pen.& ibi Alex.de iniur.

Videlicet, est dictio restrictiua. l. cùm quidā. §.j.de usu. Bar.in l.j.ff.ad legem Aquil. & in c.statutum. † el ij.de hæreticis.in vj.& ibi Gemi. † Et per Franc. Aret.in l. si fundum.ff.mandati.& Bal.in l.inæqualibus.de su.instit.& per Fran.Are.in l.cùm uendente.C.ubi cau.fiscales.]

Vidua dicitur etiam, quæ nunquam uirum habuit. Bar.in l.j.ad fi.C. quādo impera. inter tu.& pu.Item etiam facto diuortio.l.mulieri.ff.de dona. inter uir.& uxo.arg.con trà in authenti. quomodo oportet epi. §.j. Item ea,cuius uir mortuus est.xxxiiij.dist.uidua. Quod uerum secundum cō munem usum loquendi, scilicet si eam cognouit carnaliter, non aliàs.d.c.uidua.secundum Abb.in cap.ex tenore.in fin. de foro compet.Sed propriè dicitur,quæ nunquam habuit, nec habet uirum: à ui uocabuli, à ui,quod est sine,secūdum Abb.Glos.tamen aliter loquitur in d.l.j. in uer. uiduas.quia propriè & strictè dicitur, quæ uirum non habet,sed habuit. Sed impropriè dicitur quælibet uirum non habens. Vide l. malum.§.uidua.ff.de uerbor.significa.Item quæ habet uirū inutilem sibi, uel absentem. glos.not.in l.fin.in uersic.orbitates.C.de plagia. & ibi clarius per Bald. & Alexan.in l.ele ganter.§.qui reprobos.de pigno.actio. ubi idem dicit de pa tre,qui dicitur orbatus filijs, etiamsi habet filium inutilem, † per text. & glos.in d.l.fin. † Et per Feli.in c.significantibus. de offic.deleg.]

Vidua retinet forum uiri mortui, & eius priuilegia.l.fœminæ. & ibi Bart.ff.de senato.Barto.in l.fin.in j.col.in fin. uersi.sed quid si est effecta uidua.C.de uerb.signi.& in l.j.in j. colum. in uersic.item nota, quòd mulier.C.de mul. & in quo loco. & in l.fin.§.pe. ad muni.& in l.filij.§.uidua. eodem titulo. & l.semper.§.immunitati. de iure immu. & in l.fin. C. de bon. ma.& in l.fin. C.de incolis.lib.x.l.fin.& ibi Bartol.in uer.no. istum text.C.de priuil.schola.lib.xij.Cyn.in l.ij. C.de epi.& cler. Bald.in l.uoluntas.j. col.uersi.dicit Longobarda.C.de fideicom.Quod uerum in fauoribus, non in odijs,nisi in cō tractu dotis, in quo semper inspicitur consuetudo fori uiri. l.exigere.ff.de iudi.Et recuperat priuilegia casatę patris.infrà,uerb.Virgo.uersi.pen.

Vidua retinet dignitatem,quam habebat uiuente uiro. gl.in c. ex parte.de fo.comp.in gl.mag.in uer.nō obstantibus.ad fi. † Et ibi uide per Fel.plenè,& do.Bene.de Vadis Forosempro niensem in consil.suo iij.]

Vidua dicitur esse in matrimonio primi uiri.l.fi.de bon.mat.& Bald.in l.uoluntas.C.de fideicommis.in j.col.in uersic.dicit Longobarda.

Vidua retinet nobilitatem ex casata uiri. Bart.in l.fi.in j.col.in fi.uersic.sed quid si est effecta.C.de uerb.signifi.etiamsi ex se erat ignobilis.quia nubēdo uiro nobili fit nobilis.d.l.fœminæ.& Bartol.in d.l.fi.in j.col.in uer. quæro popularis.& per Alex.in l.filij.§.uidua.ad muni.

Vidua potest mortuo uiro bannito reuerti ad ciuitatem, non obstante statuto de uxoribus bannitorū expellendis. Bart. in l.Titia.uer.usuras.de leg.ij.Bal.in d.l.uoluntas.ij. colum. uer.dicit Iacob.de Are.& in l.fin.in ij.no.C.qui.ad libe.per-ue.nō licet.& in l.cùm acutissimi. in ij.col. in uer. nota illud statutum.C.de fideicom.

Vidua non potest testari de dote, etiam ad piam causam,stante statuto,quòd uxor non testetur.s.uer.Dos.sol.matrimonio. uersic. ij. & uersic. statutum de ultimis uoluntatibus. uersic.xc.

Vidua inops,etiam indotata, debet ali de bonis quondam uiri.Pau.de Cast.consi.cxxij.incipiente,Reuocatur in dubiū. Bal.in l.fi.C.de bo.mater.

Vidua tentans monachum de matrimonio quomodo puniatur.Bald.in l.si quis non dicam rapere.ult.col. uersi. ultimo extra glos.C.de epi.& cle.quia puniatur pœna illius legis, si scienter tentet.

10 Vidua potest ponere pecuniam in bancho ad lucrum. Abbas Sicul.in c.conquestus.de usuris.circa medium,in uersi. idem puto in istis uiduis.

Viduitatis conditio reijcitur.l.ij.& ibi Bart.in j.no.C.de indi. ui.tol.quod uerum est in uirgine, non in alia iam nupta.authen.cui relictum.& ibi. Bar.eod.tit.& uide l. sed si hoc.§.fi. de condi.& demon.

Viduitas non stat in lachrymis,& in habitu: quia

Vidua nō tenetur induere se ueste lugubri, nec plorare in morte, uel funere uiri.l.decreto. & ibi Bald. in primo not.C. de infā. Sed Bald.in ca.j.in iij.col.in uersic. dicit lex.quo tempo.mil. dicit eam teneri statim indui, quòd scit mortem uiri, & finito anno à die mortis, non à die scientiæ potest dimittere.

† Vidua si nubat,cuius sint panni nigri uiduales, uide Bald.in consi.ccccclxxv:ij.in v.parte.]

Vidua pariens intra nouem menses à morte uiri,punitur, sicut secundo nupta intra annum luctus.auth. eisdem. & ibi Bal. in princ. C.de secun.nup.

Vidua emens incontinenti post mortem uiri præsumitur emere de pecunijs uiri,non si ex interuallo. Angel in consil.Mulier solu.matri.emit,&c.Alber.de Ros.in l.etiam.C. de dona inter uir.& uxo.Barthol.Cæpol.in fin. uersic.iiij.& Alexan. in d.l.etiam. & Angel. in consil. cxlj. & consil.lxxxij.Perfectis hi ,&c.

Vidua propter adulterium perdit dotem.Paul.de Castr.consi. cxxij.incipit, Reuocatur in dubium.& in l.sororē.& ibi do. Alex.in j.col.ad fin.in uersi.item facit,secundum eum.C.de his,qui.ut indig.ubi reprobat hoc dictū.& per Pau.de Cast. in l.fideicommissum.post gl.C.de fideicom.& per Bart.in l. pe.C.de adul.& in l.j.in uer.ulterius no. ff.de his, qui.ut indig.Sed caue,quia Bar.loquitur in alijs terminis.

† Adde, quòd uidua,si postquam assumpsit tutelam filiorum, incontinenter uiuat, perdit tutelam, si ad secundas nuptias transierit.De quo est glos.not.quam sequitur Bar. in authē. sacramentum.in uer.contractus. C.quando mulier tute. offic.fun.po.Per quod potest inferri, quòd easdē pœnas,quas patitur uidua transiens ad secūdas nuptias intra tempus luctus,easdem pati debet,si incōtinenter uiuat,quia ratio nuptiarum prohibitiua intra tale tempus fortius uendicat sibi locū,quando est incontinens,ne plus habeat luxuria, quàm castitas.Facit quod no.per glo.& Bar.in l.fideicōmissum.C. de fideicō.ubi nota,quòd si uidua incontinenter uiuat, perdit legatum sibi à marito relictum, & aufertur sibi tanquam ab indigna ex præsumpta uoluntate testatoris, & reuocatur legatū.Quod maximè procedit, si incontinenter uixit tempore mariti,ipso marito ignorante. no.gl.in l.sororem.C. de his,qui.ut indig.Abb.in c.uxoratus.de conuer.coniug.Ego adduco Pet.de Anch.in c.petistis. de priuileg.ubi si testator reliquit uxorē usufructuariam, quamdiu castè uixerit, si primo anno uiuit castè, secundò non, tertio redit ad castitatē, ingrediendo fortè religionem, quod non reassumit legatū. quia stuprum committendo perdit:ut no.in d.l.sororem.& in d.l.fideicommissum.faciunt optimè not. in l.fin.C.de indi.uidui tol.& dicitur Græcè χήρα.]

Viduæ debentur uestes lugubres.sup. uerb. Vestis.uer.xxxiij. cum his,quæ ibi addidi post authorē,ubi de materia.

Viduæ dicuntur personæ miserabiles. suprà uerbo, Miserabiles.uersic.ij.

Vidualis uita dicitur non transire ad secunda uota.Bal.in l de creto.in ij.not.C.de infami.

20 Vidua

20 Vidua pauper potest trahere secularem ad forum ecclesiasticum, non si est diues. probatur in c. significantibus.& ibi Abb. Sicu. in prin. extrà, de offic. deleg. & in c. super quibusdam. in j. col. in fi. uer. no. in §. cùm autem. de uerb. signi. ubi idẽ dicitur in pupillo. Caue. quia nihil in specie dicit de pupillo, nec uidua, sed simpliciter dicit, quòd miserabiles personæ sunt sub protectione ecclesię. Vide per Abb. in c. licet. de foro compe. Et dicit uerum, si uidua, & pupillus sint pauperes: quia tũc dicuntur miserabiles habitu, & actu: nec tũc requiritur negligentia iudicis laici. Secus, si habitu tãtùm, id est, quia sint uidua, & pupillus diuites: quo casu oppressi idem possunt data negligentia unius tantùm iudicis laici: quæ tamen requiritur in omnib. iudicibus laicis, si alijs personis laicis, non miserabilibus fiat iniuria: sed si tales uocantur in ius corã laico, nõ possunt declinare forum eius. Abb. in d. c. significantibus. post Innoc. in j. col. ibi, qui idem dicit in peregrinis.

Vidua post annum luctus est alenda ab hæredibus uiri, si dos ei non restituatur: uidelicet donec sit uidua. Ang. post Cyn. in l. diuortio. in princ. solut. matri. & Richar. Mal. in l. fi. C. de bon. ma. per l. Titia. solut. mat. quod uerum, nisi dos esset in pecunia, quia tunc esset lucrum: quod non licet, nisi mulier esset solita dare pecuniam ad lucrum. Ioan. de Imo. in d. l. diuortio. post Ioan. And. & Innoc. in c. salubriter. de usuris. Itẽ nisi habeat unde aliunde se alat: quia nõ debet ali, licet dos sit in pecunia. Bald. in authen. ei qui. C. de bo. author. iudic. pos. dicit, quòd semper debet ali, donec ei dos, etiam in pecunia, non restituatur. Sed Ang. in d. l. Titia. dicit, quòd possunt peti usuræ pro alimentis, si uxor nõ habet unde se alat, secundum Alexan. quem uide in l. at qui natura. §. non tantùm. ff. de neg. gest. & plenius in con. xxvj. iiij. parte. & cons. lxj. ij. parte.

† Vidua tenetur post mortem mariti sui patefacere hæredib. mariti bona cum iuramento. gl. in l. j. in uerbo, iurat. C. quãdo, & quibus. lib. xj.]

Vidua debet ali ab hæredibus uiri intra annum luctus de dote sua. l. j. §. exactio. & ibi Bar. & §. cùm autem. & ibi per Salic. C. de rei uxori. act. Ang. in Repert. uer. Vxor. & per Bal. in l. j. in ij. col. C. de lega. Barto. in l. diuortio. in princ. in j. col. in uersi. secundò quærit gl. ff. sol. mat. Idem etiam addit, quòd interim debet operari in domo ad commodum hæredum, quando uir eam in domo non reliquit alimentariam: aliàs sibi, & non hæredibus, operatur. Quod etiã tenet in l. Caio. §. Imperator. in fin. de ali. & ciba. legat. & in l. libertis. la prima. §. Lucius. in fine. eodem titulo. ubi uide. & tenet Sali. in d. §. exactio. Abb. in c. salubriter. in ij. col. in uer. & faciũt hęc ad quæstionem. de usuris. tenet quòd uxor debet ali ab hærede uiri, etiam intra annum datum ad restitutionem dotis, si ea non habet aliunde unde uiuat: quo casu dicit ualere statutum, quòd aliquid annuum soluatur ei pro alimẽtis: aliàs non. post Ioan. Cal. in clemẽ. j. de usuris. Sed Alexan. consil. ij. iiij. parte, tenet, quòd etiamquando, sunt ei legata alimenta, debet operari in seruitijs hæredum, secundum qualitatẽ personæ suę, & infrà. Et de dicto statuto uide sup. Statuta super quibus. uersi. xviij. & ĩ. uerb. Vsura. uersic. xlj. Item Bartol. in d. l. diuortio. in ij. col. in uersi. sed tunc quid fiet. dicit, quòd si est domina, quæ operatur, & habitet extra domum uiri, debet ali ab hærede, deducto quatenus esset operata intra annum. Sed si esset magna domina, quæ manuales operas non consueuit exercere, debet ali, etiamsi non operetur. Et uide omnino per Bart. in l. si constante. in princ. pen. col. in uersi. sextò quæro. ff. solu. mat. Ang. in d. §. cùm autem. dicit, quòd uiduæ debet statim dos reddi, uel ali extra domũ intra annum luctus de dote, nec ipsa tenetur operari hæredibus, quando est formosa: ut si moretur in domo, sit suspicio honestatis. Et tenet Bar. in d. §. Lucius. & consi. suo, Ioannes habuit quãdam suam uxorem. ubi dicit uxori intra annum deberi alimenta, etiam extra domum, quando est suspicio honestatis, aliàs non. Vide etiam ĩ. eod. uer. lxvij. & Bal. in d. l. j. in ij. col. uersi. sed dubitabatur. C. de lega. dicit, quòd non debet uidua in domo filare, nec texere pro hærede: sed debet præstare operas obsequiales, scilicet facere lectũ, coquinam, portare aquam, & similia. Ad quas operas posse cogi, tenet Flo. in l. sed sicuti. §. quoniam. ff. de usur. Etsi fructus dotis sunt plusquam alimenta, cedunt hæredibus uiri: quia si sunt minus, supplere debent hæredes. Bar. in d. l. diuortio. in ij. col. in uersic. quæro, quid si hæredes. & s̃. uerb. Fructus dotis. uersic. xij. ubi plenius de hoc. Et sciendum, secundum Bal. in Marg. uerb. Maritus. uersi. ij. quòd uidua debet ali ab hæredibus uiri, si operetur in domo, uel si est prægnans, & post partum per quadraginta dies, per gl. in l. prægnantem. ff. de pœnis. Adde gl. in l. sicut. in uerbo, debet. ff. de ope. lib. & Bal. in l. fi. in fi. C. de bo. mater. qui dicit eam esse alendam de fructibus suæ dotis, uel si non habet aliunde, ab hæredibus uiri. Et quòd intra annũ est substentanda de dote, Spe. in tit. qui fi. sint legi. §. nunc dicamus. uer. sed nunquid. el j. & seq. Bald. in addi. uer. uxor. dicit, quòd etiam indotata debet ali, dum tamen operetur pro hæredibus etiam extra domũ, si in domo malè tractatur. Quod est notandum. Sed recepta dote nõ erit alenda. Bar. in l. amplius. in ult. col. in uer. quęro pro declaratiõe. ff. rẽ ra. ha. Bal. cõtrà in d. l. j. in iij. col. in uer. extra quęritur. C. de leg. & s̃. Alimenta. uersi. xxxviij.

Vidua, cui sunt legata alimenta in domo uiri, an possit dotem repetere. Pau. de Cast. con. ccxlix. incip. Suprascriptus egregius. quòd sic.

† Vidua quo iure petat alimenta, uide Bald. in consil. cix. in v. parte.]

Vidua an accuset de morte mariti. Barto. in l. ij. ff. de accus. in j. col. in uer. quæro, utrum mulier. quòd sic.

Vidua, cui uir reliquit habitationem in domo, dicitur possidere domum. Bar. in l. si duo. §. cæterùm. ff. uti pos.

Vidua operata in domo hæredum uiri intra annum luctus, potest petere tertiam partem centesimæ usuræ pro dote. Ang. in §. & quia parum. circa medium. uersi. per hoc dico. in authen. de nup.

Vidua debet seruare honorem uiro, donec tenet uiduitatem, authen. cui relictum. & ibi Bald. in j. colum. C. de indic. uid. tollenda.

Vidua potest fieri monialis, sed non consecratur ut uirgo. c. uidua. & ibi doct. & Abb. in j. no. de reg. & tũc perdit dignitatẽ quæsitam ex persona uiri. Alexã. in l. filij. §. uidua. ad muni. per gl. xxij. quæstio. ij. scripsit.

Vidua est alenda de bonis uiri mortui non emphyteuticis. Itẽ nec de fructibus legitimæ, sed deducta legitima cùm fructibus eius. Itẽ deducto ære alieno, quando ei uir legauit alimenta in domo. Alexan. consil. iij. ulti. colum. iiij. parte, ubi etiam dicit, quòd proprietas bonorum uendi nõ debet pro ea alimentanda.

Vidua non potest petere annuam quãtitatem sibi promissam pro alimentis, dote non restituta. Petrus de Anchar. consil. cxxxviij. In quęstione, quæ uertitur inter nobilem dominã, &c. & Alexan. consil. lxj. ij. parte. & consi. xxvj. iiij. parte. ubi plenè loquitur etiam de legato dicto modo facto, & pro dicta causa. Secus in statuto. sup. uerbo, Statuta super quibus. uersic. xviij.

Vidua qualiter petat pensionem domorum, uel fundorum. suprà, Pensio. uersic. xiij.

Viduarũ causę nõ pertinent ad ecclesiam immediatè. in Spec. de comp. iu. adi. §. j. uer. sed pone, clericus.

Vidua debet habere res relictas sibi à uiro æstimatas ab eo, licet ualeant plus, uel minus. Bar. in l. si fundum. §. si libertus. in fin. ff. de lega. j.

Vidua potest petere alimenta sibi non præstita: etiam post dotem receptam. sup. uerb. Alimenta. uersi. xxxviij.

Vidua, cui uir reliquit habitationem simpliciter, cogitur habitare ubi uult hæres, etiam extra domum testatoris. s̃. Legatum uxori. uersi. x. & uer. Habitare. uersi. xxxvj.

Vidua, cui uir legauit lectum, quid debeat habere. sup. uerbo, Lectum. uer. ulti.

Vidua, cui uir legauit omnia, quæ sunt in domo, non debet habere frumentum uenale, nec alia bona uenalia, nec merces. l. generali. §. uxori. & ibi Bart. in uer. item no. ff. de usufruct. leg. & Bart. in l. nam quod liquidè. §. j. de pen. lega. ubi dicit esse cautius, quòd dicatur etiam uenale. Vide Bart. in l. pediculis. §. item cùm quæreretur. ff. de aur. & arg. leg. sed debet habere aliud frumentum nõ uenale, sed quod reperitur tempore mortis testatoris. Bar. in l. quidam. de ui. tri. & oleo leg. etiamsi sit consumptũ id, quod erat tẽpore testamẽti, & aliud

aliud sit reconditum post.Bar.in l.seruus.§.qui quinq;.uer. ulti.Iac.de Aret.ff.de leg.j.

Vidua usufructuaria bonorum uiri quid debeat habere. s̃. Vxor usufructuaria.uer.xxiij.

Vidua legataria potest petere legatum à uero hærede uiri, non obstante pacto de non petendo facto cum fratre uiri, quem credebat esse hæredem. Bald.in l.si actionem.in j.no. C.de pactis.

40 Vidua debet habere alimenta sibi legata, etiamsi habet aliunde.Bald.in l.de alimentis.in ij.no.C.de transac.& s̃.Legatum alimentorum.uer.ulti.& x. Item & habitationem. s̃. Habitatio.uer.xxiij.& seq.

Vidua, cui uir reliquit castrum sub conditione, si nupserit, debet habere castrum, si nupsit post annum luctus, etiamsi extant filij ex primo matrimonio, non si intra annum. Bald.in l.j.C.de secun.nup.iij.col.in uer.sed pone, prior maritus.

† Vidua quæ ex testamento mariti debet alimentari, si non petijt per certum tempus, non potest amplius petere, nisi alimenta deberentur iure actionis. Felin. in c.ex parte.in fi. de accusa.]

Vidua hæres uiri grauata fideicõmisso debet restituere, etiãsi moriatur cum filijs cõmunibus. Bal. in consi.In Christi nomine, amen: duo puncta, &c.

Vidua hæres in uita sua, & grauata restituere pauperibus arbitrio executorum, non potest ante mortem restituere, nec executores possunt de uoluntate ipsius.Bald.in l.post mortem. in pen.col. in uersic.sed pone, testator. iuncto uer.seq. C. de fideicom. ubi idem dicit, etiam si testator restitutionem promiserit uxori, & executoribus: sed bene potest eligere pauperes maritandas in uita sua. Bald. ibi. uide l. cùm pater.§.à filia.de leg.ij.

Vidua hæres sub conditione monachationis perdit hæreditatem, si monachatur, & exeat de monasterio. Bald. in l.si quis hæredem. uer.item facit ad quæstionem. C. de institu. & substitu.

Vidua nõ debet restituere hæredibus uiri mantilia, & alia extra dotem portata ad domum uiri. s̃.Cunctium.uer.ij.& iij. Et an iocalia.s̃.Iocalia.uersi.ij.Et an annulos. s̃.Annuli.uer. ulti.Et an uestes.s̃.Vestis.uer.xxxj.

Vidua, cui uir reliquit alimenta in testamento, & in codicillis usumfructum, an debeat habere usumfructũ. Pau. de Cast. consi.cccxc.incipiente, Quod uxor quondam.quòd sic.

† Vidua bis nubens amittit legatum, si dictum fuit in testamento, Si castè uixerit.& do.Feli.in c.si cautio. de fide instr. in ix.col.statim post medium.ibi.& hinc est.]

Vidua nubens intra annum luctus, etiam hodie perdit relicta sibi facta à uiro, per l.j. C. de secun.nupt. & ibi uide Bald. in iij.col. in uer.sed pone, prior maritus. in distinctione quam facit. Bald.tenet in consil. In Christi nomine, amen: Super eo, quod quæritur, an mulier, quæ nupserit secundo uiro intra annum luctus, &c.& maximè, stante statuto, quòd ius ciuile præferatur iuri canonico, sicut est Firmi, secundum Ang.in consi.In Dei nomine, amen: omnes pœnæ, quę mulieri impinguntur. & do. Iac.de Centijs de Visso, in consil. Catarinus, &c. Angel.de Guidonibus de Perusio, in consil. Catarinus de Firmo, &c.& idem Cyn.& Pet.& Iaco.in d.l.j. uide tex.& Bald.in authen.cui relictum.iiij.colum. in uersi. deinde quæro. C.de indic.uid.tol. Sed canonistæ communiter, cõtra quod omnes pœnæ dictę legis j.hodie sunt correctæ: ut refert do. Alex.de Vincent.in c.fi.de secun.nup. & Feder.de Sen.in consil.xxxvj.incip.Casus talis est: maritus uxori suæ.ubi concludit uiduam non priuari usufructu sibi relicto à uiro, per transitum ad secunda uota intra annum luctus.Adde s̃.uerbo, Legatum uxori.uersi.j. & uerbo, Mulier secundo nubens.uer.iij.cum seq. Addo Bar.in l.liberorum.in prin.ff.de infa.

Vidua hæres uiri si instituat hæredem spurium testatoris, pręsumitur fraus, & succedit fiscus. Bar.in cõs.Cechus de Spoleto.& ibi ponit, quòd cogitur respondere positioni, an fuerit tacitè rogata uiro restituere spurio. Secus, si rogata restituere, cui sibi uidebit, restituit spurio: quia potest. Bart.in l. Lucius.§.in testamento.uer.circa ultimũ quæro.ff.de leg.j.

Vidua pro dote sua potest retinere bona mariti defuncti. Cy. in l.si cùm tibi.C.qui po.in pig.hab. Bald.in l.fi.C.de priuil. dot.& in l.j.ff.sol.ma. Caue, quia Bal.in istis locis nihil dicit de retentione, sed solùm dicit, quòd præfertur in bonis mariti alijs creditoribus.l.si cui.& ibi Bald. paulo post prin.super uerbo, dotis.C.de nõ nu.pec. Quod uerum, scilicet permissu iudicis, uel pacto, uel si sine uitio res uacua peruenerit ad eam.per l.Titia.de sol. Bal.ubi s̃.uidelicet in d.l.si cui. Item nisi sint subdita fideicommisso, quia pro dote cõfessata non possunt retineri, uel alienari. Ang.fin.in auth.de restit. & ea.quæ pa. in prin. in ij.col. in uer. item nota. quod dicit iam.& s̃.uer.Bona fideicommissarij.uer.xij.& seq.

50 Vidua potest uēdere pro dote sua domũ uiri, etiam ad hospitalis fabricam relictam. Bal.in l.j.ad fi.uer.modò quæritur.C.si aduer.uen.pigno.

Vidua potest remanere in possessione domus uiri defuncti pro dote rehabenda.Bald.in l.pignoris.in uer.sed quæro. C.de pigno.actio.Anto.de Prato ueteri consi.Pulchrè respondit. quod est post consi.cvj.Alex.de Imol.iiij.parte. Addo Bald. in l.cui.per illum text.in uerbo, dotis. C. de non nume.pec. & s̃.eo.uer.xlix.

Vidua non potest grauari à uiro in legato dotis restituendæ sibi. l.iij.§.mulier dotem. de do.præle. l.iij.§.si rem.de leg.iij. Pau.de Cast.consi.cxiij.incip.Substitutio facta fuit.

Vidua facit dari curatorem hæreditati uiri defuncti, pendente conditione, ut consequatur dotem, cùm interim hæres non posit conueniri.Bar.in l.si marito.§.cùm pater.in fi. ff. solu.matrimo.

Vidua hæres in uita & grauata restituere post mortem, dicitur hæres interim insolidum. Bald.in Spec.de instru.edi. uersi. si duo.

Vidua, quæ de iure non potuit esse uxor, non potest hæres institui.in l.fi.de leg.j. in l.ij.§.fi.de his, quib.ut indig. Bar.in l. miles.§.mulier.de test.mil.

Vidua legataria uiri omnium, quæ sunt in camera, non debet habere ea, quæ ipsa dolosè immisit in cameram causa impinguandi legatum, inscio testatore.l.cùm ita.in prin. & ibi Bart.de leg.ij.

Vidua legataria cameræ debet habere non domum, sed res ad cameram paratas, etiam extra domum existentes. s̃.Camera.uersi.j.

Vidua legataria si stabit in domo uiri, intelligitur scilicet uidualiter.Bal.in l.uoluntatis.in ij.col.in prin. uer.item quæro exemplum.C.de fideicom. Sed caue, quia non loquitur propriè in istis terminis.

† Vidua mater an propter stuprum priuetur successione filij, uide Bal.in consi.ccxcix.in iij.parte.]

Vidua quid repetat pro dote, quando uir inter uiuos cõfessus est recepisse decem, & in testamento confessus est recepisse quindecim. Paul.de Cast.consil.cxxx.incip.Primo quæro, cùm maritus.quòd decem.

60 Vidua remanens in domo locata uiro uiuenti, tenetur ad pensionem locatori, nisi remanserit cum hæredibus uiri iure familiaritatis.Bald.in l.contractus.C.locati.& l.in suis.§. & sic.de condi.indebi.

Vidua an posit hæres institui à uiro, si statutum loci uiri permittit, & statutum loci uxoris prohibet. s̃. uer. Maritus testatur.uersi.j.

Vidua an faciat eleemosynas de bonis uiri. s̃. Eleemosyna. uer.xiij.quòd sic moderatè.

Vidua hæres mariti adeundo non confundit actionem dotis, sed & dotem potest repetere.Bald.in l.cùm ipse. ad fi. C. de contrahen.empt. Caue, quia nihil dicit de aditione, sed solùm quærit, an uxor pro dote sua posit sibi solui de rebus pupilli authoritate propria: ubi dicit, quòd sic de rebus, quæ seruando seruari non possunt: aliàs secus. & in l.debitori. C. de pactis. uoluit allegare in ij.colum.uersic.ultimò circa. sed non loquitur isto casu. & suprà, Creditor hæres. uersic.ix. & sequen. ubi etiam in specie non ponit hunc casum.Pau.de Cast.in l.sed si damnum.de pec.dicit, quòd statim adeundo præsumitur separasse dotem suam à bonis uiri, & deducit dotem etiam non facto inuentario, per Pau.de Cast.in l.ab omnibus.§.fi.de leg.j.

Vidua repetit dotem sibi legatam à uiro, licet instrumentum dotis non habeat.s̃.Legatum dotis.uer.lxj.

Vidua legataria certæ quantitatis pecuniæ, & fructuum certi fundi,

fundi, petere debet pecuniam tempore, quo fructus fundi percipiuntur, & debentur. Bart. in l. si legatarius. §. cùm ita. de leg. iij.

† Vidua an dicatur uxor banniti, uide Felin. in c. significantibus. in fi. j. col. de offi. delega.]

Vidua quando dicatur caste uiuere. suprà uerbo, Casta. uersic. ij. & iij.

† Vidua inhonestam uitam seruans, non gaudebit priuilegijs concessis uiduis. Feli. in c. significātibus. in prin. ij. col. de offi. delega.]

Vidua legataria alimentorum in domo uiri relicta, potest petere alimenta sibi præstari extra domum, quando est formosa, & suspicio sit de hæredibus uiri inhonestis. Bald. in l. j. in ij. col. in uer. sed dubitabatur. C. de legi. & in auth. hoc locum. in ulti. colum. in uersicu. modò hoc quærit Richar. C. si secundo nu. mul. & in l. si ea. C. de condi. inser. & Barto. in consi. Quidam sibi filios. & in alio consi. Ioannes habuit, &c. & idem Barto. in l. libertis. la j. §. Lucius. de ali. le. & in l. si constante. penulti. col. in uersic. sextò quæro. ff. solu. matrimo. & in l. Caio. §. j. in uer. not. in ult. uer. ff. de ali. le. & in l. diuortio. in j. colum. in fi. in uersicu. quæro, quid si mulier non uult stare. ff. solu. matrimo. & in Spec. qui filij sint legiti. uersicu. quid si dixit in testamento. Angel. in l. j. §. cùm autem. C. de rei uxo. actio. & s. eod. uersi. xxij. Item & quando hæres est rixosus, cum quo uidua quietè non possit uiuere. per l. si conuenerit. & ibi Barto. pro socio. l. Caio. §. Imperator. & ibi Bar. in uersi. not. in ult. uer. ff. de ali. le. & Bald. ubi suprà. Item si constet per hæredem. Bald. in d. l. si ea. Vide de materia per Bald. in l. in annalibus. in uersic. item extra quæritur. C. de lega. & per Alexand. in consil. iij. iiij. parte. ubi dicit, quòd legatum alimentorum præstandorum uxori in domo testatoris uidetur factum in fauorem hæredum, quia etiam minus grauis alimentatio. dicta l. Caio. §. finali. & ibi Barto. in fin. & in l. illis. de conditio. & demonstratio. & in d. consil. Quidam sibi filios. & quòd tunc uxor debet operari hæredibus, secundum qualitatem personæ suæ, & quòd ei non habitanti in domo non debentur alimenta. Quod intellige, nisi ut suprà, & quod debet apertè & specificè probari culpa, & rixositas: ut in d. consi. ubi plenè. & in consi. 100. j. parte. quod est idem.

Viduam stetisse cum filijs, probatur eo, quòd bibit & comedit in domo cum eis. Bald. in l. j. in ij. col. in uer. secundò dubitatur. C. de legatis.

Vidua non perdit legatum alimentorum factum sibi sub conditione, si non petat dotem, quando hæres uiri sponte dotem restituit ipsi. suprà uerbo, Legatum alimentorum. uersicu. xvij.

70 Vidua, quam testator uir in domo iussit tractandam esse, ut in uita uiri consueuit, non debet habere uestes pulchras, sed lugubres. Bald. in d. l. j. in iij. colum. uer. item quæritur, pater mandauit. uide in l. uxori. §. fi. de auro & arg. lega. per Bart. post Dyn. in l. librorum. §. fi. de leg. iij. ubi dicit, quòd si legat lectum uxori, uenit culcitra de serico, & omnia alia ornamenta.

Vidua perdit legatum, & potest expelli de domo uiri, si secundo nubat, & uirum ducat ad domum primi uiri. Bal. in d. l. j. ad fi. in uer. ultimò quæritur.

Vidua debet habere legatum alimentorum, etiam post mortē hæredis, cum quo iussa est habitare. d. l. j. & l. Caio. §. j. & ibi Bar. in prin. ff. de adi. leg.

Viduæ, cui uir legauit habitationem in domo sua, debetur habitatio in domo loci testatoris ad electionem hæredis, quando plures domos habet testator. s. uerbo, Habitatio. uersic. xxxvj.

Vidua inops succedit marito etiam indotata, in quarta parte bonorum. authen. præterea. C. unde uir & uxor. etiamsi uir erat usurarius, uel prodigus, uel aliter intestabilis. Bald. ibi in j. col. uersic. modò quæro, quid si maritus. Item uerum, etiamsi testatus est, & filios instituit, uel extraneum. Item etiamsi superstitibus ascendentibus, & transuersalibus. Bal. ibi in uersi. quid ergo. cum seq.

Vidua dicitur de familia, quando domum regit. Bald. in l. j. iiij. q. C. quando non pe. par. & Alex. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de uerb. signifi.

Vidua luxuriosa subiacet pœnis inductis contra secundo nubentes. s. uer. Pœna extenditur. uer. ix.

† Vidua impudica desinit esse de domicilio uiri, & omnia priuilegia uoluntatis perdit. Feli. in c. pastoralis. in iij. col. uer. uidua etiam. de iudi.]

Vidua succedit uiro, & econtrà. j. Vxor hæres. uer. xiiij.

Vidua executrix testamēti mariti non perdit officiū ex trāsitu ad secunda uota. Bart. in l. à filio. in j. q. ff. de adi. leg. Bald. in auth. eiusdem. in fi. C. de secun. nup.

Vidua, cui uir habitationem domus reliquit, an petat pensionem, si hæres domum locauit alteri. per Pau. de Cast. consi. ccxxxix. incipiente, Viso testamento Ambrosij. in ij. dubio. quòd non.

80 Vidua, cui uir legauit res emptas, & paratas pro ea, debet habere utramque. Bar. in l. ea tamen. de leg. iij.

Vidua legataria dotis potest agere ad dotē etiam cōtra unum hæredem insolidum. Casus singularis secundum Bar. l. cùm ab uno. de leg. ij.

Vidua legataria rerum paratarum ad usum eius non habebit res paratas ad usum communē sibi & uiro. l. legatis uxori. & ibi Bart. de leg. ij. l. hoc legatum. & ibi Bart. de leg. iij. & in l. Quintus. de auro & arg. leg. nec res paratas ad commodandum alijs. l. cùm in testamento. & ibi Bart. in prin. eo. tit. de auro & argen. lega.

Vidua legataria sclauę debet habere aliam sclauam, si infirmetur sclaua sibi data. Pau. de Cast. singu. in l. si à substituto. §. j. de lega. j.

Vidua portans de domo uiri uestes in dorso, & annulos in digitis, non tenetur pœna statuti de asportante bona de domo uiri. Ange. in l. si quis dederit. §. j. de acquir. hære. sed tenetur actione furti pro rebus uiri contrectatis. j. Vxor conuenitur. uer. iij.

Viduæ debentur cibaria relicta sibi à uiro dietim. Bal. in l. j. in j. col. super uerbo, mēstrua. C. de fideicom. & in l. fi. C. de indic. uidu. tol. Caue, quia licet ibi dicat, quòd mulier debet habere alimenta, tamen quòd dietim, nullum uerbum.

Vidua alimentorum legataria substituta filio cum extraneo, an mortuo filio succedens in fideicommissum perdat legatum. Bar. in l. licet Imperator. in ij. col. in uer. tertium exemplum. & ibi Ang. in fi. de leg. j. distinguit. & Pau. de Cast. cōs. vij. incip. Circa primum uidetur dicendum.

Vidua remittens legata sibi facta, an uideatur remittere etiam legatum dotis. Pau. cons. ccxlij. incip. Primò uidendum est, quòd non.

Vidua dicitur cum hærede morari, quando non stat per eam, sed per hæredē. Bar. in l. si quis ita. in fi. ff. de cōdi. & demon. Bal. in l. j. in ij. col. in uer. secundò dubitatur. C. de lega.

† Vidua quæ dicatur, uide Feli. in c. significantibus. in fi. j. col. de offi. delegati. quòd non pro statutis disponētibus, quòd in causis uiduarum procedatur de æquitate.]

Vsufructuarius bonorum debet habere usumfructum etiam in nominibus debitorum.l.j.& ibi doct. C.de usufruc. Item in fructu protocollorum.Bart.& doct.in l.diuortio. §.si uir. in ulti.q.ff.solu.matri.& ibi uide do.Alex.in iij.col.in uers.item Bart.& per hunc text.& Paul.de Castr.qui tenet contra Bart.Addo etiam Bald.& Imo.in d.l.diuortio. §. si fundum. Addo etiam Angel.& Fulgo.in l.quædam.§.nihil.ff.de edendo.& ibi per Bart.& do.Alex.in ult.col.in uer. extra gl. tetigit hîc Bart.cum alijs concor. ibidem per eum signatis. & j. in uerbo, Vxor usufructuaria.uer.x.

Vsufructuario fundi debentur etiam instrumēta fundi. l. item si fundi.§.seminarios.de usufr.in uersi.instrumēti. Item boues aratorij.Angel.& Flo.ibi.& in l.sed & si quid.§.proprietatis.eo.tit.Bal.in l.ij.C.de uer.sig.

Vsufructuarius potest uti re ad usum destinatum,etiamsi periculum immineat inuito proprietario: nec tenetur de periculo contingente.l.arboribus. §.nauis.ff.de usufru.

Vsufructuarius non potest incidere arbores fructiferas, uel amœnitatis causa satas,ut pinus,& buxus,& similes.l.æquissimum.§.fructuarius.& ibi Flor.de usufru.Item,

Vsufructuarius non potest hortos arare, ut plus fructent. Flo. in d.§.fructuarius.ubi no.Vide Bart.Cæp.de ser. rust. tit.de monte.iiij.& viij.q.

Vsufructuarius potest quærere uenas auri, uel lapicidinas in fundo.d.l.§.inde quæsitum est.& ibi Flor.

Vsufructuarius domus non potest in ea exercere artem fœtidam,ut pelliparium,nec stillare pinguedinem pro candelis. d.l.§.si tamen.& ibi Flo.de usufr.

Vsufructuarius ad quos usus non utatur.sup.Conductor.uersic.lxxxviij.facit gl.de usu & habi.in l.non aliter.

Vsufructuarius non potest tollere ędificium à se factum finito usufru-

usufructu.l.sed & si quid.eod. titul. in princ. & ibi Flor. Nec potest murum quem fecit destruere. Flor.in l.ij. eod. tit. sed Flo.in l.j.§.j.de ser.rust. prædi. dicit propria authoritate posse demoliri murum in solo factum. Adde s. Aedificium.uer. viij.& seq.xl.& xlvij.

Vsufructuarius possidens sciente & patiente proprietario, facit fructus suos, etiã antequã caueat de utẽdo arbitrio boni uiri.per Bar.in l.uxori.la j.in prin.uer.quæro,an usufructuarius.ff.de usufr.leg.& in l.si homo.in uer.quæro, quid si ante satisdationem.ff.de usuc.& in l.hac edictali.§.j.in iij.nota. & ibi Sali.de secun.nup.per Bal.in l.j.in ulti. col. uer. sed an usufructuarius. C.de usufr.per gl.in uerbo,non habendum. & Pe.de Su.in l.ex diuerso.de rei uendi.& ibi per doc.

Vsufructuarius facit fructus suos à solo separatos, non alios. l. si fur.& ibi Bart.ff.de usufr.

Vsufructuarius lucratur fructus, non inspecto pro quota parte anni uixerit.l.defuncta.& ibi Bart.de usufr.

Vsufructuarius tollere altius domum non potest. l. æquissimum.§.item Nerua.& ibi Flo.eo.tit.

Vsufructuario cedit augmentum rei.l.item si fundi. §. hinc uicinus.de usufr.

Vsufructuarius inuito domino non potest meliorare rem. l. usufructuarius.eo.tit.& ibi Flo.

Vsufructuarius potest prohibere dominum piscari, & uenari in fundo.Flo.in l.item si fundi.§.aucupiorum. de usufruc. sed non custodem à domino cõstitutum.l.si ita. §.dominus. de usu & habi.

Vsufructuarius potest facere in uinea bitumen, seu torcularia, uel uascam more Romano.Flor.in d.l. æquissimum. §. si tamen ibi:nisi quod ad fructum,&c.ubi bonus textus.

Vsufructuarius potest inuito domino ornare rem usufructuariam.d.l.æquissimum.§.sed si ædium.& ibi Flo. Item potest arma sua depingere:ut ibi per Ang.& Flo.

Vsufructuarius domus non potest mutare aditum posteriorem.Flor.in d.§.sed si ædium.& omnino per Bar.Cæpol.de serui.urb.c.xlij.

Vsufructuarius debet fundum colere. l. non posse.& l. item si fundi.§.seminarios.de usuf.Contrarium probatur in l. fundi Trebatiani.de usu.lega.& j.uersi.ulti.Nec potest prohibere dominum uolentem colere fundum.l.fundi.de usu, & habi.ubi loquitur,de usurario.in §.fi.

Vsufructuarius debet dimittere agrũ seminatũ, finito usufructu.d.§.seminarios.ubi no.in c.si tua ad fi.de rescrip.in vj.

Vsufructuarius non potest stipulari seruitutem domino.s.Seruitus constituitur.uersi. xlvj.sed potest ire per fundum, per quem ibat dominus non iure seruitutis. l.j. §. rectè. si serui. uendi.

Vsufructuarius potest propria authoritate capere fructus.Flo. in l.j.ff.de usufru.nota.in l.fundi Trebatiani.& ibi Bart. in j. col.in uersic.sed quæro circa hoc.ff.de usufru. lega. & in authen:.hoc locum.in iiij. colum. in fin. uersicu. si autem reliquit uxorem dominam. C. si secundò nu. mulier. & ideo non tenetur de ui turbatiua. Vide gloss.& Barto. in l. si quis in tantam.in v.colum.C.unde ui. Adde j. Vxor usufructuaria.uersi.xx.

Vsufructuarius non potest inuito domino cõstruere roccham de nouo in loco usufructus.Flo.in l. vj. de usufru. l. usufructuarius nouum.& ibi Flo.C.eod.tit.facit l.repeti.§.rei.& §. sin autem. quibus modis usufr.ami. Nec casam nisi pro fructibus conseruandis.l.si areç.& ibi Flo.eod.tit.Sed an possit dominus inuito fructuario.Flo.in d.l.vj.

Vsufructuarius molendini non potest inuito domino,detrahere clusam uel murum ex eo,etiamsi uelit meliorata reponere.Flo.in l.hactenus.§.Cassius.de usufru.probatur in l. usufructuarius nouum.eo.tit.Cy.in l.ius autem.de iust.& iure.

Vsufructuarius domus non potest in ea ducere ganeas seu meretrices.in l.non aliter.cum glo.in uerbo,honestæ.ff. de usu & ha.& Barto. Cæpo.de seruitut. tit.de usu. Adde s. in uerbo,Conductor.uer.lxxxj.

Vsufructuarius cum non possit tollere fundum quem debet hæres colere, per l.fundi. Trebatiani. de usufru. legat. tenetur nisi protestetur uelle colere gratia sui iuris conseruandi,& utendi,non autem causa possessionis acquirendç. Bal. in l.j.§.excepto.in j.colum.in uersic.quæro nunquid dictus legatarius.C.de cadu. tol. Adde s. & j. Vxor usufructuaria. uersic.xxij.

Vsufructuarius cauet de utendo,& fruendo arbitrio boni uiri. l.j. C.de usufruct. & in tit. usufru.quemadmo.caue.de qua plene s.uerbo,Cautio usufructuarij.uer.ij.& vj.& per discursum. & s. Vsufructuarius agit. uersic. ix. & in Spec. de pigno. §. sequitur uidere. uer. porrò.& de satisda.§.j.

† Caute. Vsufructuarius licet teneatur præstare cautionem de utendo arbitrio boni uiri.l.j.ff.de usufru.quemadmo.caue.hoc non habet locum in eo, qui donasset sua bona reseruato sibi usufructu:ut notat Socin.in l.omnes.ff.de exce. & Philip.Corn.in consi. cclxvij. incip.In hac consultatione uidetur. in iiij.uolum. & Decius in con. cclxv.incipien.In instrumento. in ult.col.in ij. uol. Adde cautelam,quam tradit pro usufructuario Cæp.In cau. lxxiij.incipien. Vsufructuarius tenetur regulariter cauere,&c.]

Vsufructuarius faciens contra cautionem præstitam uidetur non cauisse.auth.cui relictum.& ibi Bal.in ij. col.magna, in fi.uer.deinde uides,quòd qui facit.C.de indi.ui.tol.

† Vsufructuarius an & quãdo teneatur cauere restituere rem finito usufructu.uide domi.Pe.Phi.Corn.in consi.cclxx.incip.Rescripto.in litera A.in iij.parte.]

† Vsufructuarius regulariter satisdare tenetur. do. Pet. Phil. Cor.in con.ccxxvij.incipien.In hac litera A.in iiij.parte.]

Vsufructuario non potest cautio remitti à testatore,sed potest hæres grauari de recipiendo fideiussorem inopem ab eo. Bald.in l.j.C.de usufruct.& in l.si pro ea.C. manda. Alexan. in l.tribus.de usufruc.earum rerum.

Vsufructuario non ualente cauere, optio est hæredis. Bald. in dicta authen. cui relictum. in ij.col. uer. sed quid de eo, qui non potest cauere. & tunc debet habere tertiam partem usuræ centesimæ, non autem usumfructum.in authen. de nup. §.si uerò usufructus.& ibi Ang.uide Bal. in l. usufructu cõstituto.in j.col.in uersic.secundò quæritur.& ibi Barto. in j. col.in uersic.pro declaratione legis nostræ.C.de usufr. Bar. Cæpol.in cau.cliij.Barto. in d. l.usufructu constituto. dicit ꝙ si est in mala fide,ut quia petitam cautionem non præstitit,non facit suos:aliàs sic.

Vsufructuarius an lucretur fructus,antequam caueat.s. §. proxi.uersi.xix.

Vsufructuarius debet cauere sicut qui non possidet.j. §.proxi. uer.unico,ad finem.

Vsufructuarius cogitur cauere ab hærede etiam iusso non molestare usufructuarium. docto.& Ange. in l. quod de bonis. §.fi.ad Trebel.

Vsufructuaria uxor an caueat.j.Vsufructuaria.uer.v.& xvj.

Vsufructuarius possidet rem naturaliter tantùm. l. naturaliter. in princip. de acquiren. possess.& ibi docto.& Barto.& do. Alexan. in j. & ij.colum. & Barto. in l.si fur.in j.not. ff.de usufruct. & in l.j.in fi. princip.in uersic.quæro extra gloss.ff.de acquiren. posses. & per Bart.in l.si quis.cum glo. in uerbo, tradatur. C. de dona. & ibi dicitur per retentionem usufructus transferri possessionem ciuilem in donatarium:ergo naturalis remanet donanti,& sic usufructuario.& in l.j.§.interdictum.& in l.idem est. §.unde ui.in ult.q. ff.de ui,& ui ar.& in l.si quis in tãtam. C. unde ui.in v.colum.in uersic. quæro, an habeat locum. Sed ius usufructus naturaliter & ciuiliter docto. ubi suprà, & gloss.& Bartol.in l.si plures. §.deiectum. in gloss. quæ incipit,Qui est quasi possessor.ff.de ui.& ui.ar.& in l. ait prætor. §.is autem.in uersic. item debemus considerare. ff. ex quib. cau.ma.Spec.de loc.§.j. uersic. illud & de emptio. & uendi. §.j.uersi.j.ad euidentiam.& de loca. §.vj. uersic.xlvj.Barto. d.§.is autem dicit eum dici quasi possessorem iuris,respectu dominij. Sed in l.si ego.§.si de usufruct.ff. de Publicia. dicit usumfructum possideri animo. per l.j. C. unde ui. sed in l. sciendum.in princip.& ibi Bart.in ij.colum.in fin. ff. qui satis.cog. dicitur usufructuarium non dici possessorem. & ibi omnino per Alexand.in §.possessor. & ideo debet satisdare, sicut alij non possidentes:quod etiam tenet Flor. in l. iij. de usufru.& domi.Alexand.in d.l.sciendum.in ij.col.in uersic. quartò fallit.Addo gl.in l.neque.in uerbo,munit.C. de usufruct.Et dicit uerum, nisi usufructuarius sit magni usufructus,ut

ctus,ut non ſit ſuſpicio fugæ,ſecundũ Ant.in d.l.ſciendũ. in princ.& Alex. ubi ſ. & quia poſsidet,non poteſt expelli per emptorem rei. Car.in cle.j.§.fi.ij.q.de rebus eccl.non alie.

† Vſufructuarius uerè poſsidet naturaliter rem,in qua habet uſumfructum.l.naturaliter.in princi.ff. de acquiren. poſſeſ. & adde quòd licet tex.ibi utatur uerbo, Videtur,dum dicit, Naturaliter poſsidere uidetur: tamen illud uerbum, Videtur,ibi importat propriè ueritatem.Et ad hoc no. illum tex. Areti.ibi.& Bald.in rubr.extrà,de præſcrip.in ij. col. uerſic. dicet aliquis.& do.Iaſ.in d.l.naturaliter.in prin.in j.no.

Vſufructuarius alenat,uel uẽdit fructus.l.arboribus.§.uſufructuarius.& Flo.in princip.d.l.ff.de uſufruc.Bart.in l.j.in j.col.ad fin.in uerſic.ſimile in uſufructuario.C.de peti.bo. ſublat.lib. x. Item poteſt locare, uel concedere alteri rem fruendam,ut ibi.& Inſtit.de uſu.& habita. in fin. princip. Item poteſt obligare uſumfructum. Flor.in d.§.uſufructuarius.per l.is,qui. §. uſusfructus. & ibi Barto.de pigno. Secus in uſuario.l.vij. de uſu & habita. & ſ. Vſuarius.uer.v. Et intellige.quòd poteſt locare rem ad ſimile exercitium,uel ad ſolitum, ad quod utebatur dominus. l. ſi pendentes.§.j.& ibi Flo.ff.de uſufru.Item poteſt uti artificio ſerui uſufructuarij.dicta l.j.§.ſi ſerui.

† Vſufructuarius non poteſt locare rem ultra tempus, quo durat eius uſusfructus:unde ſi proprietas reintegratur cum uſufructu,& dominus non tenetur ſtare colono,ut ſit illi cõtra ius locationis.domi.Mari. Soc.in conſi. xxxij. incip. Ex his. uer.circa ſecundam quæſtionem. circa fi.in j.parte.]

Vſufructuarius non poteſt facere incidere dominum in pœnam.d.l.ſi pendentes.§.fi.& ibi Flo. nec tunc dicitur uti arbitrio boni uiri:ut ibi.

Vſufructuarius ueſtium poteſt locare alteri. ſup. Vſufructuarius fruitur.uer.iiij.& ix.

Vſufructuarius uendens ius ſuum non perdit uſumfructum: ſecus,ſi uendat uſumfructum.Inſti.qui. mo.uſufruc.amit.§. finitur.Bald.in l.uoluntas. C. de fideicommiſsis. Sed caue, quia ibi non loquitur de uſufructuario, ſed tantùm de emphyteuta,& feudatario, an poſsint uendere, uel locare iura ſua,ut ibi per eum.Bart.in l.j. in d. uer.ſimile in uſufructuario.C.de peti.bon.ſubla.lib.x.

Vſufructuarius non poteſt legare rem, in qua habet uſumfructum.l.uxore.C.de le.Sed Bal.in l.ab eo.in ij.col.uerſi. quæro, an habens uſumfructum. C. de fideicommiſ. ſentit contrarium,dum dicit, quòd grauando non poteſt grauare legatarium,niſi tradat, ut in uita legatarius percipiat commodum, ſed legando ſimpliciter, uidetur legare tantum ius, quod habet in re,id eſt uſumfructum,ſecundum gloſ.in d.l. uxor. in uerb. non potuit: quod legatum eſt inutile: quia poſt mortem ſuam nihil remanet, ſicque neutrum comprehendit:ut ibi per gl. Idem ſi legat uſumfructum, nec poſtea proprietatem acquirat, quia inutile eſt legatum. l. quod in rerum.§.j.de lega.j.ſed ſimpliciter legat rem, ſciens ſe habere tantùm uſumfructum; uidetur uelle legare rem, & non ius ſuum,ut ſentit Barto.in l.ſi domus. §. de euictione. in ij. col.ad fi.ff.de lega.j.& ibi.Io.de Por. quod uidetur contra d. gloſſ.uide ibi per doc.

Vſufructuarius non poteſt uendere proprietatem, ſed poteſt domino uendenti conſentire.gl.in uerb.ſeruabitur.& Bart. in l.ſi fundus.§.j.in uerb.quæro,qui ſunt iſti.ff.de pigno.per l.nihil intereſt. C. de uſufruct. & tunc perdit uſumfructum. ſ.Vſusfructus.§.fi.uer.iij.

Vſufructuarius poteſt uendere commoditatem fruẽdi etiam domino non requiſito.l.neceſſario.§.fin.de pericul.& commo.rei uend.Lau.de Fano.in l.in quorum.de pignor. v. col. Bald. poſt gloſſ. in uerſic. is, qui res. in l. per diuerſas. in ij. col.C.manda.l.arboribus. §.uſufructuario. de uſufr. Barto. in l.intereſt.C.de uſufruc.ubi ſecus dicit de iure utendi.Vide Inſtit.de uſufr.§.finitur.& Barto.in l.j. in j. colum. ad fin. in uerſic.ſimile in uſufructuario.C.de peti bon.ſubla. lib. x. Item poteſt donare,uel precariò concedere alteri.dicto §.uſufructuarius.

Vſufructuarius non poteſt præiudicare domino ignoranti litigando.Bar.in d.l.de die.§.quidam.uerſi.ſimile dicimus in fructuario.ff.qui ſatiſd.cogan.per l.hoc amplius. de damno infec.& l.ſi noxale.de noxali.

Vſufructuarius nõ poteſt conſtituere ſeruitutem in re in præiudicium domini.l.uſufructuarius nouum.riuum.l.ſed & ſi quid.§. fi.& ibi Flo. ff. de uſufr.nec poteſt ſtipulari ſeruitutẽ domino.l.iij.§.ſed cùm fructuarius.de iti.actuque priua.

Vſufructuarius prohibitus alienare fit proprietarius.l.Proculus.& ibi Flo.de uſufru.

Vſufructuarius pignerat.ſup.Vſusfructus alienatur. l. vij. ubi de materia.

Vſurpatio eſt uſucapionis interruptio, uel frequens uſus.l.ij.ff.de uſucap.

Vſurpare ſumitur in malam partem, & differunt uſurpare & detinere. Card.in cle.j.in prin.& in xiij.q.de decimis.

Vt, eſt dictio modalis.in rubr.C.de his,quæ ſub modo.Bar. in l.j. in viij.colum. in uerſic.ulterius quæro. ff.de condi.& demon.Addo Barto.in l.quibus diebus. §. Termilius. in j.colum. eod. tit. Vide Bald.in authen. cui relictum. ulti. col.in uerſi.ſed quid ſi teſtator.C.de indi.uidu.tol.& in l. cũ alijs.ad fin.C.de ſecun.nup. Quandoque ponitur pro ſicut, quandoque pro quod. Barto.in l.fi.in j. col. ad fin.in uerſic. pro declaratione huius legis.ff.de eo,quod cer. loco. quandoq; ponitur in uim cauſæ.cle.ij.& ibi Zaba.de æta. & qualitate.Vide Felin.in c.cùm Ioannes.de fide inſtru.

Vt,in reſcripto dicit,neceſsitatem.& in Spe.de diſpu.& allegatio.§.fi.uer.ſed nunquid iudex.

Vt quomodo ponatur,uide in Spe.eod.tit.§.fi.uerſic.ſeptimo, nunquid iudex.

Vtens falſis teſtibus,uel inſtrumẽtis, an, & quando puniatur pœna falſi.ſ.uerbo,Falſitas.uer.cxxxix.

Vti malè ſubſtantia ſua quis dicatur.ſ.Pauper.uerſi.iij.

Vti eſt facti.Barto.in l.certi condictio. §. fin. prope finem. ff. ſi cert.pet.

Vti re ſua bene,& non malè,intereſt Reipublicæ.in Spe. de actore.§.ſed nunquid filius.

Vti quomodo ponatur.Bar.in l.quibus diebus.§. fin.in ij. col. uer.quid de dictione,Vti.ff.de condit.& demon.

Vtens falſo inſtrumento, præſumitur feciſſe illud fieri. ſuprà, Falſitas.uerſic.lxiij.

Vterque, eſt dictio collectiua.l.pen. C. de impub. & alijs ſubſti. Item eſt diſtributiua. l. ſi apud utrumq;. C.de appel.& gloſſ.j.& doct.ibi. & Bald.in l.ſi duas.in ij.colum. ſuper uer.utramque.ff.de excuſa.tut.Vide gl. in l. quidam cùm filium.in uerbo, utroq; caſu. ff. de uerborum oblig.l.creditor.§.duobus.ff.mandati.Bald.in l.ancillæ.in iiij. no.C.de fur.& per gloſſ.& Alexan.plenius in l.reſcriptum. §.ſi pacto.ff.de pact. & per do. Franc.Aret. in l.iij. §. ex contrario.in iij.col.in princip.de acquir.poſſ.remiſsiuè.in l.qui duos.de uulg.& pupil.& in l.ancillæ.C.de furtis.& Bald. in l.ſi ita.de iniu.teſta.]

Vtile per inutile non uitiatur.l.j.§.pe.& ibi Bart. in j. oppo. & docto.de uerbor.oblig. & l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.ij.reſpon.C.de teſta.l.fi.C.fami.erci.& l.certi.§ quoniam. in iij. nota. & ibi uide Bald. qui ponit decem caſus,in quibus utile per inutile uitiatur. ff.ſi certum petat. & uide in l.ſeruum filij.§.antepenult.per Barto.de lega. j. & in l.qui teſtamento.de lega.ij.& ibi glo. & l.ſi ita ſtipulatus. ad fi.tit.& ibi Alex.de uerb.oblig.& Barto.in l.ſi ſponſus.§.generaliter de don. inter uirum & ux. ubi dicit uerum, ſi ſunt ſeparabilia aliàs ſecus.& ibi uide glo.magnam, in uerſi. impediri.& Barto.in l.fi.de iuriſ.om.iudi. & Cardin. in clem.j. §.eadem.de ſupplen.negli.præla. & in clem.j. de decimis & per Alexan.in l.ſtipulatio hoc modo. de uerbor.oblig. † Et per Ioan.And.in c. ad confirmationem.de elect.in vj. & per Franc.Aret.in l.continuus.§.illud.in j.colum. de uerbo.oblig.]Item uerum,ſi conſtet de ueritate.Bald.in l.ij. prope fi. in uerſic.item utile per inutile.C.de fal.cauſa adiect. lega.uide l.ſi pro mutua.& ibi Bald. ff. ſi cert. pet. & l. cùm allegas. & ibi Bald.in ulti.colum.uerſ.ulti.oppo.C.de uſu. l. ab Anaſtaſio.& ibi Bald.in ij.nota.C.mandati.in Spec.de arbi. §.ij. de teſte.§.j.uer.ſed quid ſi cauſam.de primo & ſecun.decre. §.ſequitur.uerſic.ſed quid ſi opponatur de ſententia. §.iuxta uer.ſed quid ſi negotium.& uerſicu.ſed ſi cauſa.in regula, utile.& ibi Dyn.in vj.Floria.in l.proprium communia prædio.Addo Canoniſtas in capit.cùm ſuper.de offic. deleg. & glo.in l. pecuniæ fœnebris.in princip.in uer. non tenere.ff. de uſu.

de usu. Addo aliàs concor. quas allegat do. Alexand. in d. §. pen. in j. col. ff. de uer. oblig. Ioan. And. in addi. ma. in fin. in Spec. de act. seu pe. dam. dicit, quòd uerba superflua non uitiant baptismum, nec libellum. Adde sup. Compromissum de quibus. ibi. Compromissum super pluribus. in uersi. xxv. Quid in emptione fundi pro se, & Titio? Respondeo, ualet pro se tantum in totum. l. fundus ille. de contrahen. emptio. Quid de locatione ad nouem annos, an ualeat ad triennium tantùm? sup. Locatio. uersi. xxxij. Quid in consecratione hostiarum? s. uer. Cõsecratio. uer. vj. Quid in missione? s. uer. Missio. uer. xlvj. Et multa exẽpla uide per Ale. in d. l. j. §. pe. de uerb. oblig. Item quid in donatione omnium bonorum, præsentium & futurorum, an ualeat in præsentibus tãtùm. suprà, Donatio omnium bonorum. uersic. ij. Quid in stipulatione pro se, & socio? suprà, Socius. uersic. lxxxix. Quid in conditione impossibili? suprà, Conditio. el primo. per discursum. præsertim in uersic. xxxv. cum multis seq. & in uer. xlij. Quid in sententia? s. uerb. Sententia. in diuersis uersic. per discursum. & maximè. in uerbo, Sententia nulla. & in uerb. Sententiæ plures. uer. x.

Vtilitas propria est præferenda extraneæ priuatæ. per glo. in uerb. compendij. & doct. in l. uideamus. §. j. de in li. iuran. & in l. tutor. de admi. tuto. & in l. præses. in uerb. proximum. C. de seruitu. Sed

Vtilitas publica præfertur priuatæ. l. j. §. fi. & ibi Bar. C. de cad. tol. & l. j. & ibi docto. ff. sol. ma. & ibi Barto. in vj. col. in uer. cùm enim quæritur, utrum publica utilitas. text. & docto. in authen. res quæ. C. communia de lega. Quod uerum, etiamsi includat in se priuatam. in Spec. de feud. §. quoniam. uersic. xvj.

Vtilitas Reipublicæ iuuanda est interpretatione. l. hoc modo. in fi. de condi. & demonst.

Vtilitas ponitur pro interesse. l. pe. ff. si quis cau.

Vtilitas publica dicitur pluribus modis. Barto. in d. l. j. vj. col. uer. tu uerò pro intellectu. ff. so. ma.

† Vtilitas publica an præferatur priuatæ, & quot modis capiatur publica & priuata utilitas. Pet. de Ancha. latè in c. bonæ. el j. uer. ultimò esset hic. de postu. præla.]

Vtilitas communis præfertur fisco, & Cæsari. l. j. §. cùm autem. C. communia de legatis.

Vtilitas propria malis artib. procurãda non est, sed bonis. Bal. in l. j. in fi. C. si quis ali. test. prohi.

Vtilitatis publicæ causa inductis non potest renunciari. l. ij. §. sed quia ueremur. & ibi Bart. C. de iur. cal. Addo Bar. in l. pe. in ij. col. in prin. & ibi per omnes. C. de pactis.

Vtilitas ecclesiæ, uel pupilli in contractu non præsumitur, forma non seruata. Bald. in l. quæcunque. in ij. col. in princ. in uer. scias tamen. C. de bo. quæ lib.

Vtiliter gestum dicitur negotium, si probetur esse utile domino, non gestori, uel ipsi rei: uel si est utile cõmuniter omnibus, nisi dominus probet sibi utile non fuisse. Bart. in l. Pomponius. §. is autem. in j. no. ff. de neg. gest.

Vtilitatis publicæ ratione fit, quod aliàs non fieret. in Spe. de dispu. & alleg. §. satis clarè. uer. & breuiter.

† Vtilitas publica an in omnibus uideatur excepta. An. Barb. consil. xliij. incipien. Præclarè. in xv. colum. uer. & si quispiam. in j. uolum.]

Vtilitatis publicæ est, ne delicta remaneant impunita. l. congruit. de offic. præsi. in Spec. iij. parte. in princip.

Vtile edictum est, cùm uerba deficiunt, sed sententia remanet. in Spe. de loca. §. j. in prin.

Vtilitas publica non debet uacillare prætextu clericalis priuilegij. in Spe. de cle. coniug. uersic. quid si clericus.

† Vtilitas priuata magna præfertur paruæ utilitati publicæ. l. ij. §. sunt autem qui putant. ff. ne quid in flu. publi. Decius in consi. ccxliiij. in iij. col. uer. cùm ergo. in ij. uol.]

Vtilitatem qui habet ex aliqua persona, debet eius onus sumere. in Spec. de feu. §. quoniam. uer. xx.

Vtilitas est augenda propter dignitatem. in Spec. de statu mona. uer. xxiij.

Vua uenit appellatione fructus. sup. Fructus. el primo. uer sicu. xxxvj. & dicitur industrialis fructus. ibi. §. iij.

Vua aliena potest impunè comedi, non asportari. suprà, Fructus. el j. uersic. xxv. de conse. distin. v. discipulos.

Vulgo conceptus dicitur is, cuius mater se exponit omnibus cognoscendam carnaliter. Bal. in l. si qua illustris. circa finem. in uersi. ultimò nota. C. ad Orfic. Sed si certis mensibus stet cum uno, & certis cum alio mater, dicitur spurius ex ea natus. Bald. ibi. Adde tex. cum gl. in uerb. Vulgo. aliter loquentem. in §. itaque. Insti. de nuptijs.

Vulgo quæsitus dicitur ciuis loci, in quo expositus est ad hospitale. Bart. in l. j. ff. ad municip. & s. Exponens. uer. iiij.

Vulgo conceptus non potest legitimari per principem, neq per subsequens matrimonium. Bald. in l. si qua illustris. in j. col. in uersic. & nota, quòd primi. C. ad Orfic.

Vulgo conceptis succedit uxor ultimo loco, aliàs tutor. Bald. in d. l. si qua illustris. in j. colum. in fin. in uersic. quæro, quis succedat.

Vulgo quæsitorum materiam uide s. Spurius. & uerbo, Bastardus. per discursum.

Vulnus dicitur scissio cutis. Item tumefactio. l. si seruus. §. rupisse. per Flor. ad legem Aquiliam. Vide omnino sup. uerbo, Percutere. uer. j. cum duobus seq.

† Si aliquis uulnerauit non lethaliter, & apparet tamẽ, quòd uulneratus ex percussione sua non potuit aufugere, unde percussus fuit occisus à parochianis, nunquid uulnerãs teneatur. Hosti. tenet quòd sic. quia præstitit causam homicidio. Ad hoc cap. decæterò. de homi. cum quo doc. communiter transeunt. Sed tu uide Abb. in d. cap. significasti. in fi. ibi extra glo.]

† Vulnus, uel percussio uniuscuiusque per se cõsideratũ, uel considerata, si non sufficiebat ad mortem, sed omnes simul iuncti mortem inflixerunt, an omnes teneantur, tenuit Innoc. in d. cap. significasti. quòd quilibet tenetur de occiso. facit xxiij. quæstio. ulti. cap. fin. & idem sequitur Bart. in l. fi. ff. de sica. Vide tamen gloss. in l. item Mela. §. si plures. ff. ad legem Aquiliam. Abb. in d. c. significasti. in fin.]

† Si plures percusserint unum lethaliter, & ignoretur quis, an omnes teneantur de occiso. uide bonam gl. in c. cupientes. in §. cæterùm. in uerbo, qui culpabiles. de elect. lib. vj. text. & docto. in l. Mela. in §. si plures. ff. ad legem Aqui. Vide plenè per domi. Alexand. de Imo. consi. xv. incip. Viso processu inquisitionis formatæ per Potestatem Parmæ. in primo uolum. consiliorum. gloss. & Barto. in l. si in rixa. ff. de sicar. Bald. in l. qui seruo. §. fi. de fur. & in l. non ideo minus. in antepen. q. in uersicu. sed iuxta hoc uenit. C. de accu. per Ang. in l. reos. in princip. ff. de duo. reis. & in d. l. si in rixa. Bartol. Bald. & Angel. in l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquiliam. facit quod not. Dy. in regula, in obscuris. in fin. de reg. iur. & quod not. doct. in l. quoniam multa. C. ad legem Iuli. de ui publica. & uide bonum tex. xxiij. q. viij. si quatuor. & c. significasti. ij. de homi. Specu. in tit. de homi. §. j. uersicu. sed pone quatuor. Bald. in l. si certus sit percussor. cum l. sequen. ff. ad Sylla. quem text. allegauit. Bald. in l. j. §. hæc uerba. & ibi etiã no. Bald. ff. quod quisque iur. no. Barto. in l. damni. §. Sabini ff. de damno infect. & Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri. & in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. & in l. data. C. qui accu. non pos. & in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. Old. in d. l. si in rixa. Pet. de Anchar. in consi. suo. cvj. incip. In Christi nomine. nos Bartholomæus de Saliceto. & uide Goffre. in summa, de homi. circa finem. in uersic. quid si plures rixati fuerint, & unus occisus fuerit, nescitur tamen à quo, uel ex cuius uulnere, nunquid omnes iudicabuntur homicidæ. uide ibi per eum, & per alios in præallegatis locis. & in l. j. §. fin. ff. de his, qui deie. uel effude. & uide glo. in cap. nolite. in uerbo, Triticum. xj. q. iij.]

† Pro simplici uulnere, seu percussione, nõ debet clericus deponi, sed si assumat percussionem in consuetudinem, tunc deponendus est quia cum sit inhumanus, & ferus, non debet in mansuetudine clericatus permanere. Quod intellige in his, qui sunt multùm faciles in percutiendo: utputa pro minimis uerbis sibi non placitis procedãt ad uerbera. Abb. in c. j. de cle. percus.]

† Decedens multo tempore, puta post octo menses à tempore inflicti uulneris, non præsumitur decessisse ex uulnerè. Quod intellige, quando percussus uisus est conualuisse: ut sensit gloss. in l. j. C. de emẽda. seruo. Secus esset, ubi semper in deterius processit, & tandem defunctus est: unde potest

satis hoc relinqui arbitrio iudicis. Abb. in c. ij. de cle. percussso. facit quod no. in c. continebatur. de homi. ubi etiam decedens post octo dies præsumitur decessisse ex uulnere facit etiam c. presbyterum. eo. tit.]

Vulneris appellatione non uenit percussio. s. Percutere. uer. iij. nec paruum uulnus. s. uersic. Gracciatura. uersic. unico. ubi etiam ponitur, quæ sit pœna eius.

Vulnus non est, si quis percutiat aliquem cum spada cum sanguine. Old. consi. lv. corruptè allegatur tamen. refert domi. Ang. ferè in addi. ad Ang. Areti. in maleficijs. uersic. percussit. in j. addi. de quo satis dubito. per ea, quæ dixi. s. uer. Percutere. uersi. antepe.

Vulnus atrox dicitur, respectu magnitudinis, uel loci in corpore læsi: ut si oculus. l. uulneris. de iniur.

Vulnus dicitur grauior offensa. s. uerbo, Offendere. uer v.

Vulnus an sit mortale, consulendus est medicus. nota. in ca. significasti. de homici. & tenet domi. Anto. de Accepto. de Firmo, qui per triennium fuit dominus ciuitatis Firmanæ coætaneus domini Baldi, uir singularis, in l. septimo mense. de statu ho. quem refert Ang. de Peru. in Reperto. uer. uulnus. Ego autem cùm essem prætor Phani, reperi ibi lecturā suā super Digesto ueteri, manu sua correctā, quā dono dederat papę Bonifacio. De hoc dixi s. uer. Medicus. uer. xxiij. & seq.

Vulnus mortale quod dicatur. Bal. in c. j. qui. mo. feu. ami.

Vulnus mortale si sit illatum ab uno, & aliud ab alio, ex quo ipsorum dicatur mortuus uulneratus. Bal. in cap. j. qui. mod. feud. ami. & in l. j. in fin. C. de nundinis. quod ex mortali: ut etiā tenet Alex. in l. damni. §. Sabini. de dam. infect. in addi.

† & uide Dyn. in con. xlj. Sed quid si in corpore mortuo apparet solùm unū uulnus mortale, & scitur ꝓ certo, ꝙ fuit illatū à certis personis, sed nescit à quo earū, an omnes debeāt cōdēnari: an oēs absolui: uide Feli. in c. significasti. ad finē. iij. col. de homi. ubi etiā si oēs percusserunt, an omnes teneant.

Vulnerās testatorē, nō dicit indignus hęreditate. Bal. in l. hæreditas. la ij. in ult. col. in uer. x. quęro. C. de his, quib. ut indig.

Vulnera eidē plura illata eodē tēpore an puniant per diuersos iudices. Bal. in c. j. in ult. col. in uer. in ul. exēplo. de cōtro uer. feu. apud pares ter. ꝙ nō, sed per eū, q præuenit de uno.

Vulnera grauiora sustinet fœmina, quàm masculus. gl. in l. nihil. uerbo, grauia. ff. de adul. Petr. de Ancha. consi. cclxxv.

Vulnerans tenetur de uulnere, si est maior pœna, quā de morte ex forma statuti. Bal. in l. quicunque. in prima col. magna, in fi. in uer. sed hîc potest quæri de tali q. C. de ser. fugi.

Vulnerans cadauer hominis non tenetur de uulnere. Bal. in l. sororem. C. de his, qui. ut indig.

Vulnerans non tenetur de occiso, si per imperitiam medicorū uulnus sit factum mortale. Bal. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. de ædil. edi. Vide plenius suprà, uerb. Mors. uersicul. cxxj. & potest probare mortē secutam propter malam medelam, non quòd uulnus fuerit mortale. Bald. in c. j. §. item quod. quæ sit pri. causa bene. amit.† Ad quā materiā uide latè per do. Soci. in consi. clxxix. incip. In aspectu. per totū. in ij. parte, char. xlix. & per Feli. in c. presbyterum. de homi.]

Vulnerans primò mortaliter, si alius secundò uulnerat, & occidat, non tenetur de occiso. Ange. in l. item Mela. §. Celsus scribit. ad legem Aquil. per tex. ibi. fin. & Bar. in l. si in rixa. in iiij. col. ff. de sicar. Ego dico esse similem tex. in l. huic. §. si ser

† uus. ad legem Aquil.† Vide Felin. in ca. decætero. in medio. de homi.] Idem tenet Bal. in c. j. v. col. in uer. sed quid est, qd dicitur. quib. mod. feud. amit.

Vulneratus ad mortē dicit, q nullo modo, uel de facili nō pōt euadere. Bal. in d. c. j. prima col. in uer. quæro, quis dicatur.

* Vulneratus, quem homines à Petro uulneratum existimabant, si animam agens Petrū excusauerit, eumq; eius criminis affinem non esse pronunciauerit, subijci tormētis Petrꝰ non pōt, etiamsi satis idonea aduersus eum essent indicia. Bal. in l. j. in extr. C. com. de legat. & ibi prope fi. Ias. idem Ias. in l. de die. in princ. colum. fin. ff. qui satisd. cog. Alex. consil. xxiiij. col. iiij. uolum. ij. Bart. & Angel. in l. inter omnes. §. si rectè. ff. de fur. Bartol. in l. transigere. col. iiij. C. de transact. Bal. in l. falsus. op. iij. C. de furt. l. Paulus. §. j. ff. de bon. lib. Alex. consil. cxxiiij. col. ij. in extr. uolum. vj. consil. xxx. in extre. uolum. vij. Aym. Crau. consil. vj. numer. lxiij. uolum. j. Æmilius Maria Manolessus.

Vulnerans tenetur ad expensas medicinæ uulnerato. in Spec. de iniur. §. sequitur. uer. sed nūquid. el j. & ibi Bal. in uer. j. &

Vulnerans aliquem ad domum sine insultu, quo statuto puniatur, si unum ponit pœnam decem pro insultu ad domum, & aliud uiginti pro uulnere. Bal. in l. iij. in ij. col. ad fin. uer. sed pone, quòd statuto. C. de ince. nuptijs.

Vulnerās inquisitus de homicidio, antequam mors sequatur, potest condemnari, si mors pendente lite sequatur. sup. uer. Inquisitus. uersic. xxxiiij. & per Barto. in l. damni. §. Sabini. in ij. col. ad fin. in uer. quæro, nunquid si agitur. ff. de damno infecto. & in l. ita uulneratus. ad fi. ad legem Aqui. qui tamē non loquitur in istis proprijs terminis, quia loquitur, quando qs uulnerat aliquē taliter, quòd certū sit, ex illo uulnere mori, an ante mortē possit de homicidio accusari: de quo ui de Bar. in d. §. Sabi. in ij. col. uer. quid si est uulneratus. ꝙ sic.

Vulnerans mortal. uenit appellatione occidentis in statuto, licet mors sequatur ex interuallo. Bald. in l. j. in fin. C. de nund. Vide Bar. in d. §. Sabini. & in d. l. ita uulneratus. & Flo. in l. ait. ad legem Aquil. & Spe. de fideiu. §. j. uer. sed pone tu. Adde s. Fideiussor in criminalibus. uer. iij.

Vulnerans non potest condemnari de morte non secuta, licet certum sit uulneratum non euasurum. Bal. in c. iniuria. pen. col. de pace iur. fir. & in ca. j. j. col. quib. mo. feud. amit. Bald. cōtrà, in l. si rem. §. fi. in fi. de pigno. act. & s. uerb. Inquisitus. uersic. xxxiiij. & sup. eo. uer. xix.

Vulnerās animo occidēdi, tenet de uulnere, non de morte: sed pōt alterari pœna in plus. Sali. in l. is q cū telo. C. de sicarijs.

Vulnerās absolutus de uulnere, an possit accusari de morte secuta. Spe. de accusatore. uersi. quid si uulnerasti Pos.

Vulnerans in uno territorio, & occidens in alio, potest in utroque puniri. Bal. in ca. j. §. iniuria. in fi. de pac. iur. fir. & Cyn. & Ray. in l. j. C. ubi de crimine agi oportet. dicit, ꝙ in loco uulneris. & Alex. in l. & si amici. de adult.

Vulnerans, cum quo est actū de uulnere, potest, morte secuta, contra uulneratum conueniri de occiso. in Spec. de accusatore uer. sed pone.

Vulnerans gladio, præsumitur animo occidendi. eod. uer. & s. Occidere. uer. pen.

Vulnerās si sit cōuētus ciuiliter, ad impēsas medelarū, uel ęstimationē operarū potest, cōueniri criminaliter de morte. sed una actione pendente, non datur altera. Item,

Vulnerans si sit accusatus de uulnere, & petitum ipsum puniri, dicitur criminaliter actum, ut uideatur petitum de lege Cornelia condemnari. Spe. ubi s.

Vulnerans aliquem pluries uno impetu, & occidens, an teneatur de occiso. in Spe. de contuma. §. nunc dicamus. uersi. itē si quis pluries. quod tantùm de occiso.

Vulnerantis fideiussor an teneatur de morte secuta. s. Fideiussor in criminalibus. uer. iij. quòd sic.

Vulneris materiam supple s. uer. Percutere. per discursum. & uer. Qualitas. uersi. vij. & uerbo, Mors. in uer. cxviij. cum tribus sequen. & uersi. Occidere. per totum.

Vulpis capiendæ cura nostra debet esse pręcipua, inter alias. in Spe. de aduo. §. vij. uersi. item habeat.

Vultus potentis terribilis inducit iustum metum. s. uer. Metus. uer. cxx.

Vultus terribilis est ostendendus nocenti, non innocenti, nisi ad eruendā ueritatem. Bal. in ca. iniuria. in vij. col. uersi. quęro, utrum semel tortus. de pace iura. fir.

Vultus testis est inspiciendus à iudice, ut sciat, an pallescat, uel erubescat ꝓ ueritatis indagine. l. iij. §. tu magis. ff. de testib. & in Sp. de teste. §. nūc tractādū. uer. cōsiderare. unde illud:

Heu quàm difficile est, crimen non prodere uultu:
Vultus talis erit, qualia mente gerit.

in Spe. de aduo. §. hic dicendum. uer. item non rideat.

Vxor dicitur, quasi usum uiri. Pau. de Cast. consi. cxxiiij. incipiente, Super primo quęsito. Addo Sali. in l. cum re. C. de dona. ante nup. & unica unicę uiro debet esse. Card. in clem. j. v. oppos. de renun.

† Adde, quòd uxor dicitur mulier, postquam contraxit per uerba de præsenti, licet nondum consummauerit. & hoc in fauorabilibus: secus in odiosis. l. non sicut. C. de bonis, quæ liberis. & dicitur Græcè γυνή. & dicitur ab ungendo, quasi unxor: fuit enim ueterum mos Romanorū, ut nouæ nuptæ

mariti domum intrantes axungia, id est, adipe suilla postes ungerent.]

Vxor dicitur de familia uiri. l. quicunque. C. de re mili. lib. xij. xxx. q. v. hęc imago. & ideo corrigi potest. s. uerbo, Maritus. el j. uer. xxj. Et domestica persona. uer. j. gl. unic. & Bald. in l. etiam. ad fi. in uersi. & addo gl. C. de testib.

† Vxor clerici coniugati potest constituere procuratorem ad agendum, & defendendum pro suo marito detento. domi. de Rota decisi. cciij. in nouis. per Inno. & Host. in cap. ex parte decani. de rescript.]

† Vxor non tenetur sequi uirum uagabundum, nisi tempore contractus matrimonij eum esse talem sciebat: quia tunc uidetur approbare mores suos. no. gl. in c. unaquæque. xiij. q. ij. & in c. si quis ineuitabili. xxxiiij. q. ij. Ab. in c. j. de coniug. lepro. & dixi sup. in uerbo, Vagabundus.]

† Coniuges ultra debitum carnis tenentur, & obligantur sibi ad mutua obsequia: & sic tenetur maritus ministrare uxori, & seruitia necessaria impendere, sicut ipsa tenetur marito: ut c. j. de coniug. lepro. & ibi Abb. & per eundem in c. literas. de res. spo.]

† Vxor authoritate propria potest à cõsortio mariti declinare, si maritus spiritualiter fornicetur, id est, labatur in hæresim, nec compellitur per ecclesiam redire ad maritum perseuerantem in infidelitatis errore: ut in cap. de illa. de diuor. & ibi Abb.]

† Vxor potest constante matrimonio repetere dotem, si maritus uergat ad inopiam, & etiam donationem propter nuptias, cùm omnes subijciantur oneribus matrimonij: ut in c. per uestras. de donatio. inter uirum & uxorem. & ibi Abb. & no. in l. si cùm dotem. ff. solu. matri.]

† Vxor potest facere eleemosynã, si alia bona habet quàm dotalia. De dotalibus autem eleemosynam facere non potest, nisi marito consentiente tacitè, uel expressè. no. Abb. in c. si quis. de fur. & Hosti. in Summa, de pœniten. & remissio. §. quibus. uer. quid de agentibus pœnitẽtiam. De rebus enim alienis licita eleemosyna non fit. j. q. j. non est putanda. & c. quod Deo. xxxiij. q. v.]

† Vxor potest de bonis mariti facere eleemosynam moderatè, secundum consuetudinem domus. not. Barto. in l. j. ff. re. amota. & facit l. uel uniuersorum. ff. de pigno. actio. & l. j. ff. quod cum eo. quæ iura concludunt, quòd potest facere eleemosynam pro anima mariti, & etiam potest pro anima propria, uiro tamen permittente, ut no. Bartol. in l. si sponsus. §. concessa. ff. de dona. inter uirum & uxo. & est gl. in ca. manifestum. xxxiij. q. v. & no. Barbat. in cap. cęterùm. de do. Distingue per Abb. in cap. iij. de furt. Hostien. in Summa, de pœni. & remis. in §. quib. quòd aut uxor ultra dotem habet alia bona: & tunc de eis potest facere eleemosynam: quia de illis maritus non potest se intromittere, contradicente uxore. l. hac lege. C. de pact. conuen. inter uirũ & uxorem. l. maritus. C. de procu. Aut non habet alia bona ultra dotẽ, & tunc cõtradicẽte marito, nõ potest facere eleemosynã: quia dominium rei dotalis pertinet ad maritum, constante matrimonio. l. doce. C. de reruend. Sed si maritus non cõtradicit, potest facere eleemosynam, conformãdo conscientiam ad uoluntatem mariti: quasi dicat, quòd faciat illam, quam præsumit maritum uelle, & non aliam. Et est ratio, quia de reb. alienis quis licitè non facit eleemosynam: ut in d. c. nõ est putanda. Et pro prædictis uide tex. expressum cum glo. in d. c. quod Deo. & uide Abb. in cle. ij. de censi. in fi.]

† Vxor non potest dimitti à uiro, quando in hæresim labit, licet sit cõtumeliosa creatori suo. ar. xxviij. q. j. si infidelis. sed etiamsi uitæ uiri insidietur. xxxij. q. v. quicquid mulieri. potest tamen uir eam corrigere, ligare in carcere, affligere, & castigare. xxxiij. q. ij. c. placuit. nam licet uir non debeat uxorem uerberibus afficere, quæ aliena debet esse ab ingenuis: C. de repu. l. consensu. §. j. tamen ex magna causa potest: ut in d. c. quemadmodum. de iureiu. & nisi leuia sint. ff. ad legẽ Aquil. l. pręceptoris. & xxiij. q. v. prodest seueritas. alioquin puniendus est uir, qui sine causa uel enormiter hoc facit. C. de repu. auth. sed nouo iure. & auth. sed hodie. no. Hostiẽ. & Abb. in d. c. quemadmodum. in fi. de iureiur.]

† Si quis suspicatur, quòd uxor sua sit in domo alicuius, tunc potest petere à iudice, ut quæratur domus illius: secus in alijs rebus, quæ nõ possunt committere fraudem: tunc enim iudex non debet facere quæri domum alterius. quia periculosum est, ut paterfamiliâs habeat pandere suum patrimonium alij, arg. in l. ij. C. quando quarta pars debea. & in l. ij. C. de aliment. pupil. præstan. nisi esset uehemens suspicio, quòd esset in domo illius. ar. in l. ij. ff. de quæ. Abb. in c. qui cum fure. in fi. de furtis.]

† Vxorẽ dicitur maritus spoliare eo ipso, quòd sine iudicio ecclesiæ à se sine causa remouetur. Idem si sponte recessit, & nolens redire non admittitur. not. gl. in capit. significasti. de diuor. & in c. intelleximus. de adul. & in cap. literas. de resti. spo. no. Inno. in c. ueniens. de regula, Abb. in c. ex conquestione. in prin. de rest. spo.]

† Vxor est subdita uiro, quãtum ad ordinem reddendi debitum: quia non habet potestatem sui corporis. c. non debet. de consang. & affin. Item quantum ad alia obsequia, puta custodiendo res mariti lauare caput, & pedes, & comestiones parare, & similia. not. Ioan. And. in c. literas. de resti. spo. & in c. hæc imago. xxxiij. q. v. ubi dicitur, quòd mulier est penè famula uiri. Item est subdita, quantum ad operandum marito, & compellitur ad operandum causatiuè, subtrahendo sibi alimenta non præcisè, si non habuit dotem. no. in l. sicut patronus. ff. de oper. liber. Secus, si habuit dotem sufficientem, ut in l. si cùm dotem. §. sin autem. ff. so. mat. Item si mulier est nobilis, non tenetur ad obsequia, de quibus suprà, ut est text. in simili. in l. interdum. ff. de ope. lib. no. Abb. in d. c. literas. in pe. col.]

† Vxor cogi͂ redire ad maritum etiam præcisè, realiter capiẽdo eam per familiam, & ducendo ad domum uiri: nam ubi quis obligatur ad factum ex iuris dispositione, non succedit obligatio ad interesse, imò potest quis præcisè compelli ad factum. ut plenè not. in l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de uerbo. obli. Sed ista obligatio procedit à iure non solùm humano, sed etiã diuino. Ita concludit Abb. in d. c. literas. in fi.]

Vxor est socia domus uiri. l. aduersus. C. de cri. expil. hær. uide licet tam diuinæ, quàm humanæ. l. j. rer. amo. & in Spec. de feu. §. quoniam. uer. xx.

† Vxor nõ debet dimitti à uiro sine iudicio ecclesiæ: & quæ sit ratio. gloss. & ibi Petr. de Ancha. in c. duo pueri. in fin. de desponsa. impube. & adde, quòd si excommunicatus in excommunicatione, & contumacia perseuerat, uxor eius nolens secum cohabitare, potest repetere dotem. Alexan. in consil. lxxviij. incipiẽte, Viso, & diligẽter. in j. col. uer. ij. fortificat. in v. uolum.]

Vxor & uir sunt eadem caro, & unum corpus. de biga. c. debitum iiij. q. ij. idonei. Io. And. in Spec. de teste. §. j. uer. sed qd de uxore. doct. & Bald. post glo. in uerbo, participem. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ad fi. so. ma.

† Vxor si nõ elegit sibi sepulturã, an sepeliri debeat cum uiro: & quid si plures uiros habuit. Pet. de Ancha. in c. de uxore. in j. col. uer. quæro hîc. de sepul. & Iacobi. de san. Georg. in l. cùm quædam puella. circa fi. ff. de iurisdi. om. iudi.]

Vxoris loco, uel pro uxore, an sit habenda ea, quæ retinetur in domo. in Spec. de success. ab intest. uer. an nati. non decidit, sed simpliciter arguit ad partes.

Vxor an sit in potestate uiri, uel patris. s. Filia nupta. uer. j. & Bal. in c. j. ij. colu. in uer. quæro, utrum uxor an ma. succe. in feud. quod patris, nisi quo ad debitum carnis. Addo Imo. & domi. Alex. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudicat. cum cõcor. ibi per eum signatis.

Vxorationis quæstio non est summaria, sed de ea debet plenè cognosci. l. j. §. si ea. per Bart. de uent. in pos. mit.

Vxor an dicatur coniuncta personã. s. uerbo. Coniuncta. uer. lxxj. imò æquiparantur. Bald. in l. fi. in ij. col. in fi. uer. idem dico, si legetur. de indict. uid. tol.

Vxor an dicatur affinis. s. uer. Affinis. uer. xxij. quòd non.

10 Vxor expulsa de domo uiri sine causa iusta, lucrat quartam partẽ bonorum eius. in auth. quib. mo. na. effi. leg. §. quoniã. uer. & illam quidem. cum gl. & Bal. in c. j. §. fi. in uerbo, quartę. de inuesti. de reb. alie. fa. Vide in l. fi. C. de repu. quæ quarta non excedat centum libras auri. Bal. ubi s.

Vxor hæretici perdit dotem, si sciuit eum esse hæreticum. sup. uer. Hæreticus, uers. xxiij.

Vxor quo ad dignitatem, cedit uiro. Bal. in l. fi. ad fin. uer. item si mater. C. de seruis fugitiuis.

Vxor ignobilis nupta uiro nobili fit nobilis. l. fœminæ. & ibi Bart. de sena. & in l. fi. in prima col. in fin. uer. quæro popularis. C. de uerb. signific. non contra, quia uir non nobilitatur ab uxore. l. mulieres. C. de digni. lib. xij. l. mulieres. C. de incol. lib. x. & Bald. in l. j. C. de in ius uocan. Addo Barto. idem tenentem in d. l. fin. in ij. colum. in uer. tertiò dubitatur. C. de uerbo. signifi.

Vxor non potest uti habitu uiduali, uiuente marito, eo inuito, etiam facto uoto castitatis. xxxiij. q. v. quod Deo pari. Lud. Pon. in sing. uer. quæro, coniuges.

Vxor semper intelligitur esse in timore uiri. Innoc. in c. per latum. in gl. in uerbo, ratum. quod metus causa. Bald. in Margarita. uer. Votum. in fi.

† Vxor incidens sibi comam, seu capillos, propter deuotionem, marito inuito, est ipso iure excommunicata. Lud. Ro. sing. mihi dxciij. incip. Est nunc Florentiæ.]

Vxor fugiens potest propria authoritate capi à uiro. Bal. in l. j. circa prin. C. ubi quis de curi. uel cohorta.

Vxor est domina rerum sibi donatarum propter nuptias, sicut uir dotis, constante matrimonio. Ang. in auth. ut immobil. ante nuptias. in fin. l. j. & ibi Bal. in fin. C. de bo. quæ libe. ubi idem dicit de lucris nuptialibus, & quod in his patri quæritur ususfructus. De hoc uide Ioan. Lup. in repeti. rub. de do na. inter uirum & uxorem. col. xxxj. uer. unum circa istas dubitationes.

Vxor sortitur conditionem uiri, sicut forum. Ang. in auth. qui. mò. na. effi. sui. §. quod uerò. el ij. & j. eo. uer. xlj.

Vxor dicitur etiam non transducta ad domum uiri. Io. And. in Summa quarti lib. in princip. Sicul. in capitul. tertiò loco. in iij. col. in uersic ultra alios quæro de sump. Barthol. Cæpol. in l. Marcellus. xij. colum. de uerborum signi. Bal. in l. non sine. in j. q. C. de bon. quæ libe. ubi dicit uerum, nisi exprimatur de carnaliter copulata. Vide Bald. in l. Deo. in iij. colum. in uersic. sed iuxta hoc pone. C. de epi. & cle. docto. l. si ante. & ibi dom. Alex. & Paul. de Castr. cum alijs concor. ibidem per eum signatis ad fin. ff. solu. matrimo. Addo Panormi. in ca. ex publico. in ulti. colum. de conuer. coniug. Et ultra do. Alex. addo latè Sali. in l. cùm te. C. de do. ante nup. latissimè per Ang. Are. in §. fuerat. in xxv. col. uer. quæro de quæstione quotidiana. Institu. de actio. & Pau. de Cast. consi. cxxiiij. incip. Super primo quæsito. Vide Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. inter uirum & uxo. colu. cx j. & seq. ubi latè ponit effectus transductionis ad domum uiri.

Vxor occupans bona uiri pro dote iure hypothecæ,non tenetur ea restituere creditoribus uiri, etiam offerentibus quantitatem dotis, si uelint sibi cedi iura cum priuilegio prælationis.Ioan.de Imol.in l.j.vij.col.& ibi Bal.& in l.si constante.& ibi Ang.& Paul.de Castr.ff. sol.matr.& in l.si cum tibi. C.qui pot.in pig.ha.& s̄.eo.uer.xx.& Ioan.And. in addi.Sp. de dona.inter uirum & uxo.§.fi.uer. sed cùm mulier.ubi dicit uerum,cõstante matrimonio, si uxor occupauit,uiro uergente ad inopiam:secus,sol.matr.Bart.ubi s̄.& Ioan.de Pra. in l.si constante.& ibi per Alex.in vj.char.& s̄.§.proxi.uersi. xxxj.

Vxor potest renunciare hypothecę ad beneficium creditorum uiri.auth.si qua mulier.C.ad Velleia.Bar.& doct. & Imol.in l.Mæuia.§.fi.sol.matr.

Vxor habet hypothecam in bonis uiri minoris.s̄.Bona mariti. uer.ij.nisi sit persona indigna.Cyn.in l. fi. C.de legi.tu.Io.de Por.in l.si constante.pen.col.sol.matr.

Vxor habet hypothecam etiam in feudo, & emphyteusi uiri p̄ dote.Ioan.And.in Spec.de loc.§.nunc aliqua.uersi.cxc.Sed contrarium probat textus in c.quamuis.in fi.de inue.de re. alie.fa.in usi.feudo. Addo Bart.tenentem primam opi. in l.si constante.in iij.q.iij.prin. ff. sol. matr.& ibidem. Lud.Rom. qui tenet contra Bar.& do. Alex.in xx.col.

Vxor præfertur in re sibi hypothecata licet relicta ad pias causas.Bal.in l.ij.in fi.C.si aduer.uen.pig.

Vxor non habet priuilegium in contractu suspecto de fraude. s̄.§.ij.uer.xxxv.

Vxor minor petit restitutionem in integrum cõtra pactum lucri dotalis,non contra statutum de d.lucro.l.j. & ibi Bald.in ij.col.no.C.si aduer.dotem.

Vxor conuenitur rei uendicatione,nõ crimine expilatæ hæreditatis.l. quamuis. & ibi Bald.C.de fur.l.uxor.ff.de cri.expil. hære. ubi uide.& in tit.re.amota.

Vxor furans uiro certas res, uidetur liberata, si uir in testamento confiteatur,nihil esse de suo apud uxorem.gl.& Bart.in l. Titia.§.Caius.ad fi.ff.de lega.ij.ubi dicit Bar. non posse probari contrarium per hæredem, si testator iurauit. per auth. quod obtinet.C.de proba.

Vxor furãs uiro in rem alienam,tenetur furti in subsidium domino rei,non aliter. Casus sing.secundum Bald. in l.manifestissimi.in fi.C.de fur.Item hæredi de re uiri.in l.iij.re.amo. Aret.in suo tracta.de Malefic.uer.uestem.in fi.

Vxor faciens occidi uirum,perdit dotem.not.in l. pen.§. Seia. ff.de adi.lega.

Vxor tenetur hæredibus uiri actione negotiorum gestorum de gestis,constante matrimonio.l.hæres.& ibi Bar.ff.de nego.gestis.

Vxor de furto leui criminaliter puniri non potest,sed pro magno sic,licet maritus nõ agat contra eam.no.in l.j.& ibi Bar. in uersic.ultimò quęro.ff.rerum amota.& Bar. in l.respicien dum.§.famosos.ff.de pœnis.

Vxor non tenetur ad dotem,nisi uir donet sibi propter nuptias.in Spec.de dona.inter uirum.uersic.quid ergo. & ibi Bal. uersic.j.

Vxor,quæ inuito marito partum abigit, ne procreetur, potest quandocunq; accusari,nulla præscriptione obstante. s̄.uer. Paratus.uer.xviij.

Vxoris hæres an debeat stare colono uiri.s̄.uerb. Hæres uxoris.uersic.ij.

10 Vxor tenetur stare colono fundi dotalis sibi restituti.l.filio. §.fi.& ibi Bart.& do.Alex.in primo no. cum alijs concor.ibi per eum signatis.ff.sol.mat.Bal.in l.fina.§.cumq;.de rei uxo. actio.Sed an præcisè.Alex.in d.§.fina.

Vxori soluenti æstimationem cedi debet actio,nisi desierit possidere.Bar.post gl.in l.si propter.in prin.in j.q.ff.rer.amo.Vide Dyn.in regula,pro possessore.iij.q. in vj.Sed non est præstanda cautio de euictione.Bart.ibi post Dyn.ubi suprà,in j. quæstione.

Vxor si promittat magnam dotem uiro,& eum fallat,uide l.iij. & ibi Bald.C.de don.ante nup.Etsi sit inops,nõ tenetur,nisi quatenus facere potest.l.ex diuerso.& ibi Bart. solu.matr.& Alex.in l.si donaturus.§.j.de condi. ob causam. ubi etiam dicit idem in patre mulieris.

Vxor furans uiro,non perdit dotem.Bal.in l.j.§.sed nec retentio.uer.& nota.quòd licet.C.de rei uxo.actione.

† Vxor si furatur uiro aliqua bona,illud furtum reputatur esse casus fortuitus:quia maritus uerisimiliter debebat de uxore confidere.Ita glo.in l.cùm duobus.§.damna.in uer.surreptum.ff.pro socio.quam dicit ualde not. & perpetuò not. Iacobi.de sancto Geor.in l.manifestissimi.§. sed cùm in secundam.in fi.C.de furtis.]

Vxor capiens possessionem rei dotalis propria authoritate, punitur. l. dotis actio. C. solut.matrim. gloss.j.& doct.in l.si mulier.§.rerum. ff. rerum amo.nisi maritus precariò.possidebat.Bald.in l.licet.in ult.oppo.C.de seruo pig.da. ma.uel si possessio uacabat.Bald.ibidem. Vide Bald. in l.pignoris. uersic.sed quæro.C.de pigno.actio. & s̄. uerbo, Vidua.uersicu.clix.

Vxor tenetur indicare bona mariti emptoribus, ut subhastentur.Bald.in l.ordo.in ij.col.in uersic. quæro, nunquid uxor. C.de execu.rei iud.

Vxor petens dotem,an reconueniatur de adulterio. s̄.§.ij.uer. xxxvj.quòd sic.

Vxor debet citari ad domum uiri. Bald. in l. ab eo. in ult.colũ. uersi.nota,quòd quoddã domicilium. C.quomodo & quando iudex.sed non potest in ea capi.l.j.§. si uir. & ibi doct. ad Syllanianum.

Vxor an teneatur uiro de euictione rei dotalis.in l.quamuis.ff. de iure dotium.& in l.j.C.eo.tit.quòd sic, si fuit data inæstimata,& euictio promissa.

Vxor an teneat ad onera patrimonialia in foro originis. Paul. de Castr.consil.cxcvj.incip.Posset quis dicere, quòd sic.

20 Vxor confessa recepisse dotem soluto matrimonio, potest excipere de non numerata pecunia intra uiginti dies tantũ. Paul.de Castr.& Pet.de Sun.post gl.in l.in contractibus.C. de non numerata pecunia.

Vxor tenetur de damno dato in re uiri ad emendationẽ.l.pen. & ibi Flor.& in §.si maritus.ad legem Aquil.

Vxor non tenetur pro debitis uiri.l.j.& per totum. C. ne uxor pro ma.& in Spec.de feu.§.quoniam.uer.xx. & s̄. Bona uxoris.uer.pen.

† Vxor inhabitans post mortem mariti in domo, quæ ipsi marito suo locata fuerat,an & quãdo ad pensionem competentem taxandam officio iudicis teneatur,& quando non,uide do.Ias.May.Instit.de act.in §.actionum.nu.189.]

† Vxor si remanet in domo uiri uiduata,an præsumat remansisse,& retinuisse res mobiles prætextu hypothecę,quam habet in bonis mariti. Alex.in consil.cxxvij.incip. Pulchrè respondit.in j.col.uer.facit etiam.in iiij.uol.]

Vxor non tenetur pro delictis uiri:& econtrà.in Spec. de actore.§.item quod propter.& d.uer.xx. c.ex literis. de pig. & s̄. Bona dotalia.uersic.iij.

Vxore conuenta à uiro an obstet exceptio spolij.in Spe.de petit.& posses.in prin.uersic.quid si ago.quòd non.

Vxor dotat se in dubio de omnibus bonis. s̄.uerbo,Mulier. el j.uersi.xxvij.Adde omnino notata per Bal.in l.nulla.in j.col.uersic.secundò quæro.& in uersic.sed pone.C.de iure do.& in l.fin.circa mediũ. in uer. sed quid si tradidit.C. de senten.quæ sine cer.quanti.profe. Adde gloss.in l.mulier bona.in uer.sua.ff.de iure dot. quod in dubio uidetur se maritare sine dote. Sed uide Bald. ubi s̄.Addo Bart. in l. quod autem. ff. de iure dot. Limito esse uera prædicta, si maritus erat dignus tanta dote:secus,si fuisset indignus. Ita Bald.in d.l.fi.uersic.secundò quæro.& per do. Hieron. Tor. in l.j.ff. sol.matr.qui dicit se aliàs consuluisse de facto. per Alex.in l. pen.§.uxor.sol.matr.

Vxor promittens pro dote dimidiam partem bonorum suorum,an possit dare æstimationem eorum. Bald. in d.l.nulla. in j.col.ad fi.in uer.modò insurgit quædam alia quæstio.ubi arguit ad partes,& non decidit.

Vxor minor an possit dare in dotem omnia bona sua. Bald.in d.l.nulla.in pen.q.quòd sic,interueniente decreto, & iuramento.doct.& Io.de Por.in l.si constan.pen.col.solut.matr. Adde s̄.Bona uxoris.uersic.vij.quòd sic,etiam sine decreto. & in uerbo,Bona immobilia.uersic.ij.

Vxor pro dote promissa non tenetur, nisi quatenus facere potest.s̄.proxi.uersic.xij.

Vxor possidet domum, in qua uir reliquit habitatione. Bar. in l. si duo. §. cæterùm. ff. uti pos.

Vxor posidens bona uiri hypothecata pro dote impedit eorũ confiscationem: aliàs secus. not. in l. si marito. & ibi doct. & Alex. sol. matr. & ibi Ang.

Vxor dicitur posidere fundum suum, licet ad ipsum nunquã accedat ipsa, sed uir. Bar. in l. qui iure. de acq. poss.

Vxor non dicitur posidere fundum dotalem, sed uir. per Bar. plenè in l. Pomponius. §. in dotem. in prin. & ibi not. de acq. pos. & ibi est gl. in l. iij. §. genera. eo. tit. & gl. in l. sciendum. §. si fundum. in uer. intelligatur. ff. qui satisd. cog. nisi ad effectum, ne cogatur satisdare: ut ibi. & adde Instit. de rerum diuis. §. per traditionem.

Vxor posidens præsumitur domina rerum, quas posidet, nõ si posidet uir. gl. in uer. occupatę. Bart. & Bald. in j. col. in fi. uer. reuoco in dubium. & doct. in l. ij. ne uxor pro ma.

Vxor posidere potest bona uiri pro dote sua. l. si cui. & ibi Bal. paulo post prin. C. de non num. pec. & s̃. uerb. Vidua. uersic. xlix.

† Vxor, & uir, si pariter probant se inhabitasse domum, quilibet intelligitur pro dimidia possedisse. do. Barth. Socin. in consil. cxxxviij. incip. Iustissime. uer. præterea licet. in j. par.

Vxor secundo nubit iure permittente: ut c. fi. cum gl. in uer. infamiæ. & doct. Inn. & Io. And. & alij, de secun. nup. & in ti. eo. in §. secundũ Apostolũ, Mortuo uiro, mulier nubat in Domino. c. fina. & pen. de secund. nup. vij. q. j. sicut. Adde glo. & Bart. in l. liberorum. ff. de infa. Bar. in l. j. C. de sec. nup. & ibi Bal. iij. col. uer. primò quæro.

Vxor secundo nupta antequam dotem recipiat ab hæredibus primi uiri, est priuilegiata in dote. Bart. in l. j. iij. q. ff. soluto matrimonio.

Vxor secundo nubens non potest dare in dotem plusquam habeat unus filiorum primi matrimonij. Ang. post gl. uersi. homines. in auth. de nup. §. quia uerò. in j. col. quem etiam uide in §. de augmentis. eo. tit. & s̃. Mulier secundo nubens. uersi. ij. & uersic. xj.

Vxor secundo nubens non perdit donaria sibi facta à consanguineis uiri. Lud. Pon. in con. ccccliij. aliàs, cccclxiij. Barth. Cæpol. in sing. uer. lxxvj.

Vxor secundo nupta nõ potest plus relinquere secundo uiro, quàm uni ex filijs primi matrimonij. in l. hac edictali. §. si uerò plus. C. de secun. nup.

Vxor secundo nubẽs, uel tertio, an dicatur castè uiuere. s̃. uer. Statutum. uersi. ij. & uerb. Legatũ uxori. uersic. v. Adde Bal. in l. decreto. in ij. no. C. de infami. & in l. Deo. in iij. col. uersi. iuxta prædicta quæritur. C. de episc. & cle.

† Vxor Alexandri occidit nutricem suam, quæ sibi secundas nuptias suadebat, ut refert Hier. contra Iouinianum. refert Io. And. in c. pen. super gl. j. de secun. nup.]

Vxor secundo nubens nupta perdit domicilium primi uiri, & acquirit aliud secundi uiri. Alex. in l. pen. de iurisd. omnium iudicum.

Vxor uiri absentis, de cuius morte uel uita dubitatur, non potest secundo nubere, quandiu est incerta. c. in præsentia. & ibi doctor. de sponsa Io. Cal. in Summa Decre. xxxiiij. causa. Sed si uerisimiliter mors præsumitur, excusatur secundo nubens, etiam uiro reuertente: ad quem nisi redeat, statim notatur. xxxiiij. q. j. cùm per bellicam. & gl. in uer. uiuentib. in d. c. in præsentia. Sed si matrimonio contracto dubitetur de morte, non exigat debitum à secundo uiro, ei tamen petenti reddat: & cùm certificatur de uita, recedat à secundo. c. dominus noster. de secun. nupt. Sic dicit gl. in d. c. in præsentia. in uer. certum nunciũ. quæ subdit, quòd si uir iuit ad bellum, uel aliò, debet uxor mittere nuncium, si potest: aliàs expectet, donec certificetur de morte. Vide doct. & ibi in authen. hodie. C. de repu. & in auth. de nupt. §. si uerò incertũ. in gl. in uersi. quinquennium. & in auth. ut lic. ma. & auiæ. §. quod autem. Addo gl. notabilem in uerb. præsumatur. in c. quoniam frequenter. ut lite non contestata.

† Vxor transiens ad secunda uota an perdat legatum factum sibi à marito: uide do. Pet. Phil. Cor. consil. xxj. incip. Videtur in litera D. la ij. in j. parte. Et quid si transeat ad ea uota intra tempora luctus, uide per eum in consil. xxxviij. incip. Quod dicta. per totum. in iiij. parte.]

† Cautelam notabilem pro uxore secundo nubente posui s̃. in uer. Mater secundo nubens.]

Vxor secundo nubens perdit legatum alimentorum factum à primo uiro, etiamsi uelit stare cum filijs. Bald. in l. j. in fin. C. de legat. & in l. j. C. ubi pu. edu. de. sed non perdit quod habuit à primo uiro ex titulo oneroso. Bald. in l. donationem. in fi. C. de secun. nup. Item perdit lucra statuti, uel consuetudinis, quo ad proprietatem, extantibus filijs primi matrimonij. Bal. in auth. ex testamento. in ult. col. in prin. uer. sed statim iuxta prædicta. eo. tit. Sed an usumfructum. j̃. Vxor usufructuaria. uersic. ij. quod sic intellige, quando diceret, si honestè & castè uixerit.

Vxor secundo nupta intra annum luctus priuatur etiam usufructu fundi sibi relicti à primo uiro purè, uel sub conditione. l. j. & ibi Bal. in j. col. C. de secun. nup. Sed Fed. de Se. contrà in consil. xxxvj. incip. Casus talis est, maritus. & Alex. de Vincen. in c. fin. eo. tit. in j. col. Item non debet habere legatum de uiginti factum sibi sub conditione, si nubat, sed habebit illud nubendo post annum. Bal. in d. l. j. iij. col. in uer.

† sed pone, prior maritus. † Et an tunc dicatur usufructuaria ex uoluntate testatoris, stante statuto, quòd uxore transeunte ad secunda uota expiret usufructus, uide do. Pet. Philip. Cor. in consil. cxxx. incip. Multitudo. in litera C. la ij. in iij. parte.]

Vxor secundo nupta intra annũ, an perdat legata in testamento primi uiri facta. s̃. uer. Vidua. uer. xlvij. quòd sic.

Vxor potest nubere alteri post sententiam diuortij. & an possit dotem à primo uiro repetere. per Paul. de Castr. consil. cclvij. incip. Videtur dicendum, quòd sic.

Vxor secundo nupta perdit omnia bona sibi relicta, à primo uiro, excepto usufructu. l. fœminæ. & ibi Bald. in j. col. & in uer. quæro quis est sensus. C. de secu. nup. & in auth. de nup. §. si uerò expectet. & §. si uerò solum. & ibi Ang. & in §. hinc nobis, & in auth. hoc locum. & ibi Bart. in prin. in lectura C. si secũdo nup. mulier, nisi à testatore sit dictum quod etiam usumfructum perdat, si secundo nubat: nec sufficit dicere, si honestè uixerit. Bar. ibi. & in l. mulier quę. §. cùm proponeret. ff. ad Trebel. Ang. tamẽ, & Paul. de Cast. ibidem, & do. Alex. de Imol. iij. col. uersic. item not. dicunt etiam usufructu priuari. De quo latissimè ibi per do. Alex. cui addo Ang. tenentem primam partem. in §. cùm igitur. in auth. de non elig. sec. nup. declarando tamen, ut ibi per eum. Vide Io. And. in Spe. de secun. nup. in rubr. non tamen perdit usumfructum sibi relictum, si secundo nubit, & filios nõ habet. d. l. fœminæ. secundum Alex. consil. cxj. ij. parte.

Vxoris secundo nubentis materiam supple s̃. uer. Mater secundo nubens. uer. Mulier secundo nubens. uer. Legatum uxori. per discursum. & uer. Vidua. per discursum.

Vxor testatur, etiamsi uir lucretur partem dotis ex forma statuti: ut s̃. uerb. Statutum de ultimis uoluntatibus. uer. lxxj. & etiam uide in uer. lxxij. Adde s̃. uerb. Filia testatur. uer. ij.

Vxor potest eligere sibi sepulturam alibi, quàm uir. Abb. in c. ad Apostolicæ. de don.

Vxor alitur à uiro, ut plenè s̃. uer. Maritus alere. uer. j. & per totum. & s̃. Vxor. el j. uer. xxv.

Vxor alenda est in domo uiri absentis, non in aliena, uiro inuito, cum nec foris posit pernoctare. l. dotis causa. de iure do. l. ux r. C. de repu. Angel. in reperto. uerb. Vxor. ubi allegat multas rationes. Secus, si non stetit per eam, quin in domo uiri aleretur. per Bart. in l. libertis, quos. §. j. ante fin. de ali. & ciba. leg.

Vxor diues alere debet uirum inopem. in Spec. qui fi. sint legi. §. j. uersic. sed quid si mulier. ar. in l. si cùm dotem. §. sin autẽ. & ibi Bar. in ij. q. & doct. & ibi Bal. in §. si maritus. in ij. col. in uer. econtrà quæro. ff. sol. matr. Bart. in tract. alimentorum. in fi. & arg. in auth. præterea. C. unde uir & uxor. & Bart. in l. si constante. in fin. prin. sol. matr. ubi idem dicit de filijs eius ex primo matrimonio. Adde s̃. Marit9 ali. uer. j. Addo, quòd uxor tenetur alere etiam maritũ inopem de bonis parapher nalibus. Ita do. Alex. in d. §. sin autem. in iij. col. in uer. utrum autem econtrà. cum concor. ad hoc per eum signatis.

† Vide Bal. in consil. cccclxxxiij. in v. parte.]

† Vxor tenetur alere uirum agentem, etiamsi sit bannitus uel excom-

excommunicatus. Ita tenet Card. Alex. post alios, quos refert ibi in c. per uestras. circa fi. de dona. inter uir. & uxor.]

Vxor alimentaria ex testamento, & substituta filijs, an mortuis filijs perdat alimenta. s. uer. Vidua. uer. lxxij. quòd non.

† Vxor in quibus casibus sit alenda per uirum, uide do. Petr. Phil. Cor. in consi. cxlv. incipiente, In hac. in litera E. F. & se. in ij. parte.]

† Vxor an sit alenda à marito sine dote, uide do. Pet. Phi. Cor. in consi. ccxl. incip. In præsenti. in litera A. in iiij. parte.]

Vxoris uiduæ alendæ materiam uide s. uer. Vidua. uer. viij. & latè in uer. xxij. & uer. Legatum uxori. uersic. j. xvij. & xxiiij. cum seq. & s. Alimenta. uer. x. xxj. & xxxvij. cum quinq; seq.

Vxor habet hypothecam tacitam etiam pro alimentis. s. Hypotheca. uer. xxj.

Vxor hæres uel legataria quomodo, & quando succedat, & consequatur legatum, uide j. eo. per totum. & supple suprà, uer. Maritus testatur. per totum. uer. Legatum uxori. & Legatum uestium. per discursum. & Legatum alimentorum. & uer. Vidua. per discursum. ubi plenius. & j. §. proxi. & s. Vxor secundo nubit. † Vide pulchrum casum per Decium consi. cclxxviij. per totum. & nota duas conclusiones communes. Prima, quòd si testator instituat hæredes, siue extraneos, siue filios, & uxorem relinquat dominam, dominatricem, & massariam, quòd per hoc non censetur habere uxor tantam præeminentiam, quam habebat uiuente marito. Secunda conclusio, quòd si leget uxori suæ usumfructum, herede extraneo instituto, habebit totum usumfructum: filio uerò instituto habebit tantùm alimenta. Istas duas conclusiones firmat Pau. Pic. in repe. §. Titia. l. Titia. col. xij. cum pluribus seq. ff. de leg. ij. Et quid in terminis primæ conclusionis, an ipsa uxor habeat alimenta tantùm, an uerò usumfructum, uide ibi col. xxij. uersic. sed pulchrum. De materia latè per Soc. iiij. uol. cons. j. ij. & iij. quod quando apparet de mente testatoris, debet habere plenum usumfructum, etiam institutis filijs.

Vxor an sit hæres, cùm est relicta gubernatrix. j. §. proxi. uersic. xviij.

Vxor heres instituta ad uitam suam non uidetur grauata fideicommisso ad restituendũ uenientibus ab intestato ex clausula codicillari posita in testamento. Alex. contrà, in l. certi iuris. C. de testa. mili.

Vxor prohibita per statutum institui hæres, potest indirectè institui, quòd hæres alienet sine licentia uxoris, priuetur hæreditate, & applicetur uxori. Alexan. cons. lvij. ij. parte. Item prohibita acquirere legatum propter existentiam agnatorum, potest legatum petere agnatis mortuis. Alex. consilio xxviij. iiij. parte.

Vxor succedit uiro in quartam partem bonorum, si sit inops per authen. preterea. C. unde uir & uxor. nisi habeat patrem diuitem: quo casu non potest dici inops filia. Raph. Ful. & Alex. in l. in suis. de lib. & post.

Vxor inops indotata quomodo succedat uiro. suprà, Vidua. uer. lxxiiij.

Vxor potest legatum capere propria authoritate. s. Legatarius. uersic. j. in fin.

Vxor expulsa à uiro sine causa, quid lucretur. s. eo. §. j. uer. x.

Vxor succedit uiro bastardo. Bald. in l. si qua. in j. col. in fi. uer. quæro quis succedat. C. ad Orfi.

Vxor legataria lecti quid consequetur. suprà, Lectum. uersi. ij. & ultimo.

Vxor an lucretur quartam partem emphyteusis uiri, stante statuto, quòd lucretur quartam in bonis uiri. Alex. de Vicen. in c. potuit. iiij. q. uer. sed pone quod statutum. de locato.

Vxor non potest hæres institui à marito, si statutum ciuitatis uiri prohibet, & statutum uxoris permittit. suprà, uer. Maritus testatur. uer. j.

Vxoris hæredis in uita uestes an ueniant in fideicommisso. s. uerbo, Vestis. uers. xxvj.

Vxoris hæres grauata restituere cui uidebitur ei, potest restituere spurio testatoris. Bar. in l. Lucius. §. testamento. uer. circa ultimum quæro. ff. de lega. j.

Vxor, & uir succedunt sibi inuicem iure pretorio ab intestato: & ideo debent intra annum petere bonorũ possessionem, nõ post. l. certũ. per Bal. in ult. col. in uer. vj. q. & doc. C. unde cogna. Quod uerum, si succedunt per unde uir & uxor: secus si ex condictione. authen. præterea. C. eo. tit. quia tunc succedunt de iure ciuili: & ideo in illa quarta admittuntur usque ad triginta annos, secundum Ros. in arbore consan. lxxxvj. col. Item non habet locum inter eos successio, si secundas nuptias alter superstes ineat. l. j. & l. fœminæ. de secun. nupt. Rosel. ubi suprà, col. xc. Et intellige de coniugibus ueris nõ deputatiuis. no. in d. l. j. Alex. in l. si cùm dotem. §. fi. sol. matr. Sed an ex testamento habeat locum successio inter eos putatiuos. gl. in l. uxori maritus. & ibi no. de usufru. legato.

Vxor non succedit uiro in feudo, & emphyteusi per unde uir & uxor, uel econtrà. doc. & Lud. Pon. in l. j. & ibi do. Alex. in ulti. col. in uer. successiuè intelligas. C. unde uir, & uxor. & in c. si maritus succe. uxor. Addo aliquid per do. Alexan. in auth. præterea. in fi. eo. tit. C. unde uir & uxor.

Vxor succedit uiro per unde uir & uxor, deficientibus alijs propinquis eius. l. j. C. unde uir & uxor. non tamen extante nutritore, uel tutore, secundum Dyn. Sed doct. contrà, per l. nutritoribus. C. communia de succes. Et de successione uxoris & uiri tenet Spe. in ti. qui fi. sint le. uer. quid, si quis ita.

Vxor usufructuaria, domina, & massaria in testamento uiri si relinquatur, uide j. eo. per discursum. & in Spec. qui fil. sint legi. uersi. si quis ita. ubi plenè.

Vxor si usufructuaria relinquatur in bonis uiri, dum castè uixerit, & grauata post mortem suam in usumfructum, statim quod secundo nubit, debetur usufructus substituto, non expectata morte eius. plenius suprà, uer. Legatum usufructus. uer. xxiij. & uer. Vsusfructus legatur. uer. iij. & uide in uerb. Vsusfructus finitur. uersic. v. & suprà in uerbo, Legatum uxori. uer. xij. † Et Franc. Aret. in l. si quis hæres. de acq. hære. in medio. j. col.]

* Vxor, cui uir usumfructum omnium bonorum legauit, uti fruiq; potest etiam frumento, oleo, uino, & alijs fructibus à uiro perceptis, & domi reconditis. l. j. C. de usufr. no. in l. omnium. la ij. ff. eo. in l. uxori. la ult. ff. de usuf. leg. Alex. consi. lv. col. ij. in ext. uer. in legato enim generali. uol. iij. Ay. Cra. consi. ccc. nu. 5. Non tamen est domina illorum fructuũ, sed usufructuaria, ut & aliorum bonorum. & de ijs potest mortem suã restituendis, cauere debet. §. constituitur. auth. inst. de usufr. l. j. & per tot. ff. de usuf. ear. rer. quæ us. con. Bal. cõn. cccxxxvij. Pastucius. uol. v. Cor. cons. clxxxvij. col. ij. uol. ij. Crau. d. cons. ccc. Aemilius Maria Manolessus.

Vxor si relinquatur usufructuaria ad uitam, & post eius mortem alteri relinquatur hæreditas: an ualeat testamentum. Paul. de Cast. con. cccxcj. incip. Super primo quæsito. quòd sic. & suprà, Testamentum qualiter. uersi. xlvj. in fi. & omnino per Alex. post Bal. & Salic. in l. extraneũ. C. de hære. inst. quòd sic. & uxor tunc habet usumfructum in uita, licet heredităs non sit adita: quia heres nõ potest adire, nisi post mortem uxoris. & j. eo. uers. xxj.

Vxor usufructuaria in bonis habet usumfructum, etiam in rebus alteri legatis. suprà, Legatum usufructus. uersic. xxv. & uer. Vsusfructus legatur. uersic. antepen.

Vxor usufructuaria debet uiro mortuo offerre hæredi cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri corã notario, & testibus, præsente fideiussore: aliàs non habet usumfructum. Bal. in l. j. ultimo notabili. C. de usufru. Quod uerum, nisi ipsa possideat bona, sciente & patiente proprietario: quo casu facit fructus suos, aliàs secus: Bal. in l. uxori usufructus. uersic. quæro, an usufructuarius. ff. de usufr. le. Vide etiam Bart. in l. hac edictali. §. j. in ij. no. C. de secun. nupt. Adde suprà, Cautio per usufructuarium. uer. vj. & j. eo. uer. xvj.

† Et hoc est, quia testator non potest hanc cautionem remittere. l. siue. C. ut in pos. leg.]

† Vxor relicta usufructuaria & domina omnium bonorum in uita tantùm, institutis per testatorem pauperibus Christi, an censeatur heres, uel usufructuaria. uide do. Pet. Phi. Cor. in consi. clxxx. incipiente, Multitudo. in litera A. & B. la ij. in iiij. parte.]

* Vxor domina & usufructuaria uiri testamento relicta, nullo alio hærede instituto, hæres proculdubiò est. l. his uerbis. & ibi gl. Bal. Imol. & Alex. ff. de hær. instit. Bal. Salic. & Ias. in l. extraneum. C. de her. instituen. Port. Imo. consilio clxxviij. Æmilius Maria Manolessus.

Vxor usufructuaria si contrahat cum hærede uiri, ut retineat certa bona, donec sibi dos restituatur, an dicatur usuraria. Paul. de Cast. consil. ccclxxxvj. incipiente, Visis, & ponderatis omnibus. quòd non.

Vxor usufructuaria sub conditione ne alienet, dicitur proprietaria. Bald. in l. Proculus. in princi. ff. de usufru. Lud. consil. ccvj. qui tenet contrarium in l. donationes. §. species. ff. de dona. Sed cum Bald. tenet Alex. in l. si constante. in princ. in ij. colum. solu. matr. per d. l. Proculus. ubi adiectio oneris de altius non tollendo domum facta usufructuario importat proprietatis legatum.

Vxor usufructuaria per codicillos an perdat alimenta ex testamento. Paul. de Cast. consil. cccxc. incipiente, Vxor quondam. quòd non.

Vxor usufructuaria donec castè uixerit, perdit legatum committendo stuprum, licet postea castè uiuat. Bald. & doct. in * l. Titius. in prin. ff. de excu. tut.* & quod percepit restituere debet. l. sororem. de his quib. ut ind. Mar. Mant. sing. dxc. Æmilius Maria Manolessus.

10 Vxor usufructuaria non habet reditus protocollorum. Bar. in l. diuortio. §. si uir. in ulti. q. ff. solu. matri. Addo Bald. in d. l. §. si fundum. in primo nota. ibidem per Innoc. no. in l. fructus. solu. matri. & per Bal. in l. j. pen. col. in uersic. quæro, an uxor. C. de fruc. & lit. expen. & quod per Bar. in l. quædam. §. nihil. in uersic. sed super hoc quæro. ff. de edend. & suprà, Fructus. §. j. uer. xxiij.

Vxor usufructuaria habet reditum gabellarum emptarum à uiro. Bal. in l. j. in ij. not. C. de usufruc.

* Vxor, cui uir omnium bonorum usumfructum reliquit, nominibus debitorum uti non potest. Bar. co. l. Gilius Pet. Ias. in l. à diuo Pio. §. in uéditione. ff. de re iud. Bal. cõ. cccxxiij. Andreas. uol. iij. Aym. Cra. con. ccc. nu. 8. nomina enim nec bonorum mobilium, nec immobiliũ appellatione ueniunt. l. quam Tuberonis. §. pe. ff. de pec. d. l. à diuo Pio. §. in uenditione. & ibi Ias. iiij. not. ff. de re iud. Alex. con. ix. col. fi. consi. xlv. col. iiij. con. lij. col. ij. circa medium. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Vxor usufructuaria an debeat stare colono uiri. Bald. in l. j. pen. col. uer. pone, maritus. C. de fruc. & lit. expen. Adde l. arbores. ff. de usufruc. quòd non. suprà, Vsufructuarius con * uenitur. uersi. xxiiij.* Alex. con. cxxij. nu. 8. uol. v. Aemilius Maria Manolessus.

Vxor hæres sub conditione uiduitatis præstat cautionem Mutianam, sed usufructuaria non. Bald. in l. fi. in j. col. C. de * indic. uidui. tol.* auth. cui relictum. C. de ind. uidui. tol. M. Ant. Nat. con. ccccclix. nu. 15. Æmilius Maria Manolessus.

Vxor domina, & massaria relicta, si castè uixerit, & cui sunt relictæ uestes, uel aliud simpliciter, an intelligatur habere legatum simplex sub eadem conditione. s̄. uer. Legatum uxori. uer. xxxij. quòd non. & uer. Item. uer. unico. & Angel. de Perig. in l. j. ff. de publica. quòd non. & omnino per Bart. in l. ij. in penul. colum. uer. sed quid si testator. de uulg. & pupil. & Pau. de Cast. consi. lxxj. incipiente, Viso puncto suprà scripto. & quod per Bart. in l. si quis. §. si initium. ij. q. ff. de eden. Addo Bart. in l. in repetendis. in iij. col. in uer. item aduerte, quòd ubicunq;. ff. de leg. iij. & Bald. in l. fin. ad fi. C. de indic. † uidui. tol. † Adde Picum in §. Titia. l. Titia. colum. xlj. uersic. & ex istis. ff. de legatis. ij.]

* Vxor cui uir usumfructum reliquit, donec castè & honestè uixerit, ad secundas nuptias transeundo retinet usumfructum, cùm secundo nubens nihil inhonestum turpeq; amittat. authen. hoc locum. C. si mul. sec. nupt. §. si uerò solum usumfructum. in auth. de nupt. c. Nicæna Synodus. xxxj. d. l. mulier. §. cũ proponeretur. & ibi Bar. & doc. ff. ad S. C. Treb. Ab. in c. quod ad te. de cler. coniu. in c. ut clericorum. de ui. & hon. cle. Fran. Aret. con. xl. præsupponitur. col. pe. Hippo. Mars. sin. cccclxxvij. quo in loco aliud sentit. si ad tertia, uel quarta uota transiret. auctores sequitur Ang. in §. hoc ideo. in auth. quom. opor. ep. Alex. in d. l. mulier. d. §. cùm proponeretur. Felin. in c. si cautio. col. xiij. uer. & tum est. de fid. instrum. Aemilius Maria Manolessus.

Vxor usufructuaria donec sit uidua, & dotem non repetat, perdit usumfructum, cedendo actionem de dote alteri. Bartol. in auth. hoc locum. in repeti. in fin. col. in uersi. ultimò uenio ad q. C. si secun. nup. mul. & ibi omn ino. & per Alex. in l. amplius. rem rat. haberi.

* Vxor omnium bonorum usumfructum à uiro in testamento obtinuit, si quasdam res occulerit, uel suppresserit, usufructum funditùs amittit. l. hæreditatem. §. fi. ff. ad leg. Falc. Bal. in l. fraus. ff. de legib. Iason in l. sub prætextu. la ij. col. ij. C. de transa. & in l. non dubium. col. x. C. de legib. & in l. nemo potest. in ext. ff. de leg. j. Paul. Cast. in auth. qui rem. & ibi Ias. ij. not. C. de sacros. eccle. & in l. nemo potest. in ext. ff. de leg. j. Ay. Crau. consi. ccc. nu. 1. Æmilius Maria Manolessus.

† Vxorem si maritus reliquit dominam, massariam, & usufructuariam, donec castè & honestè uixerit, & uitam uidualem seruauerit, consequitur legatum, si efficiatur monacha. Item not. determinat. Bald. in l. Deo nobis. in ulti. col. uer. iuxta prædicta quæritur. C. de epis. & cle. sequitur pro no. Franc. Crem. in notabilibus suis, no. cxlij. inci. Maritus.]

Vxor usufructuaria debet cauere de utendo arbitrio boni uiri, etiamsi hæres est grauatus eam nõ molestare. doc. & Ang. in l. quod de bonis. §. frater & ibi do. Alex. in uersic. & inducit per Ray. hic. ff. ad leg. Falc. l. j. & ibi Bal. in ult. col. in prin. C. de usufru.

Vxor usufructuaria ancillæ habet quicquid ea lucratur ex artificio. l. si pendentes. §. si dominus. uersic. si serui. & ibi Flo. ff. de usufru.

Vxor domina, & gubernatrix relicta, an uideatur hæres instituta. Pau. de Cast. con. ccj. inci. Ad primum breuiter respondeo, quòd non: sed potius usufructuaria.

Vxor gubernatrix filiorum relicta, an mortuis filijs habeat usumfructum, uel alimenta tantùm. Paul. de Cast. con. cccvij. incipiente, Considerandum est, quòd filij. in ij. dubio. quòd usumfructum.

20 Vxor usufructuaria capit alimenta à se, non de manu hæredis. Bar. in auth. hoc locum. in repeti. v. col. in uersi. si autem reliquit uxorem. C. si secundo nupse. muli. argu. l. fundi Trebatiani. in fin. cum glo. in uer. differentiam. & ibi Bartol. in j. col. in uer. sed quæro circa hoc. de usufructu leg. & Flo. in l. j. ff. de usufru. Item,

Vxor usufructuaria ad uitam habens hæredem post mortem sibi datum à testatore, potest de facto propria authoritate usumfructum capere, uel officio iudicis, licet hęreditas non sit adita. Bald. in l. extraneum. in ij. col. in uersi. dubitatur de tali casu. C. de hære. insti. Pau. de Cast. consil. cccxcj. incip. Super primo quæsito. & seq. & ibidem per Alex. plenius in d. l. extraneum. ff. eo. uer. iij.

Vxor usufructuaria potest propria authoritate fundos colere, si antè protestetur se facere causa sui iuris utendi, non si causa possessionis adipiscendæ. Bald. sing. in l. j. §. excepto. in uersic. quęro, nunquid dictus legatarius. C. de cad. tol. uide l. fundi Trebatiani. de usufru. leg. & s̄. uerb. Vsufructuarius fruitur. uersic. ultimo.

Vxor domina, & usufructuaria, superstitibus filijs communibus, debet habere solum uictum, & uestitum: sed illis mortuis, habet totum usumfructum. Bart. in j. col. Bal. in fi. j. col. Imo. & Ioan. de Por. in l. & si contra. ff. de uulg. & pup. & ibi† dem uide † Do. Fran. Areti. ante medium. iiij. col.] do. Alex. in viij. col. uer. & ista inducit hîc Bart. ad q. Bald. in l. fi. in iij. col. uersi. si autem testator omnia. C. de indic. uid. tol. Bar. in cõ. Petrus Magioli, &c. & in con. Nico. instituit. & in l. Titia. §. fin. in j. col. uer. quærit Dy. & in ulti. col. uer. quæro, pone quòd filius. ff. de lega. ij. ubi omnino uide, quia dicit, quòd à substituto uulgari debet habere usumfructum, sed à substituto pupillari alimenta tantùm, nisi sint uerba, dum castè uixerit: quia tunc habet usumfructum. Adde Bart. in l. sicut in annos. in princ. ff. ex qui. cau. usus fru. amit. quòd mortuo filio debetur uxori usus fructus à substituto. & Barth. Cęp. de serui. ti. de usufru. de quo in Spec. qui fil. sint leg. in uer. quid si quis ita dixit. & j̄. eo. uer. xxv. & per Alex. consi. xl. j. parte. & omnino per Alex. con. xxij. ij. parte. & j̄. & con. xxviij. iiij. parte. Itẽ si concubina, uel mater, uel soror sit relicta usufructuaria, domina, uel massaria, ut habeat usumfructũ, nõ extãtibus filijs, aliàs alimenta tantũ. Bal. in l. fi. in ij. col. in fi. uer. idẽ dico, si legetur concubinæ. Addo Bal. loquentẽ idẽ esse in sorore, & nuru, in auth. hoc locũ. in ij. col. C. si mulier secundo nups. Quid in nouerca, uide Bart. in d. l. Titia. §. fina. ad fi.

* ad fi.* Bal.Imol.Raph.Cum.in l.Titia.§.fi.ff.de lega.ij.Ang. consi.cix.Quidam patronus.Iason con.xliiij.nu.6.uer. circa aliud.uol.j.Capra.consi.lxxij.nu.11.Æmilius Maria Manolessus.

† Vxor relicta domina,& usufructuaria omniũ bonorum mobilium & immobilium,an & quando habeat potestatem eligendi dominium,uel usumfructum,uide do.Barth.Soci. in consi.ccx.inci.Satis:per totum.in ij.parte.]

Vxore usufructuaria in uita relicta,habet hæres proprietatem nudam, etiamsi fuit institutus post mortem uxoris. Bald. Imol.& doc.in l.si seruus.§.fin. & ibi dom. Alex. ad fin.ff.de uulg.& pup.Bald.in Spec.qui fil.sint leg.uersi. si maritus. & plenius per Bartol.in d.auth.hoc locum.in j.col.cum tribus seq.Pau.in d.consi.ccclxj.incip.Super primo quęsito.& seq. incip.Visis dubijs probatis.dicit Bar. in d.auth.quòd est electio uxoris,an uelit usumfructum,uel dominium tantùm in uita.& per Alex.consi.cxlj.ij.parte,ubi omnino uide. Adde Bald.Salic.& Alex.in l.extraneum.C.de hære.inst.& s.

† Vxori si testator legat usumfructum, & mandat, quòd eam non molestet,aliàs perdat hæreditatẽ,& non dicit ad quem perueniat,quod debet peruenire ad substitutum uulgarem, si ipsum habet,uel si non habet,tunc ad cohæredem:ut not. Bart.in l.uxorem.§.hæres.ff.de leg.iij.sequitur Pau.de Cast. in consil.ccxxj.secundum ordinem meum,incipien. Antequam ueniam ad dicta.in ij.col.uer.sed & tertio.in ij.uol.]

Vxor domina, & massaria, relicta à uiro,si sint filij, habet alimenta tantùm,aliàs usumfructum: ut s.eod. uersic. xxiij.& in auth.hoc locum.& ibi Bart.in lectura.& doct. post glo.in uerb.derogari.C.si secun.nup.muli.ubi Bald.in ulti.colum. uer.sed pone, quòd non habet locum consuetudo.dicitur uerum, si filij sint ex eodem matrimonio, non aliter. Et idem Pau.de Cast.in consi.cxj. incip.Super primo quæsito dicendum.& ccccxc.incip. Quod uxor quondam. ubi ponit quid si attinentes sunt instituti, uel collaterales, & quid si filij, & quid si extranei. & per Barthol.Cępol.in d.tit.de usufructu. in ser.rusti. Et intellige de toto usufructu, deducta Falcidia de fructibus.Bal.in l.fin.de indi.uiduita.tol.in lectu.anti.& Bar. in d.authen.hoc locum.iiij.col.in uersic.ad secundum. Addo Bart.in d.l.Titia.§.fin.in ij.col. in uersi. secundò aduerte.& suprà,Falcidia detrahitur.uersic.ij.

Vxor domina, & usufructuaria, quando filius, & extraneus sunt hæredes,debet habere pro parte filij alimenta tantùm, & pro parte extranei hæredis tantùm usumfructum. Bal.in d.l.fin.in penult.colum.Bar.in d.l.Titia.§.fin.penul.colum. in uersic.quæro,pone, quòd testator. Sed aliter loquitur in d.consi.Pet.Ang.uerò tenet idem in Reperto.Verbum.uer. Verba illa.

Vxor domina,& usufructuaria certi fundi, uel rei, habet indistinctè totum usumfructum eius. Bald. in Spec. qui fil. sint leg.uer.si maritus.quem etiam uide in d.l.fin.in pe.col.uers. si uerò testator declarauit.& in d. auth. hoc locum. in ij.col. in princ.in uer.modò sequitur quarta opinio. & ibi Bart. in iiij.col.uersic.ad secundum ergo. & in d. l.Titia. in ij. col.in uer. secundò aduerte. & per Cyn. in l.j. C. si secundo nupt.

† muli.† Dy.in consi.iij.]

Vxor usufructuaria relicta in testamento uiri, in quo filius sit hæres,si filius moriatur uiuo testatore, debet habere usumfructum totum,non alimenta tantùm.Alexan.consil.xlij.ij. parte. Adde in consi.xxviij.iiij.parte.

Vxori debetur usufructus in bonis uiri mortui,deducta legitima filij testatoris. Alexan.consi.xxviij. iiij.parte.per l.uxori meæ.cum gl.& doct.de usufruc.leg. & no.in authent.nouissima. C. de inoffic. testa. & Bartol. in consi. Titius fecit testamentum.

30 Vxor si sit usufructuaria ad uitam, & filius testatoris sit hæres post mortem uxoris, filius etiam statim petet legitimã, non expectata morte uxoris: quia de ea requiritur grauamen etiam temporis.Io.Andr.in addi. Specul. de pignor.& Alex in l.extraneum. C.de hæred.insti.

Vxor domina domus relicta intelligitur, id est,patrimonij, & instituto filio,uel alio descendente,habet eo uiuo usum patrimonij. Idem eo mortuo, si non sit substitutus, alius uerò si sit pupillaris. Si uerò sit substitutus extraneus,habebit plenum usumfructum, secundũ Bart. Sed contrariũ tenet Bal. quem uide in l.uoluntatis.ij.col.in uer.item pone exemplũ. C.de fideicom.& per Alex.consi.xl.j.parte.

Vxor domina, & massaria, uel domina, & dominatrix relicta, non habet dominium,sed quandam præeminentiam, sicut in uita uiri. Bart.in d.l.Titia.§.fi.in uersi,quæro,quid si dixerit testator.sed in l.si Titio.in fi.ff.de usufru.lega.dicit, quòd dicta uerba important plenum dominium,uel usumfructũ. Quod tamen intellige,ut per Bar.in d.§.fin.& suprà eo.& in l.species.de auro & argen.legat.quod domina,& usufructuaria non impeditur habere dominium.

Vxor domina, uel uxor massaria solum relicta, habere debet alimenta tantùm.Bal.in d.l.fi.lij.col.uer.quid si testator dixit.C.de indi.uidu.tol.

† Vxor relicta domina,& massaria his uerbis,uidelicet, Lassa la sua molie donna,& massaria: quid importent hæc uerba, uide do.Pet.Philip.Corn.in con.cxij.incipien.Quanquam. in princip.& in consil.clxxx.incipiente,Circa.in litera A.in ij.parte.]

† Vxor relicta domina usufructuaria cum facultate alienandi, si sibi placuerit, an teneatur satisdare proprietario: & quid importent dicta uerba,uide do.Per.Phil.Cor.in consi. clxxiij. incipien. Circa. per totum. in iij. parte. Et nunquid tunc possit aliqua de dictis bonis ad pias causas in prejudicium hæredis institutæ legare,uide per eum in consil.lxiiij. incip.In casu.per totum.in iiij.parte.],

Vxor,cui est relicta habitatio cum filijs,habebit etiam alimenta.Bald.in dicta l.fin.iij.colum.in uersic.sed quid si testator.

* Fran.Crem.sing.lxv.M.Ant.Nat.consi.ccclxxix.nu.9.uol.ij. Æmilius Maria Manolessus.

Vxor usufructuaria non habebit totum usumfructum, sed pro parte bonorum:per l.si alij.de usufru.lega. secundum Bald. in d.l.fi.penul.col.in uersic. si autem testator omnia ista.iuncto uersic. caue tibi. quod est not. & pauci aduertunt, & est pulchra limitatio ad supradicta, quando uxor habet usumfructum.& suprà, Vsusfructus legatur.uersic. xij. & antepe.

† Vide de isto dicto Baldum Picum omnino in l. Titia. §. Titia.ff.de lega.ij.col.xix.uersic.uenio modò. Vide Socin.iiij. uol.consi.j.in ij.q.]

Vxor si relinquat domina,uel massaria,uel usufructuaria,quo modo intelligatur, ultra prędictos casus etiam uide Bart.in consi.Odoardus quondam Nerij.& Bald. in consi. In Christi nomine,amen:Mater relicta domina.& Ang.in consil.In Christi nomine,amen:Punctus, super quo consilium quæritur,talis est,Quidam Petrus Vannis, & Fran. de Spello in consilio,Quidam Bartolutius.

† Vxor domina massaria,& usufructuaria, institutis filijs, uel hæredibus,quid debeat habere,uide do. Pet. Phil. Corn.in consi.lxxvij.incip.Circa.in litera A.in ij.parte.]

Vxoris usufructuariæ materiam supple suprà uerbo,Legatum usufructus.per discursum,præsertim in uersic.xiij.& xv.& uer.Vsufructuarius.per discursum.

De litera X.

Xerxes rex fuit filius Darij, natus post regnum patri quæsitum,& declaratus rex per patruum,non obstante, quòd Arthemenes frater esset natus, priusquã pater esset rex, habuit exercitum contra Græcos de regno suo, Persarum scilicet, septingenta millia pugnatorum,& ex auxiliatoribus,trecenta millia:naues uerò decies mille, fusus turpiter occubuit,secundum Iustinum lib.ij.pe.charta.

De litera Z.

Zacchæus restituit rapta in quadruplum.xij. quæstio. ij. cùm deuotissimam.

Zacchęus plurima debere restitui docuit, quàm ablata. xxvj.q.vj. affectum. c.non sanè.xiij.quæst.v.

† Zebedæus

† **Zebedæus** fuit pater sanctorum Apostolorum Iacobi maioris, & Ioannis Euangelistæ, quorum mater fuit sancta Maria Salomæ, ut deprehenditur ex Matthæi xx. quæ ab Origene & Chrysostomo uerè pacifica est appellata: & etiam fuit soror uterina beatæ Mariæ uirginis, & sic filia beatæ Annę. Et ista est communis sententia ecclesiæ sanctorum, atq; doctorum. & adde, quòd ea persona, quæ in Euangelijs exprimitur per ly Salome est mulier, & non masculus: & quoties in Euangelijs dicitur Salome, subauditur Maria, ut dicatur Maria Iacobi, & Salomæ, id est, Maria Iacobi, & Maria Salomæ, sic dicta à patre Saloma, ut p do. Sylue. de Prierio in sua aurea Rosa super Matthæū: & istud est etiam de mente Hugonis Cardinalis super Matthæum xx. insinuantis Iacobum & Ioannem esse consanguineos Christi, secundum carnem: & hoc etiam dignoscitur ex Petro Comestore, historię Scholasticę scriptore, de petitione filiorum Zebedæi, in capit. quod incipit, & assumens. Nec cures de quæstione uocabulorum, quæ pertinacibus est relinquenda, ut dicit glossa, ff. soluto matrimo. super rubric. & Specul. in tit. de aduocato. §. nunc de exordijs. in vj. col. uersic. uel sic, si disputat de uiribus. Item uocabulorum significationes uulgus adinuenit. Vnde dicunt Grammatici,

Quod ignoramus, iuxta uulgare ponamus:

ut refert Bald. in l. maximum uitium. in ij. col. uersic. præterea. C. de liberis præteri. & facit. nam sacra scriptura nō subijcitur regulis grammaticalibus. ca. indignum. xxxviij. dist. uide omnino quæ posui suprà in uerbo, Maria.]

† Zelo Dei comeditur, qui quælibet praua, quæ uiderit, corrigere satagit: si nequit, tolerat, & gemit, ut dicit Ioan. And. in cap. relinqui. de custo. eucha. uerbo, alij dicunt. quem refert Pet. de Anch. ibi in tertio not.]

† Adde, quòd zelus, est Græca dictio, & est amor, beatitudo, æmulatio, iusta ira, & felicitas: quandoque ponitur pro inuidia. c. neque exemplum. xc. dist. quandoq; pro seueritate. c. hi qui. xxvij. q. j. Et zelus indiscretus reprobatur. c. non in perpetuum. xxxiiij. q. iij.]

Zona non uenit appellatione pannorum. Bart. in l. diuus. in ij. not. ff. de bon. dam.

† Adde, quòd zonas aureas & argenteas clerici deferre non debent. c. clerici. de uita & honesta. cler.]

Zoroastres in Perside reperit artem magicam sex millibus annorum ante mortem Platonis: is de ea arte uicies centum millia uersuum condidit, referens præceptorem suum in ea Agonacem fuisse, qui fuit quinq; millibus annorum ante bellum Troianum. Alij tamen dicunt fuisse alium Zoroastrem, Proconnesium. Hæc Plinius lib. xxx. in princ. quod not. ad materiam l. primæ. C. de malefic. & mathe. de qua. xxvj. q. v. per totum. & suprà, uer. Incantatores. & uerbo, Magici. per totum.

FINIS QVINTI ET VLTIMI TOMI Repertorij Ioannis Bertachini.

BASILEAE,

APVD AMBROSIVM ET AVRELIVM FROBENIOS FRATRES.

M D LXXIII. *Mense Martio.*

FRO BEN.

Repertoriũ Bertachini. t


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm